L'Etoile du N°. 5. de la Planche VIII. se trouve aussi sur les côtes d'Angleterre.


On auroit dû ne faire qu'une seule & même description des Conques anatifères du N°. 1. *a* & du N°. 2. de la Planche XVI. Car que le tuïau, qu'on nomme le cou, soit plus ou moins long, cela ne forme pas une différence spécifique, puisqu'on peut le rendre plus court en le séchant ou en le rompant. Le N°. 1. *b* auroit donc dû être N°. 2: c'est effectivement une espèce toute différente, comme la conformation de la Conque le fait assez voir.

Le N°. 9 de la même Planche représente le véritable os dorsal du Calmar.

LUGDUNI BATAVORUM,

TYPIS ELIAE LUZAC, JUNIORIS.


MDCCLX


N.º 1.
N.º 2.
N.º 3.
N.º 4
N.º 5
N.º 6.
N.º 7.
N.º 11.
N.º 10.
N.º 12.
N.º 8
N.º 9.
N.º 15.
N.º 13.
N.º 16.
N.º 14.



RERUM NATURALIUM THESAURUS.

TABULA PRIMA.



OPus inchoatum profecuturi, bono cum Deo nunc tertium ejus Volumen adgredimur, quod verbis, & iconibus, defcribet Naturæ mirabilia, quæ partim è finu Oceani, fluminumque, partim de montibus, vallibus, faxisque præruptis, deprompta, in gremio vel fuperficie telluris nata, collegimus, noftroque inferuimus Mufeo: cujusmodi funt Animalia marina vel aquatica, mollia, exfanguia, cruftâ teftâve minus tecta; tum cruftaceorum & teftaceorum nonnulla, Carabi V. G. & Aftaci; dein aculeata, ut Echini marini, Stellæ marinæ; porro Plantæ, Spongiæ, Corallia, Frutices, Mufci, Fungi, in mari provenientes; Lapides itidem Stellarum marinarum; Conchylia tam marina, quam foffilia, in lapidem verfa; tum & Ligna, ut vocant, petrefacta; quin & vera Foffilia, quas Mineras adpellant, Metalla, Lapides figurati, &c.

Initium quidem capiemus à mollibus illis & exfanguibus maris incolis, quæ *Zoophyta* audiunt, officulisque, crufta, vel tefta dum carent, e tenaciore & coacto quodam, vel congelato, quafi muco, tenera cute membranacea veftito, conftare videntur, quoad formam, genera, & fpecies, inter fe discrepantia, vix verè viventia, interim accrefcentia tamen, inftar forte Fungorum, aut Mufcorum plantis adhærentium.

Hinc nec e Pifcium materie, nec verâ è carne, conflata dubitant veluti inter Plantas & Animantia, tefte Ariftotele in *Hift. Anim. Lib. VIII, cap. 2.* Vocantur Belgis *Zeekwallen*, caudâque & capite carent: Italis

RECUEIL DE CURIOSITEZ NATURELLES.

PLANCHE PREMIERE.

POur donner la fuite de l'Ouvrage que nous avons entrepris, nous allons commencer avec l'aide de Dieu le troifieme Volume, dans lequel on trouvera la description & les figures de diverfes Curiofités naturelles que nous avons ramaffées, & que nous confervons dans notre Cabinet. Quelques-unes de ces Merveilles ont été tirées du fond de la Mer & des Rivieres, les autres ont pris naiffance fur les Montagnes, dans les Vallées, fur les Rochers escarpés, & quelquefois dans le fein de la Terre ou fur fa fuperficie. Nous rangeons dans cette claffe les Animaux marins ou aquatiques, qui font molaffes, qui n'ont point de fang, & ne font couverts d'aucune écaille ou coquille. Nous mettons auffi de ce nombre quelques-uns de ceux que l'on nomme Cruftacées & Teftacées, tels que font les Crabbes & les Ecreviffes. Nous parlerons encore de ceux qui font armés de pointes, comme les Hériffons & les Etoiles de Mer. Enfuite, viendront les Plantes, les Eponges, les Coraux, les Arbriffeaux, les Mouffes & les Champignons qui croiffent dans la Mer. On n'oubliera pas les Pierres des Etoiles marines, ni les Coquillages pétrifiés, tant ceux de Mer que les foffiles. Les bois que l'on dit être pétrifiés trouveront auffi leur place. Enfin, on fera mention des véritables Foffiles, qui font les Mineraux, les Métaux, les Pierres figurées, &c.

Nous commencerons par les Animaux marins, qui font molaffes & fans fang, & auxquels on donne le nom de *Zoophytes.* Ils font fans os, fans écailles, & fans coquille; & on diroit qu'ils font compofés d'une espece de mucofité épaiffie, tenace, & couverte d'une tendre membrane. Ils different entre eux foit à l'égard de la forme, foit à l'égard des genres & des especes. La vie qu'ils ont mérite à peine le nom de vie: cependant ils ne laiffent pas de croître, peut-être à la maniere des Champignons & des Mouffes qui s'attachent à d'autres plantes.

Ils font d'une fubftance differente de celle des Poiffons & de la vraie chair, & tiennent en quelque forte des Plantes & des Animaux, comme nous l'apprend Ariftote dans fon Hiftoire des Animaux, *Liv. VIII, ch. 2.* Ils font connus des Hollandois fous le nom de *Zeequallen.* Ils n'ont ni queuë ni tête. Les Italiens les appel-

Italis *Flammæ marinæ* audiunt; quum tempore æstivo, aqua maris a Sole incalescente, in superficiem enatent, ibique, nocturnis sub tenebris, lucentes quasi flammulas, instar Phosphori, ejaculentur. Antiquiorum Scriptorum nonnullis *Pulmones marini*, *Holothuria*, *Tethya*, *Fungi*, *Mentulæ*, *Pudendæ*, *Metridæ*, & *Pottæ marinæ*, *Monstra natantia*, cluunt. Isthæc omnia, &, quæ porro ad hoc genus pertinent, variæ species, à *Plinio*, *lib. IX*, *cap.* 45, *Urticæ* vocantur; quia in contrectantes vim pruritu mordacem exserunt, instar *Urticæ terrestris*, ab urendo ita dictæ Latinis, quam Græci Ακαλήφην vocant, quasi non bonam tactu, aut tactui nocentem. Tacta enim pungit, manumque tangentem uredine, gravique pruritu, adficit, qui in dolorem abit, tumoremque excitat, si læsa pars scalpitur. Simili vi gaudent isthæc *Zoophyta*, quæ vulgo ad genus inter Animantia & Plantas medium referuntur, utut hoc liquidò hactenus demonstrari haud potuerit. Id equidem compertum habeo, quod increscant, neque ejusdem omnia sint speciei; prout vel icones hac in tabella exaratæ docent, magnitudinis non solum, sed & externi habitus discrimen prodentes. Unde probabile fit, unamquamque eorum speciem sui simile generando semet propagare. Incrementi vero ratio constat satis perpendenti, quod ex aquis alimenta trahere queant eodem sanè modo, ac *Fungi terrestres*, quibus & proximè accedunt. Hi enim, quousque pingui è solo succos bibunt, cita capiunt incrementa; at evulsi subito rursus collabuntur. Sicubi vero de tellure protracti mox in spirituosum liquorem demerguntur, multos quoque per annos formam integram, plenumque habitum retinent. Consimili ratione *Zoophyta* isthæc conservari queunt recentissimè de mari educta: verum si unius saltem diei spatio aëri libero committuntur, ilico colliquescunt, remanentibus duntaxat sordidis exuviis. Nautæ longo usu exercitati procellam ingruentem denotari ajunt, siquando multa ejusmodi *Holothuria* in maris superficie natantia cernuntur: unde hoc dato signo mature sibi præcavent. Id verò vel maxime miratu dignum adparet, quod monstra hæc ad scopulos, saxa, majoresque conchas marinas, suctu quasi sese adfigere nôrint, dum forte emissiles quasdam fistulas, radices, aut pedes habent, quibus firmata hærent. Vitam hinc dixeris & intellectum iis inesse. *Gesnerus* & *Johnstonus* referunt, in Galliis ea ad forum deferri venalia; siquidem cum aqua & sale cocta prius, tum in veru tosta, farinâ Tritici consperſa, butyroque irrorata, non modo sapidum præbeant ferculum, sed & ad Venerem stimulent: *Pythagoram* hinc suis discipulis eorum esu interdixisse. *Xenocrates* palato quidem illa arridere ait, sed stomachum lædere. Iis ergo Ostrea hic locorum adsimilari posse videntur, quæ hodie admodum pervulgato in usu sunt, vilique pretio prostant.

Quascunque horum *Zoophitων* possidemus species, prima hæc Tabula à Numero 1 ad 16 usque repræsentat.

Ita sub Num. 8 Monstrum exhibetur marinum, formæ admodum singularis: siquidem supra in cervice bina gerat multum prominentia cornicula, cujusmodi ferè in Cancris conspiciuntur, oculos suos per oblongam fistulam emittentibus. Sanè videtur simile quid in hoc Monstro adesse. Posticæ corporis parti duriusculum adhæret tegmen crustaceum, Cochleæ marinæ domum crispatam aut intortam referens. Haberemus id hinc revera pro illius Animalis domuncula; nisi obstaret maximum discrimen quoad magnitudinem. Animal enim vel plus quadruplo majus cum sit illâ testa, hæcque præterea durâ constet è materie, flecti nescia; patet satis, admitti id non posse.

Sub Num. 9 idem ostendimus supinum: neque alio, quam Monstri marini, nomine id hactenus compellare novimus. Totum certè monstrosum est. Lit. A subtus hians os indicat, perversè quasi situm, intus

appellent *Flammes de Mer*, parce qu'en Eté, lorsque l'eau de la Mer se trouve échauffée par la chaleur du Soleil, ils flottent sur sa superficie, & jettent au milieu des tenebres une espece de lumiere semblable à celle du Phosphore. Quelques Auteurs anciens leur donnent les noms de *Poumons marins*, d'*Holothuries*, de *Tethies*, de *Champignons*, de *Verges marines*, de *Metrides*, de *Pottes marines* & de *Monstres flottans*. Pline *Liv. IX*, *ch.* 45. donne à tous ces *Zoophytes* & aux diverses especes qui appartiennent à ce genre, le nom d'*Ortie*, parce qu'ils piquent ceux qui les touchent, de même que l'Ortie terrestre, que les Latins ont ainsi nommée du mot *urere* bruler, & à laquelle les Grecs donnent le nom d'Ακαλήφη, comme qui diroit, qui n'est pas bonne à toucher, ou qui fait du mal lorsqu'on la touche. En effet, l'Ortie pique quand on la touche, & cause à la main une espece de brulure & de violente démangeaison, qui dégenere en douleur & produit ensuite une tumeur, si on gratte la partie blessée. Or ces mêmes effets sont naturels aux Zoophytes, que l'on rapporte d'ordinaire à un genre qui tient de ceux des Animaux & des Plantes, quoique la chose n'ait pas encore été bien démontrée jusqu'à présent. Ce qu'il y a de certain, c'est qu'ils croissent, & qu'il s'en trouve de diverses especes, comme il paroît par les figures de cette Planche, qui en font voir non seulement la grandeur, mais encore la difference de leur forme exterieure. Il est donc probable que chacune de ces especes produit son semblable par la génération. Quant à leur accroissement, il n'y a point de doute qu'il n'ait lieu, sur-tout si l'on considere qu'ils peuvent tirer leur nourriture de l'eau, de la même maniere que les Champignons terrestres avec lesquels ils ont beaucoup de rapport. On remarque en effet que les Champignons croissent en très peu de tems, lorsqu'ils se trouvent dans une terre grasse qui leur fournit de bons sucs, & qu'au contraire ils dépérissent tout-à-coup, lorsqu'on les arrache. On remarque encore que ceux que l'on met dans quelque liqueur spiritueuse, immédiatement après les avoir tirés de terre, se conservent pendant plusieurs années dans le même état où ils étoient auparavant. Or il en est de même à l'égard des Zoophytes, que l'on peut conserver lorsqu'ils ne font que d'être tirés de la Mer; mais si on les expose au grand air, ne fût-ce que pendant l'espace d'un jour, ils se fondent tout-à-coup, sans qu'il en reste autre chose que leurs sales dépouilles. Les Mariniers qui ont couru longtems les Mers, prétendent que c'est un signe de quelque orage tout prêt à fondre, lorsqu'on voit beaucoup de ces Holothuries flotter sur la superficie de l'eau: aussi prennent-ils leurs précautions dès qu'ils remarquent ce Phénomène. Une chose qui paroît tout-à-fait digne d'admiration, c'est que ces sortes de Monstres se collent contre les rochers & s'attachent aux grosses coquilles de Mer, comme pour en tirer de la nourriture. Peut-être ont-ils ou des racines, ou des pieds, ou quelque espece de tuyaux, qui partent de leur corps & à l'aide desquels ils se tiennent attachés. Cela feroit presque croire qu'ils ont de la vie & de l'entendement. Gesner & Jonston rapportent qu'en France on les expose en vente au marché, & qu'on en prépare un mets qui est non seulement agréable au gout, mais encore propre à faire sentir les éguillons de l'Amour. On les fait cuire d'abord avec de l'eau & du sel, ensuite on les rôtit à la broche, & après les avoir saupoudrés de farine de froment, on les arrose avec du beurre. C'est pour cette raison que Pythagore en défendoit l'usage à les Disciples. Xenocrate convient aussi qu'ils sont agréables au gout, mais il prétend qu'ils sont nuisibles à l'estomac. On pourroit donc les mettre en parallele avec les Huitres, qui sont aujourd'hui si fort en usage dans ce pays, & qui se vendent à si bon marché.

Toutes les especes de Zoophytes que nous avons, sont représentées dans cette prémiere Planche, depuis le Nombre 1 jusqu'au Nombre 16.

Le N°. 8. fait voir un Monstre marin d'une forme bien singuliere, puis qu'il porte sur la tête deux petites cornes fort élevées, à peu près semblables à celles des Cancres dont les yeux sont placés à l'extrémité d'un tuyau oblong. On remarque en effet quelque chose de semblable dans le Monstre en question. La partie posterieure de son corps est couverte d'une espece de croute, qui ressemble à la coquille du Limaçon marin. Cette croute pourroit passer pour la demeure de cet Animal, n'étoit l'extrême difference qui se trouve entre l'un & l'autre par rapport à la grandeur; puisque l'animal est plus de quatre fois plus gros que sa coquille. Mais ce qui empêche encore de donner dans cette idée, c'est que cette coquille est faite d'une matiere dure, qui n'est point du tout pliable.

Le N°. 9 représente le même animal couché sur son dos. Jusqu'à présent nous ne lui avons donné d'autre nom que celui de Monstre marin, parce qu'il est en effet tout monstrueux. La Lettre A. fait voir sa gueule qui est ouverte par dessous, & comme située de travers: elle est armée en dedans de petites dents, dont

intus minutis dentibus armatum, quo suum trahere alimentum videtur Animal. Cæterum aliud præterea foramen nuspiam datur conspicere. Credibile est, id, Cochlearum instar, ope corrugatæ cutis suæ prorepere.

Ad Num. 10, 11 & 12 tres exhibentur *Holothuriorum*, sive *Mentularum marinarum* species, singularis quælibet formæ. Quæ Num. 10 repræsentatur, *Epipetrum* audit, anticâ parte veram membri virilis figuram gerens; dum superiora versus sensim imminuta crassitie in finem adtenuatum terminatur.

Quæ sub Num. 11 est, Pistillum floris quasi refert: supernæ enim parti analogum petioli, & perianthii, adhæret. Huic & similis est, quam Num. 12 indicat, species, longior tamen, & bis evoluta. Binæ hæ posteriores admodum teneræ sunt, cautissimeque contrectari debent: crusta tenuis, albicans, calcaria, eas obducit extus; intus vero omnes, fistularum instar, cavæ sunt.

Num. 13, 14, 15 & 16 *Tethyarum* quatuor monstrantur species. Has *Tetheas* vocavit Plinius: alii genus hoc ad *Patellas* malunt referre; quia superna tantum parte tegmen gerunt, & suctu scopulis aliisque Plantis marinis se adfigunt. Verum demonstrari sanè haud potest, quod ad Conchyliorum classem pertineant. Unde peculiare potius genus videntur constituere.

Explicatio Tabulæ primæ.

Num. 1 monstrat *Fungum, pileolo lato orbiculari, candicantem, marinum*, qui superna parte veram vulvæ muliebris formam gerit: subtus seni porriguntur tubuli quasi trahentes, aut radiculæ, quibus ad saxa, Plantas marinas, majoresque conchas viduas, sese defigit. Holothurii aut Flammæ marinæ speciem esse crediderim: materie enim constat transparente, gelatinosa, digitis facile comminuenda, illius instar glutinis, quod Asellorum intra cranium reperitur; nisi quod involucro tenui membranaceo contineatur.

Num. 2. Huic alia penitus est forma; superna enim facies, instar pulvinaris turgiduli, in fornicem quasi extuberat, cujus omnem ambitum denticuli crenati, quasi totidem fimbriæ, stipant: inferna superficies concava est, crassumque promit truncum, è cujus medio decem prodeunt radices, Cochleis terrestribus non absimiles; ex infima autem trunci parte octo porriguntur alii, deorsum penduli, veluti pedes, quibus se firmat Animans. Recentissimè è mari protracta hæc species fulgentem repercutit tonum, colores Iridis imitantem.

Num. 3. Hujus iterum superna facies *Vulvam*, at alia tamen sub forma, repræsentat. Flammis pingitur croceis. Cæterà prioribus adsimilatur.

Num. 4. Huic eadem est, ac Num. 2, figura, nisi quod ejus facies superior compressa sit & plana, ex cinereo griseo in stellulas quasi undulata. Neque radices hic è trunco emissæ adparent; sed forma saltem planiori fungo decerpto similis.

Num. 5. Heic iterum rotundo-convexa superficies fimbriis stipatur longùm pendulis, ex dilute rubro, flammarum in formam, pictis, supra latis, deorsum acuminatis, radiorum, quos micantes stellæ ejaculantur, æmulis, truncum breviorem, emissasque inde fistulas, abscondentibus.

Num. 6. Ejusdem, ac prior, indolis hic est Fungus, sed multo minor, flammis itidem subfuscis ornatus, è transparente conflatus gelatina, radiisque acuminatis, quasi flammantibus, conspicuus.

Num. 7. Hic itidem ad eandem pertinet speciem; at minor denuo, sugentibus caret radiculis, ostreæ

dont il paroît que l'animal se sert pour tirer sa nourriture. Du reste on ne lui remarque ailleurs aucun autre trou. Il est à croire que ce Monstre rampe, comme les Limaçons, à l'aide de sa peau qui est froncée.

On voit aux N°. 10, 11 & 12, trois especes d'*Holothuries* ou *Verges marines*, qui sont toutes d'une structure singuliere. Celle du N°. 10 est connue sous le nom d'*Epipetrum*. Sa partie anterieure ressemble parfaitement à un membre viril, dont l'extrémité superieure diminue insensiblement de grosseur.

Celle qui est représentée au N°. 11, ressemble presque au Pistile d'une fleur; car on voit comme un petale & un calice qui tiennent à sa partie superieure. L'espece marquée au N°. 12. ressemble à la précedente; mais elle est plus longue & se partage en deux endroits. Ces trois dernieres especes sont fort tendres, & on ne doit les manier qu'avec beaucoup de précaution. Elles sont toutes revêtues d'une croute mince, blanchâtre & semblable à de la chaux; mais elles sont creuses en dedans comme des tuyaux.

Les N°. 13, 14, 15 & 16, représentent quatre especes de *Tethies* ou *Tethées*, car Pline leur donne ce dernier nom. D'autres aiment mieux les mettre dans la classe des *Yeux de Bouc* ou *Jambles*, parce qu'il n'y a que la partie superieure de leur corps qui soit couverte, & qu'elles s'attachent aux rochers & aux plantes marines dont elles tirent leur nourriture en suçant. Quoi qu'il en soit, on ne peut pas démontrer qu'elles appartiennent à la classe des Coquillages. Il paroît par conséquent qu'on doit plutôt en faire un genre particulier.

Explication de la prémiere Planche.

Le N°. 1. fait voir un *Champignon marin, blanchâtre, dont le chapiteau est large & de figure orbiculaire*. Sa partie superieure est faite de la même maniere que la Vulve d'une femme. Il part de la partie interne six tuyaux ou racines, qui lui servent à s'amarrer & à s'attacher aux rochers, aux plantes marines & aux coquillages vuides. Je croirois presque que c'est une espece d'Holothurie ou de Flamme marine: car il est fait d'une matiere transparente, gelatineuse, & qui s'émie aisément entre les doigts. Cette matiere ressemble à cette espece de colle, qui se trouve dans le crane des Merlus, si ce n'est qu'elle est renfermée dans une mince membrane qui lui sert d'enveloppe.

N°. 2. La forme de celui-ci est toute differente de celle du prémier; car le dessus qui est enflé comme un coussin forme une espece de voute, dont tout le contour est armé de petites dents disposées en maniere de franges. Il sort de la partie inferieure qui est concave, un gros tronc du milieu duquel partent dix ou douze racines, qui ressemblent aux Limaçons terrestres. Huit autres racines sortent de la partie inferieure du tronc, & se jettent en bas comme autant de pieds, à l'aide desquels il s'attache. Lorsque cette espece est tirée tout récemment de la Mer, elle jette une lumiere qui paroît de loin semblable à celle que produit l'Arc-en-Ciel.

N°. 3. La partie superieure de celui-ci représente aussi une Vulve, mais sous une autre forme que le précedent. Il est peint de flammes jaunes. Quant au reste il ressemble aux précedens.

N°. 4. Celui-ci a la même figure que celui qui est marqué au N°. 2, si ce n'est que sa partie superieure est parsemée de petites étoiles d'un gris cendré, qui forment comme des ondes. On ne lui remarque point non plus de racines qui partent de son tronc; mais il ressemble à un Champignon plat que l'on a arraché.

N°. 5. La superficie de celui-ci est relevée en rond & garnie de longues franges pendantes, qui sont d'un rouge clair, peintes en maniere de flammes, larges par enhaut & pointues par enbas. Elles ressemblent aux rayons qui partent des étoiles, lorsqu'elles brillent; & elles cachent le tronc qui est fort court, & les racines qui en sortent.

N°. 6. Ce Champignon est de la même nature que le précedent, mais il est beaucoup plus petit. Il est aussi orné de flammes roussâtres, & fait d'une espece de glu transparente. Ce qui le rend remarquable, ce sont ses rayons pointus, qui paroissent comme autant de flammes.

N°. 7. Celui-ci est encore de la même espece que les précedens; mais il est aussi plus petit. On ne lui remarque aucune petite

ostreæ similis, supra convexus, circularibus suturis distinctus, inque medio excavatus, ruffis prætereà flammulis notatus, quarum fimbriæ dependentes extrorsum retorquentur.

Num. 8 Monstrum est marinum singulare, ad Zoophytων interim classem dubio procul pertinens. Mirus ejus est habitus. Bina gerit, ut Cochleæ, cornicula protuberantia.

Num. 9. Idem supinatum, subtus conspicuum.

Num. 10. *Mentula marina*, sive *Epipetrum*. Prima species.

Num. 11. Species altera.

Num. 12. Tertia species.

Num. 13. *Tethyarum* species prima.

Num. 14. Altera species, supra dorsum squamata.

Num. 15. Eadem supina.

Num. 16. Species *Tethyarum* tertia, supra ex saturate spadiceo perfundata, dilutè cæruleis distincta tuberculis, margaritas ferè, variæ magnitudinis, referentibus, hinc inde concatenatis. Sunt, qui harum rerum minus periti Tethyas pro coronis Serpentum habent. At errant hi: quum vita illæ gaudeant, hinc peculiare constituant genus, crassis squamis, veluti corneis, tectæ. Capitis interim, caudæ, vel pedum, nulla monstrant vestigia: ut adeò, Limacum instar, prorepere videantur.

TABULA SECUNDA.

Num. 1. *Polypus Americanus, pelagius.*

Peculiaris hic maris incola, à Belgis *Zuigstar*, quasi Stella sugens, à Plinio & aliis *Polypus* vocatus, mollis est & expansus piscis, qui, dum pacatum est Æquor, hujus in superficiem emergit, cæterum suctu sese adfigens quibuscunque obviis corporibus. *Aristoteles* eum inter Μαλάκια, id est, mollia, refert animalia; alii, uti *Gaza* & *Rondeletius*, hoc genus *Malacoderma* vocant, id est cute molli donata; alii iterum *Mollusca*, sive *Mollia*. Neque enim gaudent hæc animantia integumento squameo, testaceo, aut aspero; sunt autem corpore minuto, capite prægrandi, Stellam marinam referente, in octo radios, in acumen terminatos, distributo. Caput corpusque superna facie glabrum est & læve, coloris obscurè cinerei; subtus verò dilutè cinerei. Protensi radii plurimis scatent protuberantibus papillis, suctui destinatis, oculorum formam gerentibus, quæ ordine juxta se mutuo digestæ majores sunt, quà mediam radiorum partem crassissimam occupant, sensim verò minores evadunt, prout tenuiori horum apici adpropinguant. Omnium papillarum tam minorum, quam majorum, eadem est figura: in medio enim cavum habent, cujus centrum elevatior margo fimbriat vim adtractilem inter sugendum reddens validiorem; ut adeo animal suctu alicubi adfixum inde abduci sine læsione nequeat, quippe per papillas sese retinens fortissime. In medio radiorum, sive, ut *Plinius* vocat, Brachiorum, foramen patet circulare, oris officio fungens, in quo bini latent apices nigricantes, rostrum avis referentes, capiendo cibo destinati. Collum fere totius æquat corporis magnitudinem, binosque supra cervicem monstrat oculos; subtus verò fistulam teretem, protuberantem, quæ uti fœcibus exonerandis, ita forte & generationi destinata est. Mares dantur & Fœmellæ hac in specie. Masculorum brachia subtus geminatis papillarum gaudent seriebus, Fœmellarum vero duntaxat singularibus. Ovula sua ad Plantas marinas, ramulosque fruticum marinorum, uti *Sepia*, deponunt. Quousque Polypus in aqua maris vivax est, brachia aut pedes ejus expansi rigent; at

petite racine. Il ressemble à une Huitre. Il est convexe par en-haut & parsemé de sutures circulaires. On lui voit une enfonçure dans le milieu. Il est encore orné de petites flammes rousses, dont les extrémités ou les franges se replient en dehors.

N°. 8. On voit ici un Monstre marin tout-à-fait singulier, & qui doit être rangé sans contredit dans la classe des Zoophytes. Sa figure est toute extraordinaire. Il porte deux cornes, qui se jettent en dehors, comme celles des Limaçons.

N°. 9. C'est le même que le précedent; mais il est renversé, afin qu'on puisse le voir par dessous.

N°. 10. Verge marine, ou Epipetrum. Prémiere espece.

N°. 11. Seconde espece.

N°. 12. Troisieme espece.

N°. 13. Prémiere espece de Tethies.

N°. 14. Seconde espece, dont le dos est couvert d'écailles.


N°. 15. La même espece couchée sur le dos.


N°. 16. La partie superieure de la troisieme espece de Tethies est d'un bai foncé, & marquetée de tubercules d'un bleu clair, que l'on prendroit pour des perles de differente grosseur & qui tiennent l'une à l'autre en divers endroits. Il se trouve des gens qui n'étant pas bien au fait de ces sortes de choses, confondent les Tethies avec les Couronnes de Serpens. Mais on se trompe à cet égard, puisque les Tethies ont vie, & qu'elles sont par conséquent un genre particulier. Elles sont revêtues de grosses écailles, que l'on prendroit pour de la corne. Du reste on ne leur remarque rien qui ait la moindre apparence de tête, ou de queue, ou de pieds; en sorte qu'il est à croire qu'elles rampent à la maniere des Limaçons.

PLANCHE SECONDE.

N°. 1. *Polype d'Amerique, marin.*

Cette espece de poisson, habitant de la Mer, que Pline & d'autres Auteurs appellent *Polype*, est connu des Hollandois sous le nom de *Zuigstar*, comme qui diroit, Etoile qui suce. Il est molasse & occupe beaucoup d'espace. Lorsque la Mer est calme, il vient flotter sur sa superficie. Du reste il s'attache en suçant à tous les corps qu'il rencontre. Aristote le met au nombre des Μαλάκια, c'est-à-dire Animaux molasses. D'autres, comme Gaza & Rondelet, les appellent Μαλακοδέρματα, c'est-à-dire, qui sont couverts d'une peau molle. Enfin d'autres les nomment simplement *Mous* ou *Molasses*. En effet ces animaux ne sont couverts ni d'écailles, ni de coquilles, ni d'aucun autre tégument qui soit rude. Ils ont le corps petit, la tête fort grosse, semblable à une Etoile marine, & qui se partage en huit rayons qui se terminent en pointe. La partie superieure de la tête & du corps est unie, lisse & d'un cendré obscur; mais le dessous est d'un cendré clair. Tous les rayons, qui s'étendent fort loin, sont parsemés d'un grand nombre de mammelons élevés, dont ils se servent pour sucer. Ces mammelons ont la forme d'yeux, & sont rangés avec ordre, l'un près de l'autre. Les plus gros sont ceux qui occupent le milieu des rayons, où se trouve la partie la plus épaisse; mais leur grosseur diminue insensiblement à mesure qu'ils s'approchent davantage de l'extrémité qui est fort pointue. Tous ces mammelons, tant les plus gros que les plus petits, ont la même figure. On remarque dans leur milieu une cavité, au centre de laquelle se trouve un rebord fort élevé, qui forme comme une frange, & qui augmente la force dont ces animaux ont besoin pour tirer leur nourriture. C'est à l'aide de ces mammelons qu'ils se tiennent fortement attachés à tout ce qui peut leur fournir des alimens, & alors il n'est pas possible de les en détacher sans les endommager. Dans le milieu des Rayons ou des Bras, selon l'expression de Pline, se trouve un trou rond qui tient lieu de gueule. Dans ce trou sont renfermées deux houpes noirâtres, qui ressemblent au bec d'un Oiseau, & dont le Polype se sert pour prendre la nourriture dont il a besoin. Le cou est presque aussi gros que tout le reste du corps. On lui voit deux yeux situés au dessus de la nuque; & au-dessous paroit un tuyau rond, qui forme une éminence & par lequel se déchargent les excrémens. Peut-être aussi ce tuyau est-il destiné à la génération. On distingue Mâles & Femelles dans cette espece. Les Mâles ont sous les bras deux rangées de mammelons, mais les Femelles n'en ont qu'une seule. Les Polypes jettent leurs œufs sur quelque plante marine, ou sur les branches de quelque arbrisseau de Mer, comme fait aussi la Seche. Ils ont toujours leurs bras ou leurs pieds étendus dans l'eau de la Mer; mais dès qu'on les en tire, ces


TAB. II.
Nº 5.
Nº 7.
Nº 6.
Nº 2.
Nº 3.
Nº 8.
Nº 1.
Nº 4.


N°. 8.
N°. 7.
N°. 3.
N°. 1.
N°. 10.
N°. 5.
N°. 6.
N°. 2.
N°. 9.
N°. 4.

at cum de aqua educitur, contrahuntur, &, uti Cochleæ marinæ, in globum veluti crispantur. Non edulis est hic Piscis. Græcis *Octopodes* vocantur Polypi, nomine haud incongruo, siquidem radiata brachia pro pedibus habeantur: attamen, ut supra memoravi, non adeo pedes sunt, quam flagella, cujusmodi in Stellis marinis occurrunt, quæ membranæ tensæ ope, prope caput, inter se colligantur, uti pedes Anserini, at deinceps absolute distincta ad finem decurrunt. Nec ossei, nec cartilaginei quidpiam, in toto hoc Animali, satis quidem parvo, uspiam reperitur: crassa saltem tenaxque tunica, una cum cute molli, viscera ejus, mole parva, complectitur.

Num. 1. Polypus mas, duplicatis papillarum, oculis similium, seriebus, in prona parte radiorum, instructus.
Num. 2. Priori similis, minor, subtus conspicuus.
Num. 3. Ejusdem speciei alius, adhuc minor, supra conspiciendus.
Num. 4. Polypus Fœmina, major, prona.
Num. 5. Fœmella altera, minor, supina.
Num. 6. Juvencula alia, minima, corpore rotundo.
Num. 7. Alia similis, corpore oblongo.
Num. 8. Ovula ramulo Plantæ marinæ adfixa, partim fœcunda, partim sterilia.

TABULA TERTIA.

Sepiæ.

Sepiarum genus in omni fere ora maritima deprehenditur, tam Orientalis & Occidentalis Indiæ, quam Angliæ, Galliæ, Italiæ, præsertim verò in Sinu Veneto: quin & in nostris littoribus. A pago maritimo, cui *Wyk* nomen est, & *Sandvoordo*, vivæ, nullaque parte mutilatæ, in aqua maris asservatæ, quandoque mihi adlatæ sunt. Quodsi aquis eductæ aëri exponuntur, subito pereunt, resolvuntur, moxque computrescunt. Cuticula earum exterior, tenera, plumbei est coloris, & contrectata digitis adhærescit animali mortuo; at hoc vivente id non contingit. Octidui spatio colliquescunt sponte in tabum viscidum, nigricantem, fœtidum; relicto solum osse dorsali, rostroque nigro, recurvo, Psittacorum æmulo, tam levi, ut aquis innatet, hincque ut plurimum in Ambaro griseo & nigro defixum reperiatur majore minoreve copia. Præferunt periti Ambarum hisce rostris gravidum. Veteres scriptores credidere, rostra hæc potius de littoralibus vel marinis esse avibus: at nos per experientiam aliud sumus edocti. Os dorsale Sepiæ est, quod *Os Sepiæ* vocatur, plerumque ab imperitis pro spuma maris habitum; siquidem post ingentes maris procellas versus littora propellatur, magnoque numero collectum venale offeratur Pharmacopœis & Argenti fabris, ejus qui usum probè norunt. Sunt qui Sepias perperam vocant Araneos marinos, quod ipsis nomen minime competit. *Gesnero* audiunt idiomate Teutonico *Black Kuttel*; Arabibus *Sarthan*; Græcis verò Latinisque *Sepiæ*; Belgis *Feles marini*, nomine iterum Animali huic minus congruente. Britanni rectius vocant *Blackfish*, quasi *Piscem atramentosum*; siquidem Sepiæ æque, ac Loligines, nigrum suo in corpore succum gerant atramentalem, qui peculiari conclusus vesicula, uti fel in Piscibus,

ces bras se replient, & alors ils forment comme une boule à la maniere des Limaçons marins. Ces poissons ne sont pas bons à manger. Les Grecs les appellent Ὀκτάποδες, c'est-à-dire, Animaux à huit pieds: nom qui leur convient assez, en prenant les bras pour des pieds. Cependant, comme je l'ai déja dit ci-dessus, ce ne sont pas tant des pieds que des rayons, qui ressemblent à ceux des Etoiles marines. Ces rayons tiennent ensemble près de la tête, par le moyen d'une membrane, de la maniere que cela se voit aux pattes d'Oyes; mais ils se partagent ensuite, & sont entierement libres jusqu'à leur extrémité. Ces animaux, qui sont assez petits, n'ont ni os ni cartilages dans aucun endroit de leur corps. Tout ce qu'on leur remarque c'est une enveloppe épaisse & gluante, avec une peau mollasse. Leurs visceres, qui sont fort petits, se trouvent renfermés dans cette peau.

Fig. 1. Polype Mâle, avec les deux rangées de Mammelons, qui ressemblent à des yeux, & situés sur la partie interne des rayons.
Fig. 2. Polype semblable au prémier, mais plus petit.
Fig. 3. Autre Polype encore plus petit.
Fig. 4. Gros Polype Femelle.
Fig. 5. Autre Polype Femelle plus petite que la précedente.
Fig. 6. Jeune Polype Femelle, très petite & ronde.
Fig. 7. Autre Polype Femelle semblable, mais longue.
Fig. 8. Petits Oeufs, attachés à un rameau de Plante marine, les uns féconds, les autres stériles.

PLANCHE TROISIEME.

Des Seches.

On trouve des Seches presque sur toutes les Côtes maritimes, tant sur celles des Indes Orientales & Occidentales, que sur celles d'Angleterre, de France, d'Italie, & sur-tout dans le Golfe de Venise. Il s'en trouve aussi dans ce païs sur le rivage de la Mer. On m'en a quelquefois apporté de *Sandvoord* & de *Wyk*, villages situés près de la Mer. Elles étoient vivantes, dans leur entier, & on avoit eu soin de les conserver dans de l'eau de Mer. Lorsqu'on les expose à l'air après les avoir tirées de l'eau, elles meurent dans l'instant, elles se dissolvent & se pourrissent bientôt après. Leur cuticule exterieure est tendre, & de couleur plombée. Quand la Seche est morte, cette cuticule s'attache aux doigts si on la touche; mais cela n'arrive pas lorsqu'elle est en vie. Dans l'espace de huit jours ces animaux se fondent & se changent en une matiere gluante, noirâtre & puante; en sorte qu'il ne leur reste que l'os du dos, & le bec qui est noir, crochu & semblable à celui des Perroquets. Ce bec est si leger qu'il flotte sur l'eau, & c'est pour cela qu'on rencontre souvent de ces becs dans l'Ambre gris & dans l'Ambre noir, auquel ils s'attachent. Les Connoisseurs font plus de cas de l'Ambre qui se trouve chargé de ces becs, que de celui où il n'y en a point. Les Anciens ont cru que ces becs étoient de quelques Oiseaux de Mer; mais l'experience nous a appris tout le contraire. L'os du dos de ces Animaux est le même que celui que l'on connoit sous le nom d'*Os de Seche*, que les ignorans prennent souvent pour de l'écume de la Mer. Cette erreur vient de ce qu'après les violentes tempêtes, ces os sont poussés sur le rivage où on en trouve une grande quantité, que l'on vend ensuite aux Apoticaires & aux Orfevres, qui n'ignorent pas l'usage que l'on en doit faire. Il y en a qui nomment mal-à-propos les Seches, Araignées de Mer, ce nom ne leur convient en aucune maniere. Gesner leur donne en Allemand le nom de *Black-Kuttel*; les Arabes celui de *Sarthan*; les Grecs & les Latins celui de *Sepia*. Les Hollandois les appellent *Chats de Mer*, nom qui ne leur convient guere. Les Anglois les nomment & avec plus de raison *Blackfish*, comme qui diroit, *Poisson d'Encre*, parce qu'on trouve dans le corps de la Seche & du Calmar une liqueur noire comme de l'Encre. Cette liqueur qui

Piſcibus, nativus ipſis eſt & proprius. Siquando contrectantur, ilico ſuccum hunc dimittunt, aut potius ejaculantur per emiſſarium quoddam, ſub collo, inſtar coriaceæ cujusdam tibiæ utricularis, conſpicuum, ſicque aquam denigrant & turbidam reddunt, ut mox in fundum ſeſe recipientes vitæ ſuæ conſulant. Sic adorandus Creator animantium cuivis, modo mirabili, arma ſuppeditavit vitæ tuendæ neceſſaria. Vocant autem Angli nigrum huncce ſuccum *Black*, ſive atramentum. Atramentum Indicum, quod ex Japonia & Sina huc pervenit, ex hocce ſucco Sepiæ, copioſè collecto, exſiccato, cum aliis quibusdam remiſto, conficitur, dum nitidos in modulos immiſſus, variis literarum Japanicarum & Sinenſium characteribus partim auro, partim argento obductis, elaboratus, noſtras ad oras defertur in uſum Pictoriæ, aliarumque artium. Germanis hoc atramentum *Toeſch* audit. Serviunt ergo vel iſthæc etiam animantia Homini, quamvis apud nos haud adeo multum cognita. Aliis vero haud paucis in locis fercula inde ſapida parantur. Sunt inter veteres Zoographos, qui *Polypos*, *Sepias*, & *Loligines*, ad unum referunt genus: at ſanè cuilibet peculiare competit, iterum in varias abiens ſpecies, ut hacce Tabula demonſtramus. Tota hæc gens, omnesque ejus ſpecies, ex ovis generantur, quæ matres, præmeditato veluti cum conſilio, plantis fruticibusve marinis, ramoſis & lignoſis, norunt adfigere, primo quidem flaventibus piſis ſimilia, parte antica acuminata, poſtmodum vero ſenſim increſcentia in racemi magnitudinem, ſimulque nigrum acquirentia colorem, dum Mares forte ſuo illa atramento inficiunt, uti lactibus Piſces ova fœmellarum impprægnant. Quousque hæc infectio nondum contigit, ovula dilute flavi manent coloris, ovisque avium ſimilia parvum continent vitellum, albumini incluſum, itidem tunica craſſiuſcula veſtito: at nigreſcentia ſuam teſtantur fœcunditatem, & quinto decimo poſt die fœtus excludunt parentibus forma pares, quos etiam hi, excubiis tamdiu circa ovula actis, præſtolantur, excluſosque tuentur contra prædonum ipſis inhiantium injurias. Ita Animantium quodvis ſuæ ſollicitam gerit curam ſobolis. Quis infinitam exhauriat ſummi Conditoris potentiam & ſapientiam, tot tamque immenſa per prodigia ſeſe ubique manifeſtantem?

Figurarum Explicatio.

Num. I. *Sepiam deliniat Marem, è maximis ſpeciebus.*

Dimidiam ſane implet Tabulam ejusmodi grandiorem. Caput, Felini æmulum, binos monſtrat oculos, admodum protuberantes, pariter Felinos, aut veluti Aſelli minoris. Collum, ſive jugulum, cunctis eſt molle, oſſibus aut cartilaginea materie carens, nerveis ſaltem tendinibus, ad pectus & dorſum protenſis, devinctum. Præcipua, quibus ſe defendunt Sepiæ, arma ſunt octo flagella exporrecta, papillis ſuctricibus inſtructa, iis, quæ majoribus in Polypis dantur, ſimilia, Stellæ marinæ expanſionem referentia: horum in medio circulare patet foramen, nigricante & incurvo, Pſittaci velut, roſtro donatum, uti jam ſupra memoravimus. Porro flagella iſthæc radiata, à radice ſua usque verſus acuminatum apicem, prominulis ſcatent papillis ſugentibus, quarum nulla uſûs expers eſt. Circa flagellorum radicem, qua hæc craſſiſſima ſunt, papillæ pariter grandiores cernuntur, ſenſim vero minores, prout ad illorum apices properant. Sub capite, inter bina inferiora brachia, bini dantur tendines, vel tubi veluti ſuctores,


qui leur eſt naturelle, eſt renfermée dans une petite veſſie, comme le fiel des Poiſſons. Lorsqu'on les touche elles verſent tout-à-coup cette liqueur, ou plutôt elles la dardent à travers un certain conduit ſitué ſous le col, & qui reſſemble au tuyau d'une espece d'Outre. Après avoir dardé cette liqueur qui noircit l'eau & la rend trouble, elles ſe précipient au fond de la Mer pour mettre leur vie à couvert. C'eſt ainſi que Dieu, qui agit toujours d'une maniere admirable, a donné à tous les Animaux les armes qui leur ſont néceſſaires pour leur conſervation. Les Anglois donnent à cette liqueur noire le nom de *Black*, ou *Encre*. L'Encre des Indes qui nous vient du Japon & de la Chine eſt compoſée de cette liqueur, que l'on fait ſecher en grande quantité & que l'on mêle enſuite avec d'autres ingrédiens. On la met dans des moules fort propres, on y imprime differentes figures & caractères, dont les uns ſont dorés & les autres argentés, & on nous l'envoye ainſi préparée. Cette Encre eſt d'uſage dans la peinture & dans d'autres Arts. Les Allemans lui donnent le nom de *Toeſch*. On peut donc dire que ces Animaux ſont de quelque utilité à l'homme, quoiqu'ils ne ſoient pas fort connus dans ce pays. Il y a bien des endroits où l'on en fait des mets qui paſſent pour être agréables au goût. Il y a des Naturaliſtes anciens qui rapportent les Polypes, les Seches & les Calmars au même Genre. Cependant il eſt certain que chacun d'eux fait un Genre particulier, qui ſe diviſe enſuite en diverſes Especes, comme nous le faiſons voir dans cette Planche. Toute cette Famille & toutes ſes Especes doivent leur origine à des œufs que les femelles attachent, comme à deſſein, à des plantes marines & aux branches des arbriſſeaux. Ces œufs ſont d'abord jaunâtres, ſemblables à des pois, & pointus par devant. A meſure qu'ils croiſſent, ce qui ſe fait inſenſiblement, ils aquierent une couleur noire, & forment comme une espece de grappe. C'eſt peut-être alors que les Mâles verſent deſſus leur liqueur noire pour les rendre féconds, de la même maniere que les œufs des poiſſons le deviennent par le moyen de la Laite dont ils ſont impregnés. Jusqu'à ce que cette fécondation ſe faſſe, ces petits œufs reſtent toujours d'un jaune clair. Ils reſſemblent aux œufs des Oiſeaux, en ce qu'ils ont un jaune renfermé dans le blanc, qui eſt lui-même revêtu d'une membrane aſſez épaiſſe. Lorsqu'ils commencent à noircir, c'eſt une marque qu'ils ont été rendus féconds; & au bout de quinze jours il en ſort des Petits, qui ont la forme de ceux dont ils ſont nés. Le Mâle & la Femelle ont grand ſoin de bien garder ces œufs jusqu'à ce qu'ils écloſent, & lorsque les Petits en ſont ſortis, ils les défendent contre tous ceux qui voudroient leur nuire. On voit par-là qu'il n'y a aucun animal qui ne prenne ſoin de ſa famille. Qui eſt-ce qui peut pénétrer la grande ſageſſe & la puiſſance infinie du Créateur, qui ſe fait remarquer chaque jour par des prodiges ſi grands & ſi fréquens!

Explication des Figures.

N°. I. *Cette Figure repréſente une Seche Mâle de la plus grande Espece.*

Elle occupe la moitié d'une de ces grandes Planches. Sa tête reſſemble à celle d'un Chat. Elle a deux yeux qui ſe jettent fort en dehors, & qui reſſemblent auſſi ou à ceux des Chats, ou à ceux du petit Merlus. Toutes ces Seches ont le col molaſſe, ſans os & même ſans cartilages; & il n'eſt ſoutenu que par des tendons nerveux, qui vont aboutir au dos & à la poitrine. Les principales armes dont elles ſe ſervent pour ſe défendre, ſont huit bras ou rayons allongés, garnis de mammelons & ſemblables à ceux des gros Polypes. Ces rayons occupent autant d'eſpace que ceux de l'Etoile marine. On remarque dans le milieu un trou rond, avec un bec noirâtre & crochu comme celui d'un Perroquet, ce que nous avons déja remarqué ci-deſſus. Un grand nombre de mammelons élevés regnent tout le long de ces rayons, depuis la racine jusqu'à leur extrémité qui eſt pointue. Il n'y a aucun de ces mammelons qui n'ait ſon uſage. Les plus gros mammelons ſe trouvent près de la racine des bras, qui ſont auſſi plus épais dans cet endroit; mais ils deviennent inſenſiblement plus petits, à meſure qu'ils s'approchent de l'extrémité. On remarque au-

TAB. IV.



res, dimidium quivis cubitum circiter longi, molles admodum & laxi, intus cavi, instar fistulæ Tabacariæ, utroque tam superiore, quam inferiore, extremo largum pollicem lati, ibique numerosis præditi papillis magnis, mediocribus, & minusculis, forte generationi inservientibus, uti in Cochleis marinis & terrestribus. Potest & animal tubos hos, veluti brachia, longùm protendere, sicque prehendere obvia, iisque se adfigere. Scilicet, dum vivit animal, valet id eos rigidos facere pro lubitu, iterumque relaxare; hinc suctu sese adplicare ubicunque, & ex nutu denuo abscedere. Facies hujus Sepiæ superna valdè mollis est, tenui vestita cute, plumbeoque colore picta: eademque ratione caput cum octonis brachiorum radiis comparatum est. Subtus color regnat ex dilute cinereo albicans, ad binos pariter sese diffundens tubos suctorios, & ad emissarium, e quo niger succus atramentosus prosilit, respirationi forte pariter dicatum. Fœces exonerantur per exiguum foramen, quod circa partem inferiorem emissarii ante dicti grandioris patet. In dorso *Os Sepiæ* dictum residet, cui piscis quasi totus circum adcrevit. Servit id simul absterrendis aliis Piscibus, Sepiæ inimicis, utpote quibus obversi dorsi durities minus arridet. Plus tamen adhuc præsidii præstat nigri fellis sive atramenti evomitio. Utrinque ad latera ventris dorsique fimbriata hæret cutis mollior, pinnas referens, ossiculis tamen prorsus carens; quæ inservire interim natatui videtur.

Num. 2. Subtus heic conspicua eadem Sepia lævis est & ex dilute cinereo albicans. Venter totus, qua capiti committitur, patulus quasi est, instar sacci alutarii, extensi, e quo caput, una cum crassa fistula sub collo, prominet. Cæterum longus est venter, fundoque oblongo-rotundo terminatur, minime pervius a postica parte, sed undequaque clausus firmiter.

Num. 3, 4. Sepia junior, supina & prona.

Num. 5, 6. Sepia minor, supra & infra conspicua.

Num. 7, 8. Bina Ovaria, hoc ovulis albicantibus, uvarum æmulis, illud nigris fœtum, jam aspergine fœcundatis, hinc fœtus defacto continentibus. *Uvæ marinæ* vocantur.

Num. 9, 10. Bina *Sepiæ ossa*, majus & minus.

TABULA QUARTA.

Num. I. *Loliginis species maxima.*

Isthoc genus varia sortitum est nomina, variisque constat speciebus. *Lolium* quidam vocant, quia cauda in acumen terminatur. Græcis Τευθος audit; Gallis *Calamar* & *Araigne de Mer*; Latinis vero *Loligo* & *Araneus marinus*: quamvis Aranei æmulum vix quidquam habeat; potius autem, quoad caput, *Stellæ marinæ* accedat. Norunt & hæc Animantia, ope suctricium, quas numerosas gerunt, papillarum, suctu se undequaque adfigere. Brasiliæ ad littora isthæc Loligo capta est. Europa etiam earum ferax est circa oras Galliæ præsertim & Italiæ: nostra tamen, Belgarum, littora raro, nisi sub impetuosis ventis, marique procelloso, eas offerunt; cum Sepias interim valde numerosas ejiciant. Bina exporrecta brachia, sive fistulæ sugentes, Loligini multo, quam Sepiæ, sunt majora & crassiora, eodemque loco & ordine, quo octo radii stellati, constituuntur, ad superiora capitis nimirum, concurruntque cum illis ad circuli stellati formationem, subtus plurimis scatentia suctricibus veluti papillis, tenacium ope membranarum adligatis, & forte generationi simul inservientibus. Hæ quidem in Sepiâ atque

au-dessous de la tête entre les deux bras inferieurs, deux tendons ou tuyaux que l'on peut regarder comme les suceurs. Ils ont chacun une demi-coudée de longueur. Ils sont extrêmement mous, lâches, & creux en dedans comme une pipe. Les deux extrémités, tant la superieure que l'inferieure, ont chacune un pouce de largeur; & c'est là où l'on voit un nombre prodigieux de mammelons de toute grandeur, qui servent peut-être à la génération, comme dans les Limaçons de Mer & dans ceux de Terre. Cet animal peut allonger & étendre fort loin ces deux tuyaux, qui lui tiennent lieu de bras: il peut à l'aide de ces bras se saisir de tout ce qu'il rencontre, & s'y attacher. Lorsqu'il est en vie, il dépend de lui ou de les roidir ou de les relâcher, il est maitre de se coller ensuite par-tout où il veut, & ensuite de se détacher s'il le juge à propos. La partie superieure de cette Seche est fort molle, de couleur plombée, & couverte d'une mince membrane: il en est de même de sa tête & de ses huit rayons. Le dessous de son corps est d'un blanc cendré; & cette couleur s'étend jusqu'aux deux tuyaux que nous nommons suceurs, & jusqu'à ce conduit qui verse la liqueur noire, & qui est peut-être aussi l'organe de la respiration. Les excrémens se déchargent par un petit trou, situé près de la partie inferieure du conduit dont nous venons de parler. Ce qu'on appelle *Os de Seche*, est l'os du dos, autour duquel presque tout le corps de ce poisson est attaché. Cet os lui est d'un grand usage pour épouvanter les autres poissons qui lui font la guerre, car alors il leur présente son dos, dont la dureté les rebute & les écarte. Cependant il n'a pas de plus grande ressource lorsqu'il se voit dans l'embaras, que de vomir son fiel ou cette liqueur qui est noire comme de l'encre. On voit aux deux côtés du dos & du ventre une peau fort molle, faite en maniere de frange & semblable à des ailerons. Cette peau n'a pas un seul os, & il y a toute apparence que ce poisson s'en sert pour nager.

N°. 2. On voit ici le dessous du corps de la Seche précédente, qui est d'un blanc cendré. Tout son ventre, à l'endroit où il se joint à la tête, est comme ouvert: on le prendroit pour une poche de cuir corroyé, qui est tendue & gonflée. C'est de cette poche que sortent la tête & le gros tuyau qui est sous le col. Du reste ce ventre est long, & se termine par un fond de figure ovale. Sa partie posterieure n'a aucune ouverture, mais elle est bien fermée de tous côtés.

N°. 3, 4. Jeune Seche, couchée sur le dos & sur le ventre.

N°. 5, 6. Autre petite Seche, dans la même situation que la précedente.

N°. 7, 8. Deux Ovaires, dont l'un est rempli de petits œufs blanchâtres & semblables à des raisins. Les œufs de l'autre Ovaire sont noirs, & imprégnés de la semence du Mâle: ils renferment par consequent déja les Embryons. Ces œufs sont connus sous le nom de *Raisins de Mer*.

N°. 9, 10. Deux *Os de Seche*, un grand & un petit.

PLANCHE QUATRIEME.

N°. I. *Calmar de la plus grande Espece.*

Il regne ici une belle varieté dans les gaines des piquans qui ont disparu.

Lettre b. Le même Hérisson vu par dessous.

N°. 9. *Hérisson de Perse, d'un verd d'émeraude.*

Il jette du centre à la circonference dix rayons d'un verd-pâle, disposés en étoile: le long de ces rayons sur le dessus du corps ici représenté, sont rangées les pointes du Hérisson, lesquelles sont très-petites & très déliées.

La Lettre b, en représentant le Hérisson couché sur le dos, fait voir par dessous les gaines des pointes qui sont plus grandes que sur le dessus du corps, d'où il paroit vraisemblable que ses plus grandes pointes tapissent le dessous du corps. Sa couleur est d'un verd pâle.

N°. 10. Lett. a. *Hérisson d'un verd-jaune.*

Je l'ai reçu avec quelques autres de la Chine. Les gaines de ses pointes sont presque partout de la même grandeur, & ne ressemblent pas mal à de petits mammelons, ce qui fait à l'œil un effet agréable.

La Lettre b, fait voir le Hérsson par dessous.

N°. 11. Lettr. a. *Hérisson de mer, saxatile, d'Afrique, de figure ovale.*

On trouve ordinairement cette Espece de Hérisson sous les rochers de la mer. Tous ses rayons sont fort beaux, & laissent voir un rouge éclatant entre les grosses gaines où sont fichés ses piquans.

Lettre b. Le même Hérisson renversé, offrant aux yeux par une grande ouverture sa structure intérieure.

PLANCHE DOUZIEME.

N°. 1. *Hérisson de mer, armé de toutes parts de longs piquans, violets.*

Ce Hérisson, & tous ceux de cette Planche, conservent encore toutes leurs épines sans qu'il leur en manque aucune. Pour cet effet, on les a tiré de la mer, on les a lavé, & on les a fait secher au

hac in Tabula exhibemus. Scilicet ſuſpenſa manu omnes quam cautiſſimè e mari protracti, abluti, prudenterque ad Solem ſiccati ſunt. Siquidem prius octidui ſpatio in forti ſpiritu ſacchari, *Kilduivel* dicto, macerantur, ut inde eluatur maris aqua, citius dein ſiccari, &, intemerata nativa forma, diu aſſervari poſſunt: at, non præmiſſa in ſpiritu maceratione, lentius areſcunt, & facile orta putredine tenella aculeorum ligamina reſolvuntur, ut hi defluant ſuperſtite ſolum calvo cadavere; id quod in binis prioribus Tabellis affatim patuit. Nobis, qui locupletiſſimo peregrinorum Animantium Theſauro gaudemus, data eſt occaſio, ſingula quam accuratiſſimè inveſtigandi, nativum quorumvis habitum addiſcendi, atque in hisce Tabulis repræſentandi. Univerſim ferè obſervavimus, in quibuscunque Echinis ſpinoſis acutos aculeorum apices ſaturatioris eſſe coloris, quam ipſorum radices, quæ plerumque dilutius tinctæ ſunt, colore interim manente homogeneo. Echinus hic pigmento violaceo perfundatus eſt; in medio autem flaveſcit. Subtus hîc caput & denticuli conſpiciuntur.

Num. 2. a. *Echinus, minutis ſpinulis, griſeis, inſtructus, pronus.*

Lit. b. Idem ſupinus os, dentibus munitum, aculeosque dilutius griſeos hac in parte monſtrat.

Num. 3. *Echinus alius, aculeatus.*

Hujus grandiores ſunt & longiores aculei, in medio ſpadicei, ad apices vero Thalaſſino virore inſignes.

Num. 4. a. Echinum exhibet pronum, majorem, ſaturate purpureum, aculeis craſſioribus & validioribus præditum, quorum apices dilutè flaveſcunt.

Lit. b. eundem monſtrat ſupinum, ubi os ipſius circulo dilute flaveſcente cinctum obſervatur.

Num. 5. a. *Echinus aculeatus, major, herbidi coloris, pronus.*

Lit. b. Idem ſupinus circum os tono ſubruffulo translucet.

Num. 6. Echinus hic ſupinus imam faciem aculeis obſitam gerit, ſaturate Kermeſino rubore inſignibus, intermicante quadam albitudine. Os ruber ambit annulus, inque eo denticuli ſtellæ in modum compoſiti cernuntur.

Num. 7. *Echinus minor, purpuraſcens, cujus aculei pro ratione magnitudinis itidem minores ſunt & teneriores, in ſuprema parte ſtellatim diſtincti.*

Num. 8. *Echinus, aculeatus, prægrandis, cujus pars ſuperna aculeos gerit, in medio malini inſtar floris tinctos, ad apices vero purpuraſcentes.*

Lit. b. Idem ſupinus caput ſuum atque denticulos offert paulum a ſe mutuo dimotos, nigricantem ſtellulam

au Soleil avec beaucoup de prudence & de ſoin. On les a d'abord maceré pendant huit jours dans de l'Eau de vie de Sucre qu'ils nomment *Killduivel*, afin d'en tirer toute l'eau de la mer, de les faire ſecher plus promtement, & de les pouvoir conſerver longtems dans leur état naturel; que ſi on ne les macere point préalablement dans cette Eau de vie, ils ſe ſechent trop lentement, & par la pourriture qui peut ſurvenir aiſément, les épines ſe détachent, & ne laiſſent que la coquille nue, comme il a paru par ceux qu'on a décrit dans les Planches précedentes. Par le vaſte recueil que nous avons fait d'Animaux étrangers, nous avons eu occaſion d'acquérir quelques lumieres à cet égard, d'aprendre à connoitre la figure naturelle de ces divers Animaux, & d'en donner les véritables portraits. Nous avons obſervé que presque univerſellement dans tous les Hériſſons armés de pointes, le bout aigu de leur pointes étoit d'une couleur plus foncée que la racine, quoique d'ailleurs cette couleur demeure la même. Ce Hériſſon eſt armé de piquans violets, mais il eſt jaunâtre au milieu du corps. On voit par deſſous ſa tête & ſes petites dents.

N°. 2. Lett. a. *Hériſſon muni de petites épines griſes, couché ſur le ventre.*

Lettre b. Couché ſur le dos, il laiſſe voir ſa bouche garnie de dents, & ſes épines qui ſont ici d'un gris plus clair.

N°. 3. *Autre Hériſſon armé de piquans.*

Les piquans qu'il porte ſont gros & grands, chatains au milieu, & d'un verd de mer aux bouts.

N°. 4. Lett. a. Repréſente un grand Hériſſon d'un pourprebrun couché ſur le ventre, & défendu par de groſſes & fortes épines dont les pointes ſont d'un jaune-clair.

Lettre b, montre le même Hériſſon ſur le dos, ce qui fait qu'on voit ſa bouche qui eſt entourée d'une bandelette jaunepâle.

N°. 5. Lett. a. *Grand Hériſſon, chargé de ſes piquans, d'un verd d'herbe, mis ſur le ventre.*


Lett. b. Le même placé ſur le dos, & peint d'un roux-clair tout autour de la bouche.

N°. 6. Ce Hériſſon couché ſur le dos expoſe aux yeux le deſſous de ſon corps hériſſé de piquans couleur de feu, entrecoupé par-ci par-là d'un blanc de talc. Sa bouche qu'entoure une bande rouge, eſt garnie de petites dents rangées en forme d'étoile.

N°. 7. *Petit Hériſſon, de couleur purpurine; ſes piquans ſont fins & petits à proportion de ſa grandeur, du reſte diſpoſés en étoile ſur le deſſus de ſon corps.*

N°. 8. Lett. a. *Grand Hériſſon, armé d'épines; ſes épines ſur le deſſous de ſon corps ſont dans le milieu de couleur de fleur de pommier, & aux pointes de couleur purpurine.*

Lettre b. Le même poſé ſur le dos, préſente à la vue ſa tête avec ſes petites dents un peu éloignées les unes des autres, & formant



N.° 1.
N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 4.
N.° 12. C.
N.° 12. E.
N.° 12. D.
N.° 12. A.
N.° 5.
N.° 12.
N.° 6.
N.° 5.
N.° 8.
N.° 9.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 10.
N.° 11.
N.° 12. B.

ſtellulam referentes. Dilutior hac in parte color eſt, quam ſupra, oriſque ambitum, aculeis carentem, ſaturata pingit flavedo.

Num. 9. a. *Echinus aculeatus, maximus.*

Nuſpiam Echinum tantæ magnitudinis, omnibusque ſic numeris abſolutum, videre memini. Amethyſtino ſive dilutè purpureo ſuperbit colore amœniſſimo, apicibus interim aculeorum paulò ſaturatius purpuraſcentibus.

Plura de hisce Animantibus ex vero proferri vix poſſunt hactenus. Græcis *Echini* vocantur; quoniam aculeis horrent. Aliis & *Erinacei*, vel *Herinacei* audiunt, aliis *Hyſtrices*; quia ratione aculeorum hisce Animantibus accedunt. Dum in mari vivunt, omnes & ſingulos ſuorum aculeorum movere poſſunt. Sunt &, quibus *Abroti* vocantur Echini. Differunt inter ſe maximè colorum varietate, prout hucusque data edocent ſpecimina.

Lit. b. Eundem ſubtus dat conſpiciendum, ſimili, ac ſupra, colore tinctum. Dentes hic diſtinctè cernuntur ad ſe mutuo contracti. Caput, prægrande in ambitu, aculeis caret, umbramque veluti ſtellulæ reflectit.

TABULA DECIMA TERTIA.

Num. 1. *Echinometra, ſeu Echinus marinus, Orientalis, pennis digitatis ornatus.*

Elegantiſſimum hunc Echinum, jure rarioribus adnumerandum, ex Indiis Orientalibus huc delatum accepi, nulla prorſus parte mutilum, pennis latioribus, digitorum æmulis, perpulchris, variæ magnitudinis, ornatum, quæ omnes in extrema deſinunt craſſiora, &, ſaturate cinereo tinctæ colore, annulo ſeu vinculo quaſi albicante circulantur, firmiter interim corpori Echini infixæ, atque inde in ambitum ſeſe exporrigentes ſpecioſiſſime: quantumvis autem ponderoſæ, & oſſeam fere in duritiem compactæ hæ ſint, moveri tamen pro lubitu ſingulæ, tanquam ſupra vertebram, omnes in partes poſſunt. Indi, potiſſimum verò Sinenſes, pennas hasce Lapides vocant rotatiles, vel digitatos Echini marini, uſuque medico vel Bezoar Lapidi Orientali præferunt: ſiquidem in graviore Capitis dolore, Vertigine, Apoplexia, Epilepſia, Convulſionibus, morbis Bilioſis, Febribus ardentibus, Soda ventriculi, Nephritide, aliisque ægritudinibus, commendentur. Doſis eſt a XX ad XL grana, quæ in Porphyrite lævigata, liquido appropriato unita, exhibentur. Ita peregrinæ etiam Nationes nova, ante nondum cognita, imò ne cogitata quidem, adinveniunt, ut pateat omnia ad uſus Hominum comparata eſſe, modo probe adplicentur.

Num. 2. *Idem ſupinus.*

Hac parte elegantior etiam eſt, quam ſupra, pennæque omnes, ordine nitidiſſimo digeſtæ, venuſtum referunt

mant une eſpece d'étoile noire. Sa couleur eſt plus claire ſous le ventre que ſur le dos. Le contour de ſa bouche eſt peint d'un jaune-brun.

N°. 9. *Autre Hériſſon tout hériſſé de pointes, fort grand.*

Je ne me rappelle pas d'avoir vu de ſi grand Hériſſon, & en même tems d'auſſi parfait, que celui-ci. Il frappe par la belle couleur purpurine de ſes piquans, dont les bouts ſont d'un pourpre un peu plus foncé.

On n'a pu gueres encore nous donner quelque détail un peu ſûr touchant les Hériſſons de mer. Pendant qu'ils ſont en vie, ils peuvent baiſſer, lever, mouvoir tous leurs piquans, ou ſeulement quelques-uns s'ils le veulent; ils ont un grand nombre de couleurs differentes, comme le prouvent les exemples rapportés ci-deſſus. Les Grecs & les Latins ont donné dans leurs Langues divers noms à ces Animaux.

La Lettre b, préſente le deſſous du corps de ce dernier Hériſſon, peint de la même couleur que ſur le dos. On voit ici diſtinctement ſes dents, qui ſont ſerrées les unes contre les autres. Sa tête eſt groſſe, formant une eſpece de petite étoile, du reſte dénuée de piquans tout autour.

PLANCHE TREIZIEME.

N°. 1. *Hériſſon de mer, Oriental, garni de pointes, ou d'ailes rangées en forme de doigts.*

J'ai reçu des Indes Orientales ce magnifique Hériſſon de mer, bien en ſon entier, & qu'on peut mettre avec raiſon au nombre des plus rares. Il eſt garni de groſſes pointes obtuſes, de differente grandeur, diſpoſées en forme de doigts d'une main ouverte, colorées de cendré-brun, & cerclées vers le bout comme d'une bandelette blanche. Ces pointes ſont fichées fermement par leur racine dans le corps du Hériſſon, d'où elles ſortent & s'étendent artiſtement de toutes parts. Quoiqu'elles aient la peſanteur & presque la dureté des os, l'Animal peut néanmoins quand il le veut les mouvoir chacune en particulier de tous côtés, & les faire tourner comme ſur un pivot. Les Indiens, mais principalement les Chinois, apellent les pointes obtuſes de notre Hériſſon, des pierres diſpoſées en rayons de roue, ou faites en façon de doigts, & en préferent même l'uſage en Medecine à la Pierre de Bézoard Oriental; car ils s'en ſervent dans les grandes douleurs de tête, contre les Vertiges, l'Apoplexie, l'Epilepſie, les Convulſions, les maladies bilieuſes, les Fievres ardentes, la Gravelle, les maux d'Eſtomac, & autres ſemblables. La Doſe eſt depuis XX jusqu'à XL grains, ſubtilement pulveriſés ſur le Porphyre, & pris dans quelque véhicule convenable. C'eſt ainſi que des Nations barbares trouvent de nouvelles choſes, inconnues auparavant, & auxquelles même on n'avoit jamais penſé; ce qui montre que tout eſt deſtiné au bien des Hommes, pourvu qu'ils en ſachent faire une ſage application.

N°. 2. *Le même Hériſſon, couché ſur le dos.*

Il eſt encore plus beau dans cette ſituation. Ses ailes magnifiquement déployées, reſſemblent à ces fleurs qui pouſſent d'abord de

referunt florem, qui circulari è disco minora primo foliola promit, deinceps sensim majora, inque medio sui centro ovarium gerit, hoc in Echino quasi per os, hujusque quinque denticulos, stellam æmulantes, repræsentatum. Minimæ harum pennarum, qua parte crassiores sunt, subtus Kermesino pollent rubore; reliquæ, prout increscunt sensim magnitudine, saturatè russulum adsciscunt colorem; & apices denique lati crassissimarum partim uno, partim duobus annulis albicantibus, spectaculo amœnissimo, distinguuntur.

Num. 3. *Echinometra altera, digitata, supina.*

Echinus hic rarior itidem, è mari Mediterraneo protractus, longioribus, quam prior, pennis gaudet, attamen & gracilioribus, quarum extrema crassiora, sulcis veluti crispata, vel complicata, conicos in apices desinunt. Pennæ minores ejusdem quoque sunt figuræ. Eæ quidem omnes corpori animalculi, ex se saturate purpurascenti, ita infixæ sunt, ut eo vivo supra suum quælibet vertibulum, cui tenuibus ligamentis adligantur, pro lubitu moveri atque rotari queant: id, quod supra jam memoravimus. Subtus, circum os, plumosæ veluti stellæ pentagonæ figura cernitur. Cæterum pennæ pro parte dilutè, pro parte vero saturate grisei sunt coloris, annulis albicantibus circulatæ.

Num. 4. *Echinus, longissimis digitis instructus, è mari Mediterraneo.*

Alium huic pennarum longitudine parem vidi nunquam. Pennarum quælibet dorsum, sive costam quasi elevatiorem, ab origine ad obtusum usque finem protensam monstrat; ut hinc omnes trigonæ adpareant. Supina hæc est ejus facies, qua corpus cernitur ex saturate spadiceo perfundatum, squamulis interstitia pennarum replentibus, ex russo cinereo flavescentibus, vestitum. Annuli albicantes, qui in prioribus aderant, hic desunt. Omnes hosce digitatos, aut aculeatos Echinos vetusti Scriptores *Echinometrarum* nomine impertierunt, quanquam ratione formæ & habitus plurimas in species abeant.

Num. 5. *Echinometra nigra, pennis instructa, Americana, supina, maxima.*

Corpore est minus sphærico, sed rotundo-plano, in quinque sinus emarginato, penitus nigro, è quo variæ magnitudinis pennæ prodeunt, griseo cinerei coloris, ad latera & in parte superna longissimæ, subtus minores atque breviores. Ambitus oris pentagonam veluti stellulam, dilutius paulo, quam pennæ, griseam, efformat, circulo circumdatam. Solis sic faciem hic dixeris exprimi radiis divergentibus conspicuam.

Num. 6. *Echinometra, multipes, seu spinosissima, Americana, supina.*

Aculei ejus, qui partem supernam obsident, admodum longi sunt & tenues, dilutè grisei, simul tamen ex purpureo resplendentes; dum interim corpus ipsum colore est obscure griseo. Siquidem Animalcula hæc in parte ima plerumque elegantiora sunt, ideo potissimum supina repræsentamus. Ex capite certe

de leur disque de petites feuilles, ensuite de plus grandes, & qui ont au milieu du centre leur ovaire, assez bien représenté dans notre Hérisson par sa bouche & ses petites dents qui imitent une étoile. Les plus petites des ailes sont ici colorées dans leur partie la plus large d'un rouge vif; mais les autres acquierent à proportion de leur grandeur une couleur roussâtre-obscure; enfin le bout obtus des plus grosses ailes est cerclé d'une ou de deux bandes annulaires blanchâtres, ce qui produit à l'œil un charmant effet.

N°. 3. *Autre semblable Hérisson, vu par dessous.*

Ce Hérisson-ci qu'on a pris dans la Méditerranée, n'est pas commun. Ses ailes ou pointes sont plus grandes & plus menues que celles du précedent. Leur bout exterieur est tout sillonné, & se termine en cone. Les courtes pointes ont la même figure. Au reste, toutes ces pointes sont tellement plantées & attachées par de minces ligamens au corps de l'Animal, dont la couleur tire sur le pourpre-brun, qu'il peut les mouvoir à sa fantaisie en haut, en bas, par un mouvement de rotation, en un mot de tout sens, ainsi que nous l'avons déja remarqué. On voit par dessous tout autour de la gueule, comme la figure d'une étoile pentagone qui seroit garnie de plumes. Ses ailes sont les unes d'un gris-clair, les autres d'un gris-brun, avec des bandes circulaires blanches.

N°. 4. *Hérisson de la Mer Méditerrannée, radié de longues ailes.*

En effet ses ailes sont les plus grandes que j'aye vu. Chacune est relevée au milieu par une côte qui s'étend d'un bout à l'autre, & la fait paroitre triangulaire. Le dessus du corps de notre Hérisson est coloré de bai-brun, & dans l'espace qu'il y a entre chaque aile, il est muni de petites écailles d'un jaune-roux cendré. On ne voit point ici de bandes annulaires, comme dans les précedens. Tous les Hérissons de mer radiés de pointes faites en maniere de doigts, ont été qualifiés par les anciens Ecrivains du nom Latin *Echinometra*, quoique ces Animaux forment plusieurs Especes differentes entre elles, en grosseur, en couleur, & en figure.

N°. 5. *Grand Hérisson de Mer, d'Amerique, radié de pointes, & renversé sur le dos.*

Son corps est d'une figure ronde-plane, échancrée en cinq endroits, noir partout, radiant des pointes cendrées-grises, de differente grandeur, très-longues sur le dos & aux côtés, mais plus menues & beaucoup plus courtes sous le ventre. Le contour de la gueule représente comme une petite étoile pentagone, d'un gris très-clair, enfermée dans un cercle. Ainsi notre Hérisson a comme la figure d'un Soleil rayonnant.

N°. 6. *Hérisson de mer, d'Amerique, armé de pointes, couché sur le dos.*

Ses pointes sur le dessus du corps sont très-longues, menues, grisâtres avec un mélange de pourpre, tandis que son corps est d'un gris-minime. Comme ces Animaux ont pour la plupart le dessous du corps plus beau que le dessus, nous les représentons d'ordinaire par cette raison couchés sur le dos. C'est certainement principalement par la tête qu'on peut connoitre toutes sortes

certe animantia quævis maximè dignoſci poſſunt. Hujusce os, denticulis, in formam ſtellulæ diſpoſitis, conſpicuum, craſſo ambitur annulo, e quo deinceps tenuiſſimæ & valde acuminatæ ſpinulæ, acicularum ſimiles, in orbem exporriguntur. Multipes ob aculeorum multitudinem vocatur iſthæc ſpecies.

Num. 7. *Echinometra, purpurea, Americana.*

Hujusce corpus in quinos veluti ſinus compreſſum, plano-rotundum, pennas gerit non admodum longas, è quinque brachiis ſive colliculis ſtellatis oriundas, ſicque in ambitum expanſas, ut infimæ omnium ſint tenuiſſimæ, ferè capillaceæ, & paulo dilutioris coloris, quam pennæ majores ex ruffo cinereæ. Os in foramine circulari ſub gemina ſtella reconditum hæret. Cæterum ferè ad Echinum Num. 5. accedit.

Num. 8. *Echinometra ſingulariſſima, ex Indiis Orientalibus.*

Aculei ejus, piſtillorum æmuli, radice craſſiore, tereti, in ſuis ſinguli vertibulis defixi hærent, apices vero exſerunt tenuiores, quorum ultimi fines denuo latiores facti venuſtos quaſi floſculos repræſentant. Attamen aculei minores in acumen deſinunt. Os annulo circumdatur, cujus peripheriam ambit elegantiſſimus adparatus foliaceus, Muſco marino tenuiſſimo ſimilis, globoſo corpori ſubtus adcretus. Neque dubium eſt, quin iſthoc ornamentum huic Animali nativum ſit; quum & in aliis plurimis reperiatur. Globus corporis obſcure ruffulo eſt colore; aculei vero ex dilutè cinereo flaveſcunt. Folioſa expanſio Citrinum colorem oſtendit.

Num. 9. *Echinometra ſetoſa, Sinenſis.*

Aculeis gaudet valde gracilibus, in apices obtuſos deſinentibus. Animalculum ipſum perpuſillum eſt, ſubtilesque gerit vertebras, in quibus graciles aculei, membranam extimam perforantes, tenuium ope tendinum ita defixi hærent, ut extus mobiles ſint. En! adorandam Conditoris ſapientiam per omnia creata, ubivis, elucentem. Pennæ hic Thalaſſini ſunt viroris, tenui purpura ſparſim intermiſta. Qui os & denticulos ſtellatos ambit, circulus dilutè flavet. In profundo maris deliteſcit hæc ſpecies, quippe alliſuum impatiens.

Num. 10. *Echinometra muſcoſa, Amboinenſis.*

A latere conſpicuum exhibemus hunc Echinum, ut pennæ ſuperiores, utpote longiſſimæ & craſſiſſimæ, ita erectæ ſtent, quemadmodum, Echino in mari natante, plerumque ſeſe habent. Minimæ atque breviſſimæ pennarum imam omnes obſident regionem. Inter pennas, quæ malini floris colore gaudent, foliacea quoque hîc ornamenta, Muſci Corallini ſubtilioris æmula, cuti externæ adcreta, conſpiciuntur. Pennæ ſuperiores, piſtillis ſimiles, toto decurſu æque craſſæ, apici extremo impreſſam oſtentant floſculi ſeu ſtellulæ figuram, pari ferè modo, ac in Coralliis albis cernitur. Una cum aliis iſthæc Echinometra nobis ex Amboina adlata eſt.

Num. 11.

ſortes d'Animaux. La bouche de notre Hériſſon eſt cerclée d'une bande épaiſſe, d'où naiſſent une infinité de petites épines, minces, pointues, ſemblables à des éguilles, & diſpoſées en rond. Ses dents ſont petites, & forment la figure d'une étoile. Cette Eſpece de Hériſſon eſt nommée par les Latins *Multipes*, comme qui diroit *Millepieds*, à cauſe du grand nombre de pointes dont elle eſt armée.

N°. 7. *Hériſſon de mer d'Amerique, de couleur pourpre.*

Son corps eſt d'une figure aſſez ronde, mais échancrée en cinq endroits. Il eſt muni de pointes obtuſes, médiocrement grandes, qui partent de cinq bras, & s'étendent en forme de rayons, de maniere néanmoins que les pointes inférieures ſont presque auſſi menues que des cheveux, & d'un roux-cendré plus clair que dans les pointes ſupérieures. Sa bouche eſt cachée ſous une double étoile dans un trou circulaire. Du reſte ce Hériſſon reſſemble beaucoup à celui du N°. 5.

N°. 8. *Hériſſon de mer, des Indes Orientales, très-ſingulier.*

Ses pointes ont la figure de nos Pilons. Elles ſont chacune fermement plantées dans leur capſule par leur plus gros bout qui eſt rond, épais, & s'étend en s'amenuiſant inſenſiblement juſqu'à l'autre extrêmité, terminée par une tête qui reſſemble en quelque maniere à une petite fleur épanouïe. Les plus courtes pointes ne ſont point obtuſes comme les autres, mais aiguës. Sa bouche eſt cerclée d'une bande, qu'accompagne de toutes parts une touffe feuillue de couleur citrine, ſemblable à de la fine mouſſe de mer, & adhérente par deſſous au corps rond de l'Animal. Il ne faut pas douter que cet ornement ne lui ſoit naturel, puisqu'il ſe trouve en pluſieurs autres Animaux. Le tronc de ſon corps eſt tanné-obſcur, mais les pointes ſont d'un jaune-cendré.

N°. 9. *Hériſſon de mer, de la Chine, hériſſé de piquans.*

Il ſe tient au fond de la mer, parce qu'il ne pourroit ſupporter le choc de ſes vagues. Ses pointes d'un verd-clair mêlé de pourpre çà & là, ſont très-deliées, & obtuſes à l'extrêmité. Son corps eſt mince, & ſes vertebres ſont fort menues. C'eſt dans ſes vertebres où ſes piquans, qui percent la membrane extérieure, ſe trouvent attachés par le moyen de pluſieurs tendons, de maniere qu'il peut les remuer à ſa fantaiſie. La bandelette qui ceint ſa bouche auſſi bien que ſes petites dents diſpoſées en étoile, eſt d'un jaune-pâle.

N°. 10. *Hériſſon de Mer, d'Amboine.*

Nous faiſons voir ce Hériſſon de côté, pour repréſenter comment ſes pointes du deſſus du corps, lesquelles ſont les plus longues & les plus groſſes, reſtent ordinairement dreſſées, quand cet Animal nage. Les pointes les plus courtes & les plus menues garniſſent le deſſous du corps. Entre les pointes blanches mêlées de purpurin, l'on voit ici comme une plante touffue qui eſt attachée extérieurement à la peau, & qui reſſemble à cette fine Mouſſe qu'on nomme Coralline. Les pointes du deſſus du corps ſont faites en Pilons d'un égal diametre, dont l'extrêmité donne en quelque maniere la repréſentation d'une petite fleur, ou d'une étoile, à peu près comme dans les Coraux blancs. On nous a apporté d'Amboine cette Eſpece de Hériſſon avec quelques autres.

Num. 11. *Echinometra, Amboinensis, altera, minor.*

Pennæ ejus, quam prioris, minores sunt. Supinam hîc repræsentamus, ut pateat conspectui os & quini in stellam compositi dentes, circulo inclusi, quousque foramen crustæ exterioris hiat. Animali mortuo caput de hoc foramine excidit; quum ligamenta, quibus id retinetur, putredine colliquescant: uti sub numero sequente commonstrabimus. Minores pennæ hîc nullo ordine digestæ sunt, sed quasi fluctuant, & ex cinereo griseæ stellulas quoque, tanquam flosculos, extremo apici impressas gerunt, quemadmodum in præcedente: quin & earum interstitia foliosus ornat adparatus dilute viridis coloris.

Num. 12. *Echinometra, spinis orba.*

Est hæc ex maximis Echinometrarum speciebus, quæ, pennis digitatis, elapsis, denudata, residuas monstrat harum vertebrulas, seu tubercula, papillarum æmula, ordine nitido digesta, quorum singula annulo ambiuntur ex plurimis minutioribus globulis, margaritarum instar splendentibus, composito: ut adeo species Diadematis Regii, vel Imperialis, grandioribus gemmis, pretiosisque margaritis, superbi, inde exsurgat. Omnes hi ordines in quinque veluti stellata segmenta, ope tenuissimarum, ferè capillarium, spinularum, distinguuntur; quemadmodum encausta auro adglutinantur in coronis, ut vividiore luceant fulgore. Ita mira cernitur compages animantium ejusmodi marinorum, quæ, ut abjecta sint, externam tamen crustam pulchrè adeo ornatam gerunt: conspiciuntur hîc plurima foraminula, majuscula & minora, per quæ tenelli tendines, adligandis spinulis, atque movendis, inservientes, decurrerunt. Tam singularis est apparatus externus! Quid autem de interna dicam fabrica? quæ externis firmitudinem & fulcimenta præbet. Describi sane nequit, quam artificiose omnia rursus hic inter se conjuncta, & quanto ornatu instructa sint.

Pronam monstramus hanc Echinometram, cujus superficies ex dilute cinereo flavescit, dum papulæ ejus albicantem margaritarum colorem præ se ferunt, & quinæ divisiones dilute purpurascunt. Operimentum fornicatum inde delapsum est, una cum parte infima capitali, quam sub lit. A. hîc juxtim exhibemus: est nimirum integra theca, continens quinos dentes, longis radicibus, quæ nutrimentum iis necessarium accipiunt, inibi defixos.

Lit. B. Dentatæ hujus thecæ demonstrat partem inferiorem, qua dentes radicati sunt.

Lit. C. Theculam exhibet dentibus vacuam.

Lit. D. Denticulum ostendit è theca protractum.

Lit. E. Officulum est transversale, cujusmodi quinque intra thecam reperiuntur, comprimendis dentibus destinata.

Num. 13. *Echinus alter, pennis denudatus.*

Priori fere similis est, at minor, & coloris obscurioris. Pennæ ejus prægrandes fuerunt, digitorum quasi æmulæ. Amboinensibus, quorum in oris hæc species reperitur, vocatur *Servakki*, aliis *Tiara Æthiopica*; aliis rursum aliter pro vario cujuslibet idiomate. Sed his non immorabimur.

Præterea

N°. 11. *Autre Hérisson de mer, d'Amboine, petit.*

Ses pointes sont plus courtes que celles du précedent. Nous le présentons couché sur le dos pour montrer sa bouche, & ses cinq dents, qu'environne une bande circulaire autour de la niche qui contient la tête. L'Animal étant mort, la tête tombe de cette niche lorsque les ligamens qui l'y tiennent attachée se pourrissent, ainsi que nous le ferons voir dans l'article suivant. Ses pointes, dont la couleur est cendrée-grise, sont placées sans ordre, & paroissent même comme flotantes. Elles représentent à leur extrêmité des especes de petites fleurs ou d'étoiles, à la maniere du précedent. Tout l'espace qu'il y a entre ces pointes est couvert d'un tapis feuillu, tel qu'on voit encore dans le Hérisson du N°. qui précede.

N°. 12. *Hérisson de Mer, dépouillé de ses pointes, bon à manger.*

C'est ici un des Hérissons de mer de la plus grande Espece. Dépouillé de ses pointes qui étoient rangées en forme de doigts, il ne montre plus que les mammelons où elles étoient plantées. Ces mammelons étant régulierement disposés, & cerclés d'un collier de tubercules ronds, brillans comme des perles, imitent chacun la figure d'une Couronne de Prince composée de pierres précieuses de differente grandeur. Ils sont outre cela partagés en cinq rangs par de petites épines extrêmement fines, à peu près comme on applique les émaux sur l'or dans les Couronnes pour leur donner plus de brillant. Au reste, outre le Hérisson, il y a beaucoup d'autres Animaux marins qui, quoique fort vils, ont cependant leur coquille singulierement ornée. On voit encore ici plusieurs trous grands & petits, par où passent les tendons destinés à attacher & à mouvoir les pointes du Hérisson. Ainsi tout cet appareil extérieur est admirable: mais que dirai-je de l'interieur, qui lui sert d'appui & de soutien? Certes on ne sauroit décrire avec quel artifice, & quel ornement, tout s'y trouve merveilleusement joint ensemble.

Nous représentons notre Hérisson couché sur le ventre, pour le faire voir par le dessus du corps dont la couleur est d'un jaune-cendré, tandis que ses mammelons sont d'un blanc de perle, & les cinq rangs qui les partagent d'un pourpre-clair. La couverture, ou le fourreau de la tête, & sa partie inférieure, manquent ici, mais on l'a dépeint plus haut sous la Lettre A, laquelle représente ce fourreau tout entier renfermant cinq dents avec leurs grandes racines, qui y prennent la nourriture dont elles ont besoin.

La Lettre B, montre la partie inferieure du fourreau dans laquelle les dents sont enracinées.

La Lettre C, fait voir le fourreau sans dents.


La Lettre D, dépeint une dent tirée du fourreau.

La Lettre E, donne la figure d'un des os du fourreau, qui en a cinq pareils destinés à serrer les dents les unes contre les autres.

N°. 13. *Autre Hérisson de mer, dénué de ses pointes.*

Il ressemble presque en tout au précedent; il est seulement moins gros & d'une couleur plus sombre. Ses pointes étoient fort grandes, & rangées en maniere de doigts. On trouve cette Espece de Hérisson sur les côtes d'Amboine; les uns l'apellent *Servakki*, & d'autres encore differemment, chacun suivant son langage, ce qui ne mérite pas de nous arrêter; mais passons plutôt à la description des N°. qui représentent les Pointes de quelques Hérissons.

On


N°. 1.
N°. 2.
N°. 3.
N°. 4.
N°. 5.
N°. 6.

Præterea hîc ſub Num. 1 & 2 binæ exhibentur pennæ majores verſatiles, vel *digiti marini*, de majore Echino Num. 12 deprompti, elegantiſſime, marmoris inſtar, variegati, quorum radices acuminatæ acetabulo inſtructæ ſunt, quo cum vertibulis Echini committuntur, & ope tendinum firmantur, ut vivo Animali ad natandum & verſandum inſervire queant.

Quæ ſub Num. 3 & 4 habentur pennæ, ad Echinum Num. 13 pertinent, ſuntque proportionate minores, at eleganter tamen annulatæ.

Num. 5 & 6 alterius denuo ſpeciei pennæ ſunt.

Hæ omnes & aliæ ejusmodi medicato pollent uſu, prout ſub Num. 1 jam commemoravimus. Indi è collo infantum ſuorum eas ſuſpendunt, ut frequenti earum morſu facilitetur dentium eruptio. Notatu dignum eſt, quod pennæ hæ, in aquam conjectæ, non in fundum hujus ſubſidant, ſed, inſtar ſagittæ, ilico rurſus in ſummum emergant, extremo ſuperiore, craſſiuſculo, ultra aquæ ſuperficiem ſeſe efferente, altero vero tenuiore extremo, quod radicis loco eſt, deorſum vergente: ut adeo illud levius & magis poroſum, hoc vero gravius magisque compactum eſſe videatur.

TABULA DECIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Echionanthus major, ſpinis orbus.*

Tres hîc exhibeo Echionanthorum ſpecies rariores, magnitudinis atque fabricæ ubique peculiaris, quæ de littoribus Aſiaticis adlatæ, inque eximio nobiliſſimi atque graviſſimi Viri D. JONÆ WITSEN, Scabini Amſtelædamenſis, Muſeo aſſervatæ, mihi petenti gratioſe conceſſæ atque mutuo datæ ſunt, ut eas præter alia rariora, poſtmodum commemoranda, meo huicce Operi inſerere, iconibusque earum Theſauros hosce locupletare poſſem. Omnem hinc lapidem movi, ut ſingulæ quam exactiſſime a dexteriore Chalcographo ad vivum æri inciderentur, atque minutiæ quævis, non adeo in forma contractiore viſibiles, nativa hîc magnitudine oculis exponerentur.

Genus hoc, multis è ſpeciebus conſtans, infinitas fere ratione figuræ atque ornamentorum varietates oſtendit, & proxime ad Stellas marinas videtur accedere, prout utramque & ſummam & imam ſuperficiem contemplanti patet.

Hujusce regionem ſuperiorem, quæ hîc ſiſtitur, ſtella ornat e fornicato quodam operculo, circulari, facile, niſi ſiccatio probe fuerit peracta, elabente, oriunda, quinque protendens radios, quorum apices orbiculari quivis foramine pertuſi ſunt. Quin & hi ipſi apices binos iterum ſinguli abeunt in radios albicantes, novam ſtellam efformantes, quorum interſtitia tuberculis vertebralibus magnis, parvis, externæ cruſtæ firmiter affixis, replentur. Omnia hæc per lineas in ſegmenta varia, recta, curva, curta, longa, tanquam in totidem articulos, diviſa ſunt, ut ex his apte inter ſe compoſitis figura Animali debita emergat. Plurima quoque hîc cernuntur minuta foraminula, dilutè rubello, quaſi malini floris, colore, in quibus capillacei aculei hæſerunt.

Num. 2. Idem ſupinus ſtellatam hac parte exhibet expanſionem, & quinque in medio foramina, ſemilunaria. Cæterum noduli vertebrales margaritis hîc ferè ſimiles ſunt in lineas circulares ordine colligatis, ſpectaculo ſane viſu jucundiſſimo. Rubellus malini floris color ornamentum præterea addit, & diluta Amethyſti purpura ſtellæ radios ſufficiens.

Num. 3.

On voit ſous les N°. 1 & 2, deux des groſſes pointes arrachées du grand Hériſſon du N°. 12. Ces pointes ſont très-belles, marbrées, amenuiſées vers leur racine, qui par leur concavité s'emboitent dans les petites vertebres du Hériſſon, où elles ſont fermement attachées par des ligamens. De cette maniere, l'Animal a la facilité de nager & de ſe mouvoir comme il lui plait.

Les pointes des N°. 3 & 4, apartiennent au Hériſſon du Nombre 13. Elles ſont à proportion plus petites, mais fort enjolivées par les bandelettes qui les cerclent.

Les pointes des N°. 5 & 6, ſont d'une autre Espece de Hériſſon.

Toutes ces pointes de Hériſſon ont leur uſage en Medecine, comme nous l'avons dit au N°. 1. Les Indiens les pendent au cou de leurs petits enfans, afin qu'en les mordant ſouvent, cela leur facilite la ſortie des dents. C'eſt une choſe remarquable, que quand on jette ces pointes dans l'eau, elle ne vont point au fond, mais s'élevent comme une flêche au deſſus par leur extrêmité ſuperieure qui ſort même de l'eau, tandis que l'autre bout qui eſt la racine, s'enfonce; d'où il paroit que l'un des bouts eſt plus leger & plus poreux, l'autre plus peſant & plus compacte.

PLANCHE QUATORZIEME.

N°. 1. *Gros Hériſſon de mer, dépouillé de ſes piquans.*

Je repréſente dans cette Planche trois Especes de Hériſſons de mer, d'une grandeur & d'une ſtructure vraiment ſinguliere, qui ont été apportées des côtes de l'Aſie. Mr. *Jonas Witſen* Echevin d'Amſterdam les poſſede dans ſon beau Cabinet, & a eu la bonté de me les donner, pour que j'en fiſſe graver les Figures, & que j'en enrichiſſe cet Ouvrage avec pluſieurs autres raretés dont je parlerai dans la ſuite. Je n'ai donc rien négligé pour les faire graver par un habile Maître avec toute l'exactitude imaginable, & cela d'après les Originaux, en grandeur naturelle, afin que toutes les plus petites parties fuſſent exprimées, ce qui n'auroit pas été facile dans des figures moins grandes que celles-ci.

Le Genre de Hériſſon dont il s'agit préſentement, renferme ſous ſoi pluſieurs Especes, toutes remarquables par la prodigieuſe variété de leur ſtructure externe, & de leurs ornemens. Il ſemble approcher de fort près des Etoiles de Mer, comme cela paroitra à ceux qui examineront attentivement le deſſus & le deſſous de ſon corps. Le deſſus de ſon corps dépeint ſous ce N°. eſt marqué d'une étoile qui nait d'une espece de coque ronde, relevée en boſſe, laquelle tombe aiſément quand on ne la fait pas ſécher avec précaution. Cette étoile jette d'abord cinq rayons, dont les extrêmités ſont percées par un trou orbiculaire. Enſuite chaque extrêmité de ces étoiles vient à ſe fendre en deux rayons blancs, qui forment à leur tour une nouvelle étoile dont les interſtices ſont couverts de gros & de petits tubercules, qui ſont fermement adhérens à la coquille exterieure. Cette coquille eſt encore fillonnée de rayes qui formant pluſieurs ſegmens longs, petits, droits, courbes, la partagent comme en autant de differentes articulations, arrangées de maniere qu'elles donnent à l'Animal la figure qui lui eſt la plus convenable. De plus, cette même coquille eſt percée de quantité de petits trous d'une couleur incarnate, dans lesquels étoient fichées des ſoyes auſſi menues que des cheveux.

N°. 2. Le même Hériſſon vû par deſſous, montrant ici l'empreinte d'une grande étoile, avec cinq trous faits en forme de croiſſant, & percés dans le milieu. Au reſte, les tubercules des vertebres décrivent par leur arrangement tout autour de l'étoile des cercles concentriques, poſés les uns ſur les autres, & qu'on prendroit chacun pour autant de colliers de perles, ce qui fait un charmant ſpectacle. Ajoutez, que la couleur incarnate de ces tubercules, & le pourpre-clair des rayons de l'étoile, donnent encore un nouvel ornement.

N°. 3. *Hé-*

Num. 3. *Echinus oblongo-rotundus, pronus.*

Inter *Capita mortua* quoque refertur ſingulari quadam Stellæ marinæ figura, in regione ſuperiore, conſpicuus. Spinulis horruit tenuiſſimis, pungentibus. Coloris eſt ex flavo cinerei.

Num. 4. *Idem ſupinus.*

Bini hîc conſpiciuntur hiatus, alius ſemilunaris, alius ellipticus, cui os infixum hæſit. Medium nonnihil gibboſum eſt. Cæterum bulbulis aculeorum plena hîc ſunt omnia. Color paulo dilutius ex cinereo flaveſcens.

Num. 5. *Echionanthi ſpecies maxima.*

Pertinet & hæc inter *Capita mortua* dicta; quamvis non adeo horum exprimat figuram, quam quidem abaci cujusdam potui Theæ deſtinati. Facies ejus ſuperior plano globoſa eſt, quatuor conſpicua radiis ſtellatis, geminatis, qui porulis pulchre combinatis pertunduntur. Radius quintus in tres quaſi plicas dividitur, quæ, dum a ſe mutuo divergunt, ſenſim explicantur. Cæterum veluti ſulcis exarata eſt ſuperficies, & per verruculas majores, minoresque, in areas diſtincta. Cavum internum elegantibus inſtructum eſt fulcimentis, fragilitati nimiæ ſubvenientibus, hinc ad utriusque ſuperficiei teſtam protenſis. Quantumvis autem adplanatum ſit hoc ſceleton, binas tamen aquæ pintas in ſuum cavum recipere poteſt. Color eſt ex dilute ruffulo cinereus. Rariſſimum ſanè ſpecimen hoc ſui ſimile vix aliis in Muſeis agnoſcit.

Num. 6. *Idem ſupinus.*

Bulbuli aculeorum hîc univerſim minores ſunt, & ita juxta ſe mutuo in varias ſeries longitudinales, atque transverſales, digeſtæ, ut ſuperficiem quaſi ſulcatam reddant, demonſtrentque, quanam ratione aculei fuerint diſpoſiti. Pars capitalis, quæ ima in regione hujus iconis eſt, circulare exhibet foramen, in quo os defixum hæſerat inde jam elapſum. Circa hiatum hunc ſeparatio quædam cernitur, acuminatos efferens ungues, tanquam ſimplices Cancrorum Chelas. In medio ventris dorſum prominet acutum, utrinque minoribus obſitum verruculis, ad amuſſim ſic digeſtis, ut radius quaſi efformetur. Poſteriora verſus incurvatum patet foramen, excernendis fœcibus dicatum, bulbulis circumdatum plurimis, pertuſis. Vertebrale quodlibet tuberculum ſingulari areola quadrata circumſcriptum hîc cernitur, in qua pennæ articulatæ rotari liberius poſſunt. Tam ſtupenda eſt Sapientia, qua ſummus rerum Conditor ſingula quæque fabrefecit.

TABULA DECIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Echinus planus, ſeu Echionanthus, maximus, Perſicus.*

Laganum marinum vocatur ob planitiem & colorem: forma Ligonem æmulatur, dum margo inferior rotundatus eſt, ſuperior latus, ferè quadratus, binis abruptus inciſuris, illam quaſi partem efformantibus, qua

N°. 3. *Hériſſon de figure ovule, vû par deſſus.*

On le met au rang de ce qu'on nomme communément Têtes-mortes. Il eſt remarquable par une figure ſinguliere d'Etoile de Mer marquée ſur la partie ſupérieure. Il a été hériſſé d'épines très-menues, piquantes. Sa couleur eſt d'un jaune-cendré.

N°. 4. *Le même Animal vû par deſſous.*

L'on remarque ici deux ouvertures, l'une faite en demi-lune, & l'autre en ovale où ſa bouche étoit ſituée. Le milieu du corps eſt un peu relevé en boſſe. Tout eſt ici couvert de tubercules piquans. Sa couleur eſt d'un jaune-cendré plus clair.

N°. 5. *Eſpece de Hériſſon de Mer, très-grande.*

On range ce Hériſſon parmi les Têtes-mortes, quoiqu'il n'en ait pas auſſi exactement la forme que de ces petites tables dont nous nous ſervons aujourd'hui pour boire le Thé. Le deſſus de ſon corps eſt de figure convexe. On y remarque l'empreinte d'une étoile formée ſeulement de quatre rayons doubles, qui ſont percés de trous régulierement diſpoſés. Un des rayons de l'étoile ſe partage comme en trois plis, qui ſe dépliſſent inſenſiblement dans leur cours. Toute la ſurface extérieure paroît comme ſillonnée, & couverte de tubercules de differente groſſeur rangés en compartimens. La cavité interne eſt munie de forts ligamens qui la ſoutiennent, & qui s'étendent à l'une & à l'autre ſurface. Au reſte, quoique ce ſquelete ſoit très-peu concave, il ne laiſſe pas que de contenir deux pintes d'eau. Sa couleur eſt d'un rouſſâtre-cendré. On ne verra gueres dans les Cabinets des Curieux un auſſi beau ſquelete de Hériſſon de Mer.

N°. 6. *Le même, couché ſur le dos.*


Les mammelons de ſes pointes paroiſſent plus petits en général, & ſont d'ailleurs tellement rangés par bandes longitudinales & transverſales, qu'ils forment comme des cordeaux ſillonnés, & montrent quel étoit l'arrangement des pointes. La portion de la tête dépeinte au bas de cette figure, fait voir un trou ovale qui renfermoit la bouche. Il y a près de ce trou une eſpece de ſéparation qui produit de chaque côté des ongles crochus, ſemblables aux pattes noires d'Ecreviſſes. On voit au milieu du ventre, l'interieur de la courbure du dos tapiſſé de petits tubercules diſpoſés de maniere qu'ils ſemblent ne former qu'un rayon. Sur le derriere eſt une grande fente deſtinée à jetter les excrémens dehors. Cette fente eſt environnée de divers boutons percés d'un trou au milieu. Chaque tubercule des vertebres eſt renfermé dans un eſpace quarré, afin que les pointes puiſſent librement exécuter leur mouvement de rotation; tant eſt admirable la ſageſſe du Créateur dans tous ſes ouvrages!

PLANCHE QUINZIEME.

N°. 1. *Eſpece de Hériſſon de Mer plat, de Perſe, très-grand.*

On l'apelle en Latin *Laganum marinum*, à cauſe de ſa forme & de ſa couleur. Il reſſemble de figure à cet inſtrument de vigneron qu'on nomme une Houë, s'arrondiſſant dans la partie inférieure, tandis que la ſupérieure eſt élargie, preſque quarrée, & fendue en

TAB. XV



Nº 15.
Nº 9.
Nº 5.
Nº 6.
Nº 23.
Nº 17.
Nº 21.
Nº 16.
Nº 22.
Nº 10.
Nº 19.
Nº 18.
Nº 24.
Nº 20.
Fig. *
Nº 13.
Nº 1.
Nº 2.
Nº 14.
Nº 28.
Nº 29.
Nº 30.
Nº 7.
Nº 27.
Nº 26.
Nº 11.
Nº 31.
Nº 25.
Nº 3.
Nº 4.
Nº 32.
Nº 33.
Nº 8.
Nº 12.
Nº 34.
Nº 35.
Nº 36.
Nº 37.
Nº 38.

qua ſcapus infertur. Dorſum ejus ſtella ſeu floſculus pentapetalos ornat, minuto quodam foramine bina quælibet inter petala ſimul conſpicuo. Ad latera color regnat obſcure ſpadiceus, in medio vero convexo, circa ſtellam, cinereo-flavus. Singularem quandam ſpeciem conſtituunt hæc Animantia, Echinis ſuccedentem, ſuisque iterum gaudentem ſubdiviſionibus. Carnis aut Piſcis æmulum nihil in iis reperitur. Pabulum eorum in muco maris videtur conſiſtere. Echinorum inſtar ſeſe propagant, minutisque pariter ſpinulis, dum vivunt, armati ſunt, mox tamen decidentibus, cum è mari protrahuntur, tuncque exiguos illos porulos relinquentibus, quorum copia major pronâ, quam ſupina in regione conſpicitur.

Num. 2. *Idem ſupinus.*

Superficies ejus ima flore quidem ſtellato caret, at in medio foramen gerit minutum, rotundum, ſtellæ nonnihil referens, quo mucilaginoſum recipitur pabulum: ex hoc foramine plurimæ proficiſcuntur lineæ, tanquam liræ, verſus marginem exteriorem excurrendo ramificatæ. Plana cæterum eſt ſuperficies, ex cinereo flava, plurimisque punctulis guttata. Superiora verſus alterum conſpicitur exiguum foramen, oblongum.

Num. 3. *Echini plani altera ſpecies, prona.*

Color ſaltem cinereo-flavus hîc dilutior eſt: cætera fere hac in ſuperficie priori accedunt.

Num. 4. *Idem ſupinus.*

Cruſtam hîc deglubimus, ut interior compages oculis pateret, quousque cavum medium ſeſe extendit. Eadem hic floſculoſa ſtella intus cernitur, quæ extus in dorſo, paulum tamen elevatior, conſpicua eſt. Supra, ad anſam, rotundum pariter foramen hiat. Cæterum teſta ſuperior & inferior, verſus ambitum, adplanatæ, ſibi mutuo intus contiguæ ſunt. Inferior tamen, in regione manubrio oppoſita, ſquamis veluti conſtare videtur. Color eſt dilutè cinereo-flavus.

Num. 5. *Echini plani tertia ſpecies, ſecundæ proxime accedens.*

Ambitus ejus magis, quam prioris, circularis eſt. Quatuor præterea hîc hiant foramina, utramque perterebrantia ſuperficiem, quorum ſupremum longiſſimum eſt. Supina regio ſtellatum quoque floſculum præ ſe fert convexiori medio inſculptum. Color hîc ex flavo dilute cinereus limbum verſus paulum ſaturatur.

Num. 6. *Idem ſupinus.*

Hîc itidem quatuor illa, quæ in averſa regione, conſpiciuntur foramina. In medio os habetur, quinque dentibus inſtructum, e quo in ambitum protenduntur liræ, ſtellati quidpiam effingentes, veluti errabundæ, ſimili, ut in Fig. Num. 2, ratione.

Num. 7.

en deux échancrures qui repréſentent l'endroit de la Houë où l'on met le manche. Son dos eſt marqué d'une étoile ou d'une fleur à cinq feuilles, percée d'un petit trou entre chaque feuille. Les côtés de ſon corps ſont bai-brun, & le milieu tout autour de l'étoile eſt cendré-jaune. Ces Animaux conſtituent un Genre particulier, fort approchant des Hériſſons, mais qui cependant renferme ſous ſoi differentes Eſpeces. On ne trouve rien en eux qui approche de la chair de Poiſſon, ni de celle d'autres Animaux. Ils paroiſſent ſe nourrir de l'écume de la mer, & ſe propagent à la maniere des Hériſſons; ils ſont comme eux pendant qu'ils vivent armés de pointes menues, lesquelles tombent quand on les tire hors de l'eau, & ne laiſſent que leurs petits mammelons, qui ſont ſemés en plus grande quantité ſur le deſſous que ſur le deſſus du corps.

N°. 2. *Le même, couché ſur le dos.*

On ne voit point ici d'empreinte de fleur, comme ſur le deſſus du corps; mais ſeulement un petit trou au milieu, fait comme en maniere d'étoile. De ce trou, par lequel l'Animal reçoit ſa nourriture mucilagineuſe, naiſſent pluſieurs rainures ou ſillons, qui en forment quelques autres en s'avançant vers les bords extérieurs. Le deſſous du corps eſt plat, cendré-jaune, & tout picoté de points. On aperçoit à la partie ſupérieure un autre petit trou de figure oblongue.

N°. 3. *Autre Eſpece de Hériſſon plat, vû par deſſus.*

Dans cette ſituation il reſſemble preſque en tout au précedent, ſeulement ſa couleur eſt d'un jaune-cendré plus clair.

N°. 4. *Le même, vû par deſſous.*

Nous avons enlevé la croute extérieure, pour mieux montrer la ſtructure intérieure qu'elle couvroit. On voit ici la figure de l'étoile ou de la fleur à cinq feuilles, qui ſe trouve marquée ſur le deſſus du corps, & même elle eſt un peu plus relevée en boſſe. Le milieu de la partie ſupérieure eſt pareillement percé d'un trou rond, tel qu'on l'aperçoit de l'autre côté. Les deux croutes ou coquilles s'aplaniſſent dans les bords de la circonference, & s'appliquent mutuellement l'une à l'autre; mais la coquille inférieure paroit comme compoſée d'écailles. Sa couleur eſt d'un jaune-clair cendré.

N°. 5. *Troiſieme Eſpece de Hériſſon plat, reſſemblant de près au précedent.*

Sa circonférence approche davantage de la figure circulaire. Il eſt percé de part en part de quatre fentes ou trous, dont le plus grand de forme oblongue, eſt à la partie ſupérieure. Le deſſous du corps porte l'empreinte d'une fleur étoilée, convexe dans le milieu. Sa couleur eſt d'un jaune cendré-clair, qui vers les bords devient un peu plus ſombre.

N°. 6. *Le même, couché ſur le dos.*

J'ai déja remarqué que les quatre trous perçoient également de ce côté. Au milieu du corps eſt ſa bouche, garnie de cinq dents; c'eſt de cet endroit que partent des rayes qui en s'étendant de part & d'autre, forment comme des repréſentations d'étoiles, de la même maniere que ſur le Hériſſon du N°. 2.

N°. 7. *Qua-*

Num. 7. *Echionanthi quarta ſpecies.*

Minor hæc eſt, & magis rotundata. Sena utramque permeant ſuperficiem foramina. Supina regio flore ſtellato, ut in priore, inſignis eſt, & obſcure cinereo colore verſus marginem, paulo dilutiore vero in medio. Teſta ex articulatis veluti ſquamis conſtruitur.

Num. 8. *Idem ſupinus.*

Non tantum ſex illa foramina, oblonga, hîc conſpiciuntur, ſed & è foramine exiguo, centrali, ſtellato, decem protenduntur radii, quorum quini laciniatos abeunt in fines, quini alii non laciniati ſunt. Quin & hos inter decem iterum, in ambitum, excurrunt lineolæ, plantulis ſimiles, tenuia emittentes foliola, Equiſeti æmula. Præter centrale foramen bina adhuc minuta patent foramina, per quæ excerni fœces videntur. Color eſt ex ruffo dilute cinereus.

Num. 9. *Echinus laganoides, orbicularis, pronus.*

Pentactis & huic impreſſa eſt ſtella, & oblonga quinque foramina utramque ejus teſtam perforant. Color eſt ex dilute cinereo flaveſcens. Cæterum ornatus nihil hîc datur.

Num. 10. *Idem ſupinus.*

Quinque oblonga foramina hîc quoque conſpiciuntur, ſextumque in medio, exiguum, in quo os videtur hæſiſſe. Prodeunt è centrali hoc foramine lineæ, excurſione ſua verſus peripheriam irregularem ſtellam efformantes, cujus areæ omnes punctis guttatæ ſunt. Color eſt dilute flaveſcens.

Num. 11. *Echinus planus, ellipticus.*

Craſſitie latum æquat digitum, & ob qualemcunque ſimilitudinem *Caput mortuum minus*, Belgis etiam *Zee-reaal*, vocatur. Dorſum ejus flore itidem pentapetalo, ſtellato, inſigne eſt, & ex ruffo cinerea tinctum flavedine, quæ in medio, circa ſtellam, umbra ſaturatiore obſcuratur.

Num. 12. *Idem ſupinus.*

Quinæ hîc è peripheria lineæ, ſtellam referentes, verſus centrum, quæ capitis ſedes eſt, & os quinque denticulis munitum continet, concurrunt. Ab utroque harum linearum latere ſaturatior quædam umbra diffluit. Segmentum ſuperius foramine circulari pervium eſt: cæterum areæ omnes quinque ſegmentorum minutis compunctæ ſunt porulis, in quibus acuminatæ ſpinulæ hæſerunt. Color hujus ſuperficiei eſt dilute ruffulus.

Num. 13

N°. 7. *Quatrieme Espece de Hériſſon plat.*

Celui-ci eſt plus petit & plus rond. Six grands trous oblongs percent ſa ſurface de part en part. Le deſſus de ſon corps eſt, ainſi que le précedent, décoré d'une fleur étoilée, dont la couleur eſt d'un cendré-brun vers les bords, & s'éclaircit enſuite au milieu. Sa coquille eſt formée comme d'écailles jointes enſemble.

N°. 8. *Le même, poſé ſur le dos.*

Outre les ſix trous ou fentes qui paroiſſent également ici comme de l'autre côté, on voit encore au milieu du corps un autre trou qui forme de ſon contour dix rayons, dont cinq ſe terminent vers leur extrêmité en diverſes découpures. Entre les dix rayons décourent comme des tiges fibreuſes, qui ſeroient accompagnées de petites feuilles très-menues, ſemblables à celles de la Prêle. Proche le trou ovale qui eſt ſitué au centre du corps, il y a deux autres petits trous qui paroiſſent deſtinés à pouſſer les excrémens dehors. Sa couleur eſt d'un roux-cendré.

N°. 9. *Hériſſon plat, orbiculaire, vû par deſſus.*

Il porte auſſi une empreinte d'étoile à cinq rayons, & il eſt percé de part en part de cinq trous oblongs. Sa couleur eſt cendré-clair jaunâtre. Du reſte il n'a aucun ornement.

N°. 10. *Le même, vû par deſſous.*

On remarque ici dans le centre un ſixieme trou, où la bouche ſemble avoir été ſituée. C'eſt de ce trou-là que partent quelques rayes, qui en s'étendant ſur toute la périphérie forment une eſpece d'étoile irréguliere, toute parſemée de petits points. Sa couleur eſt d'un jaune-pâle.

N°. 11. *Hériſſon plat, de figure elliptique.*

Il eſt de la groſſeur d'un bon doigt, & on l'apelle par je ne ſai quelle reſſemblance, *Petite Tête morte*. Les Hollandois le nomment auſſi dans leur Langue *Zee-reaal*. Son dos porte la marque d'une fleur à cinq feuilles. Il eſt d'un cendré-roux, ombré d'une couleur ſombre ſur une moitié de l'étoile.

N°. 12. *Le même, couché ſur le dos.*

Il part de la circonference au centre cinq rayons, ombrés de brun de chaque côté, & formant par leur arrangement une eſpece d'étoile. Sa tête avec ſa bouche garnie de cinq petites dents, ſont ſitués au milieu du corps. L'extrêmité de la partie ſupérieure eſt percée au milieu d'un trou circulaire, & d'ailleurs toute ſa ſurface eſt couverte de petits trous, où ſes épines aiguës étoient adhérentes. Sa couleur eſt ici d'un chatain-clair.

N°. 13 & 14.

Num. 13 & 14. *Capitis mortui altera ſpecies.*

Tam coloris, quam figuræ, vix hîc datur ulla a priore diverſitas; niſi quod anguſtior ſit hæc ſpecies & magis elongata. Lineæ etiam, quæ in parte prona quinquefidam conſtituunt diviſionem, hîc albicant, cum in priore fuerint nigreſcentes.

Num. 15 & 16. *Echinus planus, viridis, Americanus, ſingularis.*

Dimidia ejus area circumferentiam habet æquabiliter ſemicircularem; altera vero pars in decem excurrit ramos prominentes, tanquam ſtellæ radios. *Rumphius* hanc ſpeciem *lagano Solis inſtar radiato* adſimilat. Color eſt Thalaſſino-vireſcens. In centro minutum patet foramen circulare, e quo radii prodeunt flammarum in modum errantes, utramque ſuperficiem exornantes.

Num. 17. *Ejusdem ſpeciei Echinus alter.*

Differt hic multum quoad formam à priore. Hujus enim regio ſuperior ſtellam quinquefidam oſtendit; & inciſuræ radiorum aliæ aliis profundiores ſunt, ipſique radiorum fines latiores. Bina itidem, utramque teſtam perterebrantia foramina, oblonga, conſpiciuntur in altera areæ parte ſemicirculari. Supina facies in ambitu Thalaſſini eſt viroris, qui in medio, circa ſtellam, magis diluitur.

Num. 18. *Idem ſupinus.*

Color hac in parte eſt dilute cinereus, ſtellata expanſione irregulari diſtinctus.

Num. 19 & 20. *Tertia Echinodiſci ſpecies, minuſcula.*

Plus quam dimidio minor hic eſt, quam priores, adtamen & in decem ejusmodi dentes terminatur, ac ſuperior ſub Num. 15. Utraque ſuperficies ex cinereo griſea eſt, multosque per radios, ex articulatis veluti ſquamis compoſitos, diſtinguitur.

Num. 21. *Quarta ſpecies, minima.*

Non hæc dentato, ſed æquabiliter circulari terminatur margine. Teſta ejus ſuperior moneta aurea, quæ *Louis d'or* vocatur, haud major eſt, & arachnæam quaſi telam ſibi obductam monſtrat, cum figura araneoli in medio hærentis. Color eſt ſaturate ſpadiceus.

Num. 22. *Eadem ſupina.*

Color hîc paulo dilutior ſpadiceus eſt. Stellata quædam expanſio, albicans, centrale foramen ambit: reliquum areæ, reticuli in modum, per ſquamas diſtinguitur.

Num. 23.

N°. 13 & 14. *Deuxieme Espece de Tête-morte.*

Cette Espece differe à peine de la précedente, ſoit pour la couleur, ſoit pour la figure, qui paroit ſeulement plus étroite & plus allongée: ajoutez, que les cinq rayons diſpoſés en maniere d'étoile ſur le deſſous du corps, ſont ici blancs au lieu d'être noirs.

N°. 15 & 16. *Hériſſon plat, d'Amerique, ſingulier, de couleur verte.*

La moitié de ſa périphérie fait un demi-cercle très-uni, l'autre moitié au contraire eſt profondément entaillée de dix larges dents, qui forment comme dix rayons d'étoile. Sa couleur eſt d'un verd de mer. Il a au milieu du corps un petit trou circulaire, duquel partent de toutes parts un grand nombre de rayons, qui décourent en maniere de flammes ſur toute l'étendue de la ſurface.

N°. 17. *Autre Hériſſon de la même Espece, vû par deſſus.*

Il differe beaucoup du précedent à l'égard de la figure: car d'abord, le deſſus de ſon corps eſt marqué d'une ſorte d'étoile à cinq rayons: de plus, les entaillures de ſes dents ſont plus profondes les unes que les autres, & les rayons plus obtus au bout. On voit dans la partie ſupérieure demi-circulaire, deux trous oblongs qui percent la coquille. Sa circonference eſt peinte d'un verd de mer, qui s'éclaircit davantage au milieu du corps tout autour de l'étoile.

N°. 18. *Le même, vû par deſſous.*

Sa couleur eſt ici d'un cendré-clair. Son étoile jette divers rayons de figure irréguliere.

N°. 19 & 20. *Troiſieme Espece de Hériſſon, plus petit.*

Ce Hériſſon eſt de la moitié plus petit que les précedens: il eſt néanmoins dentelé de dix dents, de la même maniere que le Hériſſon du N°. 15. Sa ſurface tant deſſus que deſſous eſt cendrée-griſe, & paroit par ſes divers rayons comme formée de petites écailles jointes les unes aux autres.

N°. 21. *Quatrieme Espece de Hériſſon, très-petite.*

Sa circonference eſt circulaire, unie, ſans dentelure. Sa coquille n'eſt pas dans tout ſon contour plus grande qu'un Louis d'or; elle eſt ſillonnée de rayons qui repréſentent par leur arrangement une toile d'Araignée, avec l'Araignée même logée au centre. Sa couleur eſt bay-brune.

N°. 22. *Le même, couché ſur le dos.*

Il eſt ici d'un bay moins brun. Des rayons blancs diſpoſés en maniere d'étoile, environnent le trou qui eſt au milieu. Le reſte du corps eſt couvert comme d'écailles faites en réſeau.

 N°. 23. Hé-

Num. 23. *Echinus planus, ſcutiformis.*

Craſſitiem habet calami ſcriptorii. Regio ſuperior ſtellatum floſculum, ſcuto elliptico, ſupra fornicem interni cavi extenſo, inſcriptum, oſtentat. Cæterum minimis plena ſunt omnia foveolis, ab elapſis ſpinulis reſiduis. Color eſt cinereo-flavus.

Num. 24. *Idem ſupinus.*

Num. 25. *Ejusdem ſpeciei Echinus alter.*

Et hic ſcutatus eſt, ſtellamque teſtæ ſuperiori impreſſam gerit.

Num. 26. *Idem ſupinus.*

Hîc itidem ſtella adparet. Color vero ſaturatior eſt cinereus.

Num. 27. *Echinus ellipticus, ovi quarundam avium forma præditus.*

Superiorem ejus faciem ſtella ornat e minutis porulis conflata, quam alia deſuper circumſtant foraminula, quibus infixæ ſpinulæ fuerunt; ut adeo Echinus hic pulvinulum referat, cui ſuas Domicellæ aciculas infigunt. Color eſt cinereo-flavus.

Fig. *. *Ejusdem ſpeciei alius, haud tamen adeo regularis figuræ.*

Stella hic quoque, ſed leviſſime delineata, adparet. Color itidem cinereo flaveſcens eſt.

Num. 28. *Echinonus piriformis, convexo teres, pronus.*

Quadrifidam gerit ſtellam, porulis deſcriptam. Color eſt dilute cinereo-griſeus.

Num. 29. *Idem ſupinus.*

Bina hîc foramina conſpiciuntur, alterum ſuperius, cui os inhæret, alterum infra ad apicem acutiorem.

Num. 30. *Echinus alius, ellipticus.*

In medio ſuperficiei centrum ovale cernitur, e quo quini porriguntur radii ſtellati, minus diſtincti, in progreſſu ſuo verſus averſam regionem redditi ampliores. Teſta ſuperior, ex virideſcente griſea, minimis undequaque porulis pertuſa eſt.

Num. 31.

N°. 23. *Hériſſon plat, de figure elliptique, & convexe ſur le dos.*

Il eſt de l'épaiſſeur d'une plume à écrire, & porte ſur le deſſus du corps comme un écuſſon qui auroit dans ſa circonference une fleur à cinq feuilles. Sa ſurface entiere eſt picotée d'une infinité de petits trous, où ſes piquans étoient fichés.

N°. 24. *Le même, vû par deſſous.*

N°. 25. *Deuxieme Hériſſon, de la même Eſpece.*

Celui-ci porte pareillement un écuſſon ſur lequel eſt peinte une fleur étoilée, telle que dans le précedent.

N°. 26. *Le même Hériſſon, couché ſur le dos.*

L'étoile dont je viens de parler paroît encore ici; mais ſa couleur eſt d'un cendré plus brun.

N°. 27. *Hériſſon de figure elliptique, ſemblable à celle des œufs de quelques Oiſeaux.*

Le deſſus de ſon corps eſt peint d'une étoile formée de quantité de petits trous, & environnée de pareils trous, dans leſquels ſes pointes étoient enracinées; de ſorte que ce Hériſſon ne reſſemble pas mal à ces petites Pelotes de toilette où les Dames mettent leurs épingles. Sa couleur eſt cendrée-jaune.

Fig. *. *Autre Hériſſon de la même Eſpece, mais d'une figure plus irréguliere.*

Son étoile n'eſt marquée que très-legerement. Sa couleur eſt cendrée-jaune.

N°. 28. *Hériſſon de la figure d'une poire, vû par deſſus.*

Son dos convexe eſt marqué d'une étoile à quatre rayons, formés par une infinité de petits trous. Sa couleur eſt d'un cendré-gris clair.


N°. 29. *Le même, vû par deſſous.*

L'on voit ici deux grands trous, l'un dans la partie ſupérieure où étoit la bouche, l'autre dans la partie inférieure qui forme la pointe du cone.

N°. 30. *Autre Hériſſon, de figure elliptique.*

Au milieu de ſa ſurface eſt un trou ovale, duquel partent cinq rayons étoilés qui ſe joignent d'abord à leur origine, & qui étant continués deviennent divergens. Sa coquille du deſſus du corps eſt criblée de petits trous de part en part. Sa couleur eſt verdâtre-griſe.

N°. 31. Pé-


N.° 3.
N.° 8. a.
N.° 8. b.
N.° 10.
N.° 1. a.
N.° 2.
N.° 11.
N.° 5.
N.° 7. b.
N.° 4.
N.° 6. a.
N.° 6. b.
N.° 1. b.
N.° 6. c.
N.° 6. d.
N.° 7. a.
N.° 9.

Num. 31. *Echinus, minor, Olivam referens, pronus.*

Quatuor radii ſtellati ſuperiorem ejus regionem ornant, quæ e convexo rotunda eſt, punctis conſperſa, & colore pariter olivino picta.

Num. 32. *Idem ſupinus, Olivino ſimiliter colore tinctus.*

Num. 33, 34, 35, 36, 37 & 38. Omnes hi Echini ad eandem cum prioribus ſpeciem pertinent, nec ab his diſcrepant, niſi magnitudine partim & picturæ varietate. Color omnibus idem eſt dilute cinereus. Plurimas quidem adhuc poſſideo hujusce generis ſpecies; at putem adeo inſtructam eſſe hanc Tabellam, ut datis ſpeciminibus acquieſcere poſſint Curioſi.

TABULA DECIMA ET SEXTA.

Sequuntur Marina tenuiore teſtâ prædita, & molliora.

Num. 1. *Conchæ anatiferæ, in formam arbuſculæ ramoſæ per longas fiſtulas inter ſe concretæ.*

Longis ſingulæ mollibusque pendent tubis, craſſiores Lumbricos inter ſe criſpatos, aut infarcta minorum Animalium inteſtina, referentibus. Semen, e quo creſcunt, glutinoſa in materie hæret, atque ſingulare ſuæ eſt ſpeciei; prout marina omnia tam Animantia, quam Vegetantia, ſibi proprio quævis è ſpermate, in ſpatio illo vaſtiſſimo, ipſis à Conditore ſapientiſſimo ad propagationis negotium conceſſo, ſeſe multiplicant. Quemadmodum enim Plantæ terreſtres e peculiari ſingulæ grano ſeminali ſuam perennant ſpeciem; ita quidquid in Oceani fluminumque aquis producitur, ſuam quodlibet miro ſane modo habet, ſervatque indolem.

Interim imperitæ opinio plebeculæ multos quoque Eruditos priſcorum temporum ſeduxit, ut crederent, conchas hasce arboreos eſſe fructus, ad littora fluminum atque maris creſcentes, qui ad maturitatem deducti, in aquas delapſi, Anates vel Anſeres excluderent: unde & *Conchæ Anatiferæ* adpellatæ ſunt. At patuit tandem accuratius inveſtigantibus, præëunte potiſſimum *Deuſingio*, meram hanc fabulam eſſe.

Concharum ad genus jure referuntur, Balanorum quidem ſpeciei accenſendæ; quum æque ac Balani, vel Glandes, Oſtrea, atque aliæ Conchæ, ſingulari ſuo è ſemine, prout jam ante memoravimus, proveniant. Latet id glutinoſa in materie, hujusque ope ad varias ſeſe baſes adfigit, ut firmatum dein adoleſcere, atque ad perfectionem deduci queat. Manifeſtum hoc eſt in ſpecimine hîc exhibito, quod naucleruſ quidam, ex Indiis Occidentalibus redux, ſpiritu ardente conſervatum mihi adtulit: fruſto nimirum ligni, quod continua maris fluctuatione fere penitus detritum eſt, undique adfixæ cernuntur Conchæ ejusmodi, longis quaſi collis inſtructæ. Poſtmodum vero plurima nactus ſum ſimilia ſpecimina, noſtras

N°. 31. *Petit Hériſſon reſſemblant à une Olive, vû par deſſus.*

Le deſſus de ſon corps eſt marqué d'une étoile à quatre rayons, & du reſte tout picoté de petits trous. La figure eſt convexe-ronde. Sa couleur eſt olivâtre.

N°. 32. *Le même vû par deſſous, dont la couleur eſt pareillement olivâtre.*

N°. 33. 34. 35. 36. 37. 38. Tous ces Hériſſons appartiennent à la même Eſpece que les précedens, & n'en different que par rapport à la grandeur & au tacheté. Pour la couleur ils ſont tous cendrés-clair. J'en poſſede encore pluſieurs autres Eſpeces du même genre, mais cette Planche me ſemble être aſſez remplie ſur ce ſujet pour ſatisfaire aux deſirs des Curieux.

PLANCHE SEIZIEME.

Des Coquillages mols, dont la coque eſt plus mince.

N°. 1. *Coquillages Anatiferes, accrus enſemble par de longs tuyaux en forme d'arbriſſeau rameux.*

Chacun d'eux pend à des tuyaux longs & mols, qui reſſemblent à de gros vers de terre, ou à des inteſtins de petits Animaux remplis de leurs excrémens. La ſemence qui les produit, eſt glutineuſe, mais toujours avec des differences dans chaque Eſpece ainſi qu'il arrive de tous les Animaux & Plantes de la mer, qui ne ſe multiplient dans ce vaſte élément que par cet admirable moyen qu'a établi le ſage Auteur de la Nature: car comme les diverſes Plantes ne proviennent ſur la terre que d'une graine qui eſt propre & particuliere à chaque Eſpece, auſſi la même règle a-t-elle lieu à l'égard de tout ce qui nait dans les eaux douces & ſalées.

Au reſte non ſeulement le vulgaire ignorant, mais encore pluſieurs anciens Savans Naturaliſtes ont cru, que les Coquillages dépeints ici, étoient des fruits qui croiſſoient au bord de la mer, & qui parvenus à leur maturité tomboient dans l'eau, & s'ouvroient enſuite pour laiſſer ſortir de leur coque des Oyes ou des Canards. C'eſt par cette raiſon qu'ils les ont nommés en Latin *Conchæ Anatiferæ*, comme qui diroit en François, Coquillages d'où les Canards viennent à éclorre, ou pour exprimer en deux mots la même idée, *Coquillages Anatiferes.* Mais préſentement ceux qui ont examiné ces Coquillages plus attentivement, en quoi on doit principalement l'honneur à Deuſingius, ont prouvé que les Anciens ſe ſont lourdement abuſé dans leur opinion, & qu'ils ont reçu pour un fait ce qui n'eſt qu'un vrai conte de vieille.

Ainſi ils ont rapporté avec raiſon ce genre de Coquillages à une Eſpece de Glands de mer, puisque comme les Glands de mer, les Huitres, & autres Coquillages, ils viennent ſemblablement d'une matiere ſéminale qui leur eſt particuliere, ainſi que nous l'avons remarqué. Par le moyen de cette matiere ſéminale gluante, ils s'attachent à ce qu'ils rencontrent dans la mer pour y croître, & y grandir. Cela paroit évidemment par l'exemple que nous en donnons ſous ce N°. C'eſt un Maitre de navire qui à ſon retour des Indes Orientales me l'apporta autrefois, en l'ayant conſervé dans l'esprit de vin. On voit ici divers de ces ſortes de Coquillages pendans à de longs tuyaux, & adhérens de toutes parts fermement à un morceau de bois qui eſt presque entierement détruit par les vagues

noſtras etiam ad oras maritimas ejecta, pro baſi habentia frutices marinos, fragmenta doliorum, ſuberum, &c. Quin & navium onerariarum, ad Indias Orientales directarum, fundo extus innumeras tales Conchas, Muſci inſtar, adcretas obſervavi. Videntur eæ multò lætius vigere & vegere in undis Oceani nunquam quieſcentibus, quam locis tranquillis.

Non ita pridem lagenam vitream, vacuam, in littore repertam, Zirikſeâ miſſam accepi, cujus fundo cavo extus ultra centum ejusmodi Conchæ adfixæ ſunt, quarum teſtæ aliæ tribus, aliæ quinque e partibus conflatæ, intus purpureo, extus dilute cæruleſcente margaritarum colore gaudent. Animalculum, inibi deliteſcens, per appendicem illam fiſtuloſam ſuum è mari pabulum videtur adtrahere. Eſt id valdè puſillum, at longâ donatum caudâ plumatili, criſpatam Galli caudam referente, in qua omnes pennarum caules ab initio ad finem usque veluti geniculati ſunt, minimisque villis, tanquam plumulis, fimbriati.

Sub lit. a. & b. binas alias exhibemus ſpecies, collo breviore inſtructas, quarum teſtæ albicantes ruffula extus flavedine diſtinguuntur.

Num. 2. *Concharum anatiferarum ſpecies altera, levis.*

Colla, ſive funiculi nutrimentum adtrahentes perbreves his ſunt. Sub nave ab Indiis Orientalibus reduce, quæ, ut purgaretur, in latus devoluta erat, eas inter alia plurima rariora Conchylia, poſtmodum forte exhibenda, reperimus. Eſt autem hæcce ſpecies alius omnino figuræ, brevior & magis coacta, latioribus ſulcis per ſuperficiem teſtarum lirata; cauda plumatili minus criſpata gaudens; admodum levis; margaritarum inſtar albeſcens.

Num. 3. *Concharum anatiferarum ſpecies tertia, coronaria, ex Indiis Orientalibus.*

Raræ ſunt hæ & magni admodum æſtimantur. Longis quoque collis, ſive fiſtuloſis funiculis, uti priores Num. 1, inſtructæ ſunt. Olim Conchas hasce, collis ſuis orbatas, pro Coronis ſerpentum habuerunt, mirasque iis vires antitoxicas, Homini æquè ac Brutis proficuas, adſcripſerunt: at omnis hæc virtus evanuit, poſtquam natales earum magis innotuerê.

Singulari modo fabrefactæ ſunt: conſtant enim è multis particulis, ab una fiſtula pendentibus, quarum extrema incurvata ad ſe mutuo convergendo ſpeciem floris mox dehiſcentis referunt. Quin & harumce partium quælibet dorſo gaudet elevatiore, ſenſim verſus apicem imminuto, utrinque plumoſo quodam adparatu fimbriato. Qua collum fiſtuloſum cum ipſa Concha committitur, ſquamulæ minutæ, albicantes, in orbem diſpoſitæ cernuntur ſpectaculo admodum venuſto. Color eſt cinereo-flavus & albicans: colla tamen obſcurè griſea ſunt.

Num. 4. *Balani pollicipedes, ſeu glandiformes.*

Quarta hæc ſpecies eſt Concharum anatiferarum, quæ itidem fiſtuloſis è funiculis pendent, teſtisque gaudent viridibus, Gallis *Poucepieds* vocatæ: teſtæ enim ipſarum articulos pollicum, aut glandes longiuſculas, quaſi

vagues continuelles de la mer dont il a été battu. J'ai eu occaſion depuis de me procurer pluſieurs autres Coquillages de cette ſorte ſemblables à celui-ci, & qui même avoient été jettés ſur nos côtes; ils ont tous pour baſe quelque arbriſſeau, des pieces de tonneau, des morceaux de liege &c. J'ai même obſervé que le fond des Vaiſſeaux qui font les Voyages des Indes Orientales eſt tout couvert extérieurement de ces ſortes de Coquillages, qui y ſont attachés comme de la mouſſe. Il ſemble qu'ils aiment mieux les eaux de la mer toujours agitées, que celles qui ſont tranquilles.

Il n'y a pas longtems qu'on m'envoya de Zirikzée une bouteille vuide de verre trouvée ſur le rivage, au fond de laquelle étoient collés exterieurement plus de cent de ces ſortes de Coquillages. Leur coque formée de trois ou de cinq pieces, étoit couleur de perle exterieurement, & pourpre interieurement. Le petit Animal contenu dans la Coquille ſemble recevoir ſa nourriture de la Mer, par ſon long tuyau. Il a une grande queuë faite en maniere de plume, reſſemblant à celle d'un Coq, formée par nœuds d'un bout à l'autre, lesquels nœuds ſont barbus de petits poils.

Nous dépeignons ſous les lettres a, & b, deux autres Eſpeces de pareils Coquillages qui ont le tuyau plus court, & les coques blanchâtres, mêlangées de jaune ſur la ſurface exterieure.

N°. 2. *Autre Eſpece de Coquillage Anatifere, liſſe & polie.*

Les tuyaux par lesquels l'Animal reçoit ſa nourriture ſont très-courts dans cette Eſpece, que nous avons trouvé (avec pluſieurs autres rares Coquillages dont nous parlerons peut-être dans la ſuite) ſous un vaiſſeau qui revenoit des Indes Orientales & qu'on avoit mis ſur le côté pour le nettoyer. Cette Eſpece eſt d'une figure differente de la précedente, plus petite, plus ramaſſée, & ſillonnée de larges rayures. Sa queue faite en maniere de plume eſt moins friſée. La coque eſt très-liſſe, d'un blanc de perle.

N°. 3. *Troiſieme Eſpece de Coquillage Anatifere, couronnée, des Indes Orientales.*

Ceux-ci ſont très-rares & fort eſtimés. Les tuyaux par où le Poiſſon tire ſa ſubſiſtance, ſont longs comme ceux du N°. 1. On a pris autrefois ces Coquilles nues ſans leurs tuyaux, pour des Couronnes de Serpens, & dans cette ſuppoſition on leur a attribué des vertus alexipharmaques admirables, tant pour les Hommes que pour les Bêtes; mais ces prétendues vertus ſe ſont évanouïes dès qu'on a ſu l'origine de ces Couronnes imaginaires.

Au reſte ces Coquillages ſont ſingulierement faits. Ils ſont formés de pluſieurs pieces jointes enſemble, & pendantes d'un ſeul tuyau. Ces diverſes pieces relevées en boſſe ſur le dos, & barbues de chaque côté comme des plumes, vont en s'étreciſſant inſenſiblement, & ſe terminant enfin en pointes recourbées en dedans, repréſentent aſſez bien une fleur renverſée prête à s'épanouïr. A la jointure de la coquille à ſon tuyau, il regne tout autour un collier de petites écailles blanches, qui font un charmant effet. La couleur de la coquille eſt cendrée-jaune nuancée de blanc, & celle des tuyaux eſt d'un gris-brun.

N°. 4. *Glands de mer, apellés en France Poucepieds.*

Voici une quatrieme Eſpece de Coquilles Anatiferes, attachées auſſi à des tuyaux, & dont les coques ſont vertes. Les François les apellent Poucepieds. En effet leur coques reſſemblent aſſez aux articulations du pouce des pieds, ou à de longs glands d'arbre;

quasi referunt, & sibi mutuo congruunt, uti in nostratibus Musculis. Animalculum quoque inibi contentum similis est figuræ. Ex Hispania atque Normandia ad nos deferuntur variæ horum Balanorum species, deguntque in mari ad scopulos adfixæ.

Num. 5. *Balanorum tres species.*

Adcreverunt hæ virgulto cuidam, singulæque peculiaris sunt figuræ. Media tubo collari caret, binisque constat testis longiusculis, sibi mutuo, uti in priore, congruentibus, Pisciculum continentibus, subtus & supra concoloribus, dilutè flavis nimirum, & ex nigro latè liratis.

Altera testam gerit rariorem, ungulæ Animalis bifidæ similem, purpurascentem, dum fistulosa appendix cærulescit.

Tertia tota purpurea est, floremque jam jam marcescentem altero extremo refert.

Num. 6. *Tres Pholadum species.*

Longam singulæ protendunt fistulam acuminatam, Peni canis, aut alius cujusdam Animalis, similem. Parte postica, quæ sub lit. b. videri potest, ad scopulos sese sugendo adfigunt. Lit. a. anticam exhibet faciem. Lit. c. aliam sistit speciem minusculam, à parte posteriore conspicuam. Lit. d. tertiam repræsentat speciem, breviorem, at latiorem, anterius videndam.

Omnes hæ species testis gaudent albicantibus, rugosis, pisciculum ex ruffo flavescentem continentibus. Ex Indiis Orientalibus adferuntur.

Nostra interim ad littora quoque ejusmodi reperire est, quæ tamen multo majores, sordidiores & magis villosæ sunt, postmodum inter alia Conchylia exhibendæ. Pholadum multas dari species satis notum est.

Num. 7. *Penicillum marinum, ex Indiis Orientalibus.*

Nomen habet à penicillo pictoris, cui forma simile est. Binas ejus hîc damus icones. Lit. a. superiorem, lit. b. inferiorem exhibet faciem. Supra capitulum eminet longo instructum collo, binis corniculis ramosis, atque ore rotundo, minutis dentibus armato, uti in Echinis marinis, quo escam suam comminuit Animalculum. Longiusculum collum inter binos enascitur fasciculos pilorum, qui tenuissimi sunt, & serici instar mollissimi. Corpus ipsum vermiforme est, perlongum, & altero extremo in acumen desinit, stylum penicilli sic quasi repræsentans. Subtus capitulum retrotractum cernitur, uti in Cochleis. Circa originem capituli tumidiorem utrinque quini hærent pedunculi exigui, proximè ad se mutuo locati, quorum ope Animal se promovere videtur.

Num. 8. *Penna marina, Phosphorica.*

A calami scriptorii similitudine sic vocatur: quemadmodum enim calami caulis ab utroque dorsi latere plumosis quasi pilis vestitur, arctè inter se junctis, qui ut a se mutuo diduci possunt, ita & postmodum sese

bre; elles s'appliquent l'une à l'autre comme les coquilles des Moules de nos pays. L'Animal contenu dans la coquille, en retient la figure. On nous apporte ces especes de Glands d'Espagne & de Normandie, où on les trouve fermement collés aux rochers de la mer.

N°. 5. *Trois Especes de Glands de mer.*

Ils s'étoient attachés à une branche d'arbrisseau, & ont chacun une figure differente. Celui du milieu n'a point de tuyau; il est composé de deux coquilles longuettes, appliquées l'une à l'autre, & renfermant un petit Poisson. Elles sont dessus & dessous d'une même couleur, savoir d'un jaune-pâle avec de larges rayes noires.

La seconde coquille a un tuyau bleuâtre. Sa coque est purpurine, d'un tissu moins serré que l'autre, & semblable à une corne de pied de quadrupede.

La troisieme est toute entiere de couleur pourpre, & ressemble par son extrêmité à une fleur qui commence à se flétrir.

N°. 6. *Trois Especes de Coquilles nommées Pholades.*

Chacune d'elle est attachée à un long tuyau, pointu au bout, ressemblant au membre d'un Chien. Elles s'attachent en suçant aux rochers par leur partie posterieure qu'indique la Lettre a. La Lettre b. désigne leur partie anterieure. La Lettre c. dépeint par derriere une seconde espece de Pholade fort petite. La Lettre d. représente par devant une troisieme espece de Pholade petite, mais large.

Toutes ces especes ont une coque blanchâtre, ridée, qui renferme un petit Poisson d'un jaune roux. On les aporte des Indes Orientales.

Cependant on en trouve aussi sur nos côtes, mais plus grandes, plus sales, plus barbues, dont nous ferons mention dans la suite, car on sait assez qu'il y a plusieurs especes de Pholades.

N°. 7. *Pinceau de mer, des Indes Orientales.*

Il tire son nom de la ressemblance qu'il a avec les pinceaux dont se servent les Peintres. Nous en donnons deux figures, dont l'une, savoir la Lettre a. le représente par dessus, l'autre Lettre b. le dépeint par dessous. Du milieu des poils sort la tête du petit Insecte soutenu d'un long col, & poussant deux petites cornes rameuses. Sa bouche est ronde, armée de petites dents, telles que dans les Hérissons de mer, avec lesquelles il broye sa nourriture. Ses poils sont très-fins, doux comme de la soye, & forment une houpe, du milieu de laquelle sort son col, & sa tête ensuite, comme on vient de le remarquer. Son corps a la forme de celui d'un Ver; il est fort long, & finit en pointe par un des bouts, ce qui imite assez bien la hampe d'un pinceau; on voit par dessous, la petite tête de notre Insecte retirée en arriere comme dans le Limaçon; il marche ou se traine par le secours de cinq petits pieds, placés de chaque côté du gros bout de son corps à l'origine du faisceau de poils, & serrés les uns près des autres.

N°. 8. *Panache de mer, luisant.*

Il prend ce nom en François de la ressemblance qu'il a avec un Panache qu'on met aux chapeaux. Car comme un panache est garni de chaque côté d'un rang de plumes étroitement serrées, qui touchées à contrepoil reprennent aisement leur situation, ainsi

ſeſe reſtituunt; ſic & Penna hæc marina, pinnæ Piſcis fere ſimilis, aculeatis utrinque ſtipatur propaginibus, quæ veluti per ſtrata ſeſe mutuo excipiunt. Vocant eam alii *Mentulam alatam Piſcatorum*, quia caulis medius membrum virile fere refert, atque in capite hiatum monſtrat. Ad ſcopulos maris creſcunt hæ Pennæ, dicunturque, Phoſphori inſtar, lucem noctu emittere, dum in ſummum aquæ enatant.

Lit. a. Supernam, lit. b. imam hujus faciem exhibet.

Num. 9. *Penna marina, maxima.*

Plumoſa hæc penna, undique transparens, omnigenos reflectit colorum tonos, quales in Concharum margaritiferarum interna ſuperficie plerumque conſpiciuntur. Cæterum fere ſimilis eſt latiori folio indigenæ arundinis aquaticæ, aut longiuſculæ pennæ remigi majorum avium peregrinarum, quæ *Trappen* vocantur. Caulis nudus tenui & anguſto hîc extremo terminatur; quà vero coſtam format, ſeu nervum medium, plumoſa expanſione ornatum, ſupra teres eſt, infra cavus, uti incile, & tenuis inſtar vitri pellucidus, flexilis, atque fragilis.

Eſt ſane rarum adeo & ſingulare hoc corpus, ut vel maxime in admirationem rapiat contemplatorem, quod ſapientiſſimi Conditoris infinita Potentia ſic ubivis eluceſcat. Pennæ ſub forma vivens hic cernitur machina, quæ quidem undenam conſtet, aut qua parte pabulum adtrahat, latet; aliam interim quam Plantæ, aut Fungi, videtur vitam vivere. Forte prima ejus origo, atque incrementum, à muco ſalſo, atque aqua maris coagulata pendet.

Num. 10. Generationem repræſentat Conchyliorum atque Muſculorum, varii generis, figuræ, coloris, & magnitudinis, permiſtorum, atque per capillaceos villos inter ſe colligatorum, ſpectaculo ſane venuſtiſſimo. Congeries hæc prope vicum *Zandvoort* è mari noſtro extracta eſt, mihique in aqua marina domum delata, cum maxima pars animalculorum intra teſtas hærentium ſe etiamnum moverent, atque viverent. Raro reperitur ejusmodi collectio, tot diverſis è ſpeciebus conflata. Muſculi quidem, præcipuè qui à Pettemenſi vallo nomen habent, majores minoresque ſimul ſic racematim collecti deprehenduntur.

Num. 11. Cancrorum hæc eſt generatio, noſtra pariter ad littora inventa, de corpore Cancri fœmellæ delapſa. Sub ventre & cauda plerumque hæret ovarium, quod dum ad maturitatem pervenit, quolibet ex ovulo minutum promit Cancrum. Ovula inter ſe omnia tenuibus villis fortiter colligata ſunt.

Jam porro ad Cancros & Aſtacos tranſibimus.

TABULA DECIMA ET SEPTIMA.

De Cancris & Aſtacis.

Num. 1. *Cancer marinus, perverſus, Moluccanus.*

Vocatur & *Araneus marinus*, & noſtro idiomate *Pylſtaart*. Ad inſulas *Celebes* atque *Moluccas* reperitur. Scutam, ſive teſtam gerit ſubrotundam, medio quaſi articulo bipartitam, flexilem, cujus anterius ſegmentum parte

ainſi le Panache de mer eſt armé d'un double rang de plumes piquantes qui approchent beaucoup de figure à une nageoire de Poiſſon. D'autres Auteurs nomment ce Zoophyte *Le Vit volant des Pêcheurs*, à cauſe que par le bout qui eſt ſans plumes, & percé d'un trou à l'extrêmité, il a de la reſſemblance au membre viril. Ces ſortes de Zoophytes naiſſent ſur les rochers de la mer. On dit que de nuit quand ils nagent ſur la ſurface de l'eau, ils jettent de la lumiere comme un Phosphore.

La Lettre a. le fait voir par deſſus, & la Lettre b. par deſſous.

N°. 9. *Panache de mer, très-grand.*

Ce Panache eſt partout transparent. Il réflechit toutes ſortes de couleurs, telles que l'on voit ordinairement ſur la ſurface interne des Nacres de perles. Du reſte il reſſemble beaucoup de figure à une large feuille de Roſeau, ou à une maitreſſe-plume de l'aile de ces gros Oiſeaux étrangers qu'on apelle en Hollandois *Trappen*. La partie du panache qui eſt ſans plumes, va en s'étréciſſant, & ſe termine en pointe obtuſe; mais dans l'endroit où ſe forme la côte du panache garnie de chaque côté d'un rang de plumes, il eſt arrondi par deſſus, & creux en dedans, transparent comme le verre, flexible, & caſſant.

Ce Zoophyte eſt ſi rare, ſi ſingulier, que quiconque l'examine ne peut s'empêcher d'admirer combien la puiſſance du Créateur brille dans tous ſes Ouvrages. On voit ici un Animal ſemblable de figure à un Panache, vivant, ſans qu'on ſache par où il reçoit ſa nourriture, & paroiſſant néanmoins avoir une vie differente de celle des Vegetaux. Peut-être que ſa premiere origine & ſon accroiſſement dépendent de l'eau & de l'écume ſalée de la mer.

N°. 10. Repréſente un aſſemblage de pluſieurs Coquillages, & Moules, de divers genre, figure, couleur, grandeur, mêlés, entrelacés, & joints enſemble par des filamens chevelus, ce qui eſt très-beau à voir. Ce groupe naturel de coquilles fut tiré de la mer qui bat nos côtes près du Village qu'on nomme Zandvoort, & me fut apporté chez moi dans de l'eau ſalée lorsque la pluspart des petits poiſſons enfermés dans leurs coquilles vivoient & ſe remuoient encore. On trouvera rarement une ſemblable collection de differentes eſpeces de Coquilles, quoiqu'on trouve en particulier des Moules de diverſes grandeurs raſſemblées de cette maniere en forme de grapes de raiſins.

N°. 11. Montre la génération de petits Cancres joints enſemble, & qu'on a auſſi trouvés ſur nos côtes lorsqu'ils ſortoient du corps de la Femelle. Elle a d'ordinaire ſous le ventre & ſous la queuë un Ovaire, qui produit de chaque œuf un petit Cancre. Tous ſes œufs tiennent fermement les uns aux autres par des filamens.


Mais nous allons paſſer aux Cancres & aux Ecreviſſes de mer.

PLANCHE DIX-SEPTIEME.

Des Cancres, & des Ecreviſſes de mer.

N°. 1. *Cancre marin, des Iſles Molucques, renverſé ſur le ventre.*

On le nomme auſſi l'Araignée de mer, & en Hollandois *Pylſtaart*. On le trouve aux Iſles Celebes, & aux Iſles Molucques. Sa coque eſt presque ronde, flexible, diviſée au milieu comme en deux pieces. La piece antérieure s'arrondit en devant, & finit par


TAB. XVII.
N.º 1. a.
N.º 2.
N.º 1. b.
2
3
1
4
N.º 6.
N.º 5.
N.º 3.
N.º 4.

parte antica rotundatum est, posteriora versus desinens in binos apices acutos. Alterum scuti segmentum per ginglimi speciem cum cauda committitur, quæ longa est, acuminata, unico è corpore osseo constans, sursum deorsumque mobilis. Præterea sub posteriore hoc operimento conclusa hærent viscera, ejusque margo uterque externus duplici aculeorum serie serratus est. Sub scuto anteriore siti sunt pedes.

Lit. a. pronum exhibet. Color junioris est cinereo-griseus, ætate provectiore tandem in obscure brunum abiens. Hicce, utpote mediæ ætatis, ruffus est. Lit. b. supinum monstrat, qua parte os processu quodam scuti anterioris reflexi tectum est. Duodeni plerumque sunt pedes, quorum antici, minores, bifurcati, pabulo ori ingerendo inserviunt. Reliqui omnes pariter bifidi sunt, instar forcipum; exceptis binis posticis, tres in ungues, quorum prior longissimus est, fissis.

Cancri utplurimum subrotundi sunt, alii parte antica, alii postica latiores, alii antrorsum acuminati, alii oculis gaudent profundè delitescentibus, alii protuberantibus; ut adeo multæ dentur species tam fluviatilium, quam marinorum. Sapor Cancrorum atque Astacorum valdè diversus est. Astaci, quam Cancri, copiosiore pollent carne. Ad quascunque maris oras eo tempore, quo maximè vigent, mensibus nimirum Majo, Junio & Julio, Astaci Cancrique adpelluntur. Quælibet interim regio peculiares profert species.

Num. 2. *Astacus fluviatilis, Americanus.*

Binis hic gaudet corniculis, propemodum bicubitalibus, in tenuissimum apicem desinentibus, ex annularibus quasi articulis conflatis. Dicitur hæc Astacorum species pinguiuscula esse & admodum sapida. Forcipatis caret brachiis, nec nisi senos utrinque gerit pedes longos & graciles, in fine bifidos; totidemque posteriora versus pedes pinnatos, natatui inservientes. Cauda vice fungitur gubernaculi. Color est dilute rubellus.

Num. 3. *Astacus marinus, Americanus.*

Gemina huic sunt flagella robusta, forcipata, quorum tamen dextrum duntaxat prehendendo aptum esse videtur, cum sinistri forcipis margo interior pilosus sit, & ad partem crassiorem serratus. Quatuor præterea utrinque pedibus gaudet, quorum bini duplices, reliqui simplices in ungues desinunt. Totidem quoque sunt pedes pinnati, remiges. Capitis antica pars acuminata, dentata, quinque protendit cirros, quos inter bini longissimi ex articulatis annulis compositi sunt. Oculi æquè, ac in Piscibus, capiti infixi sunt pallide rubentes.

Num. 4. *Araneus, seu Cancer marinus, rotundus.*

Quatuor ab utroque latere porriguntur pedes longi, quorum priores bini insolitæ sunt longitudinis; reliqui sensim decrescunt, longis tamen omnes præditi unguibus. Præterea bini à parte antica prodeunt pedes, brachiorum nomine à multis compellati, quia aliis pedibus breviores sunt, geminos in ungues, ad modum forcipis, terminati, quibus escam ori ingerit Animal. Corporis pars superna convexa, quasi fornicata est, ex ruffo cinerea. Pedum color paulo est dilutior.

Num. 5.

par derriere en deux échancrures pointues. L'autre piece se joint avec la queuë par une espece d'articulation que les Anatomistes apellent Ginglime. Sa queuë est grande, pointue au bout, formée d'un seul corps osseux; il peut la lever, & la baisser. Sous la portion postérieure de la coque de l'Animal sont cachés les visceres. De plus, cette portion est hérissée dans les bords d'un double rang de dents. Les pieds sont placés sous la partie antérieure de la coque.

La Lettre a. fait voir ce Cancre par dessus. Ces sortes de Poissons étant jeunes, sont d'une couleur cendrée-grise, qui se change en un brun foncé quand ils sont vieux. Celui-ci est présentement de couleur rousse. La Lettre b. le représente par dessous. La bouche est couverte par un avancement d'une portion de la coque antérieure. Le Cancre a communément douze pieds, dont ceux de devant sont petits, fourchus, qui lui servent à porter sa nourriture à la bouche. Ses autres pieds sont aussi fendus en deux, en maniere de pincettes, à l'exception des deux pieds de derriere qui se fendent en trois branches, dont la premiere est la plus longue.

Les Cancres sont ordinairement d'une figure tirant sur la ronde; mais les uns sont plus larges par devant, d'autres par derriere, d'autres pointus par devant; les uns ont les yeux qui sortent de la tête, & dans d'autres ils y sont profondément enfoncés; enfin il y a quantité de differentes Especes de Cancres, tant de Mer, que de Riviere. Le goût de leur chair differe extrêmement de celle des Ecrevisses, qui d'ailleurs ont beaucoup plus de chair. On trouve ces deux sortes de Poissons sur toutes les côtes de la Mer, mais principalement au mois de Mai, de Juin, & de Juillet. D'ailleurs chaque Pays en a des Especes particulieres.

N°. 2. *Ecrevisse de Riviere, d'Amerique.*

Elle a deux cornes très-menues, mais longues presque de deux coudées, composées comme par articulations, & finissant en une fine pointe aiguë. On dit que cette Espece d'Ecrevisse est grasse & fort savoureuse. Elle n'a point de bras, mais seulement de chaque côté six pieds longs, grêles, & fourchus à l'extrêmité. Elle a encore sur la partie de derriere six autres pieds en maniere de nageoire, & qui lui servent à ce dessein. Sa queuë lui tient lieu de gouvernail. Sa couleur est d'un rouge fort pâle.

N°. 3. *Ecrevisse de Mer, d'Amerique.*

Celle-ci a deux gros bras fourchus, dont le droit paroit seul lui servir pour prendre sa nourriture, parce que le gauche est velu sur le côté interne, & dentelé dans sa partie la plus grosse. Elle a de chaque côté quatre pieds, dont les deux les plus proches des bras sont fendus, & non pas les autres. Ensuite viennent un même nombre d'autres pieds, qui l'aident à nager. La partie antérieure de sa tête est pointue, dentelée, munie de cinq cornes, dont les deux plus longues sont composées de jointures articulées. Ses yeux sont d'un rouge-pâle, placés dans la tête comme ceux des Poissons.

N°. 4. *Araignée, ou Cancre de Mer, rond de corps.*

Il a huit pieds, armés de longs ongles. Ses deux premiers pieds de chaque côté, sont d'une extrême longueur, qui va en diminuant par gradation dans les quatre autres. Outre ces pieds, il a deux bras fourchus, courts, qui lui servent de pinces pour porter sa nourriture à la bouche. Son corps est convexe, relevé comme en voute par dessus, d'un roux cendré. Ses pieds sont d'une couleur moins chargée.

N°. 5. Petit

Num. 5. *Cancer marinus, pusillus, Americanus.*

Latiusculum huic est corpus, unà cum binis brachiis forcipatis, crassioribus, & sex pedibus curtis, itidem crassiusculis. Color ex russo flavescens.

Num. 6. *Ovarium Cancri marini, trunco suo, cui pes pinnatus etiamnum adhæret, circum adcretum.*

Innumeri hic racemi conspiciuntur ovulorum, præ tenuitate vix distincte visibilium, quorum aliquot centena in quolibet racemo tenuissimis membranulis inclusa hærent. Maturitatem hæc adepta tunicas suas perrumpunt, parvumque singula Cancrum excludunt. Qui cogitat, quot millia ovulorum ab ejusmodi Cancro producuntur, etiamsi vel dimidia pars infœcunda sit, aut ad perfectionem non perveniat, sanè crederet fore, ut fœcundissima talis generatio amplissimos aquarum sinus tandem prorsus repleat. Adtamen, quia aliorum hæc Animalculorum marinorum in escam cedunt, parcus eorum numerus superstes manet. Unde iterum sapientissima summi Conditoris cura, quibusvis rebus creatis prospiciens, innotescit.

Sub Num. 1, 2, 3 & 4 juniores quatuor repræsentamus Cancros. Sub Num. 1 patet, tenella hæcce Animalcula jamjam ovulis minutissimis, racematim sub cauda hærentibus, ope microscpoii distinctissime conspiciendis, instructa esse. Unde equidem concludere fas est, ipsa, quantumvis juvencula, jamdum generationi apta esse. Reliquis tribus ovula ejusmodi desunt.

TABULA DECIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Cancer lanosus, calvatus, mas, pronus.*

Dromia etiam & *Eques* ab aliquibus vocatur hic Cancer, forte quod testa ejus superior ephippio quodammodo similis est; cum interim cranium humanum pilis nudum, sive calvariam propius referat. *Specularem* quoque alii vocant, quia parte supernâ politus est & splendens. Coloris cæterum est obscure spadicei, villosaque lanugine tam infra, quam in ambitu testæ superioris glabræ, & circa pedes vestitur. Bini forcipes pedum anteriorum, prægrandium & crassorum, adtritu quoque omnem perdidere lanuginem, hinc penitus albi sunt. Articulis atque extremis pedum binorum posticorum gemini adhærent ungues admodum acuti. Oculi profunde intra caput delitescunt, ut ab allisu ad scopulos, sub quibus isthæc species commoratur, immunes sint. *Rumphius* Cancrum ejusmodi exhibet undique villosum atque nigricantem.

Num. 2. *Cancer Pagurus Maja, mas, aculeatus.*

Pedes ejus, ut Aranei marini, valde longi sunt, eorumque bini quidem anteriores longissimi & forcipibus instructi. Pedum quilibet, præter acutos ungues, quibus terminantur, sex constant articulis.

E capitis

N°. 5. *Petit Cancre de Mer, d'Amerique, à courts pieds.*

Son corps est assez gros. Ses deux bras, & ses six pieds sont courts, larges, ramassés. Sa couleur est d'un jaune roux.

N°. 6. *Ovaire d'un Cancre de Mer, adhérent au tronc du corps avec un des pieds qui lui servent de nageoire.*

On voit ici une infinité de grapes d'œufs, qui sont à peine visibles à cause de leur petitesse, de sorte que chaque grape contient des centaines d'œufs, enveloppés de leurs fines membranes. De chacun de ces œufs quand il est parvenu à son terme de perfection, sort un petit Cancre qui en rompt les membranes. Quiconque réfléchit sur ce prodigieux nombre d'œufs, croira facilement qu'une telle fécondité doit enfin remplir toute la Mer de Cancres, quand même une partie de ces œufs ne seroit pas fécondée, ou ne parviendroit pas à son point de perfection; mais néanmoins comme ils sont dévorés par d'autres Animaux de mer, il n'en reste qu'un petit nombre. C'est en cela que paroît encore le soin du sage Auteur de la Nature, qui a pourvu à la subsistance de toutes les choses qu'il a créées.

Nous représentons sous les N°. 1. 2. 3. quatre petits Cancres, ainsi que dans la Planche précedente. Il paroit par le N°. 1 que ces petits Animaux ont déja des œufs qu'on aperçoit très distinctement avec le Microscope, & qui sont placés en maniere de grapes sous la queuë. D'où l'on peut conclure, que les Cancres, quelque jeunes qu'ils soient, sont néanmoins propres à la génération. Les trois autres Cancres ici dépeints, n'ont point d'œufs.

PLANCHE DIX-HUITIEME.

N°. 1. *Cancre velu, Mâle, couché sur le ventre.*

Quelques-uns le nomment le *Chevalier*, peut-être parce que sa coque de dessus a quelque ressemblance à une selle de Cheval, quoique réellement elle ressemble davantage à un crane de mort. D'autres l'apellent le *Speculaire*, parcequ'il est sur le dessus du corps, poli, & luisant. Sa couleur est bai-brune. Il est velu sous le corps, de même que tout autour de sa coque supérieure, laquelle est par dessus glabre & polie. Ses bras de devant sont grands & gros, armés de deux pinces qui par le frottement ont perdu tous leurs poils, & sont demeurées entierement blanches. Ses deux jambes de derriere ont deux ongles pointus. Ses yeux sont profondément cachés dans la tête, pour être plus à l'abri du choc des rochers sous lesquels habite cette Espece de Cancre. Rumphius en représente un pareil à celui-ci, mais noir & velu par tout le corps.

N°. 2. *Cancre Squinado Mæas, Mâle, hérissé de pointes.*

Ses pieds sont fort longs, comme ceux de l'Araignée de mer, mais sur-tout ses bras de devant sont d'une grande longueur, & outre cela fourchus. Chaque pied est formé de six jointures, & se termine par un ongle pointu. Il sort deux petites cornes,

menues,

N° 5.

N° 1.

N° 6.

N° 7.

N° 8.

N° 13.

N° 4.

N° 14.

N° 14.

N° 11.

N° 12.

N° 2.

N° 3.

N° 9.

N° 10.

F. de Bakker del. [illegible] 1735

E capitis angusti parte antica duo prominent longa cornicula, quorum similia plura utrinque in ambitu, posteriora versus sensim breviora, extantia cernuntur. Testa superior, cujus postica pars latior & rotundata est, verruculis, sive tuberculis admodum acuminatis, magnis, parvis, scatet. Similibus quoque horrent bini pedum anticorum articuli. At reliqui pedes his carent. Superna facies corallini est ruboris: pedes vero rubedine dilutiore mixta flavedo ornat. Superiori tegmini Conchulæ quædam quasi Ostreorum, atque vermiculi adcreverê. *Aldrovandus, Lib. II, pag.* 182, eundem exhibet supinum, & sub nomine supra dicto describit.

Num. 3. *Idem supinus.*

Elegans hoc in situ ejus est facies. Cauda tenuis arctè contracta hæret intra testam ventralem: os denticulis plenum est, mordendo atque comminuendo pabulo inservientibus. Cinerea flavedo hanc superficiem tingit. Veteres varia de modo generationis horum Cancrorum commemorant: interim quum res hæc in Oceano peragatur, nec adeo pateat oculo humano, vix, nisi ex conjectura, quidquam de ea dici posse videtur.

Num. 4. *Cancer fluviatilis, sive Gammarus, Americanus.*

Anterior dextri lateris pes insolitæ est crassitiei atque magnitudinis, ut vel reliquis omnibus pedibus, totique simul corpori fere præponderet. Sinistri lateris pes anticus, quartam duntaxat dextri partem æquans, minores quoque pro rata forcipes gerit, purpurascentes æquè ac prægrandes alterius lateris, qui dentibus gaudent crassis latisque, quasi molaribus, se mutuo excipientibus, ut tanto firmius prehensa retinere queant. Testa superior dura, anterius lata, posteriora versus in angustum convergit. Oculi, veluti articulati, testaceo annulo, minutis tuberculis, globosis, fimbriato inclusi sic ab allisu defenduntur. Quin & ab utroque horum latere ad medietatem usque, & circa superiorem atque anticam partem, similes cernuntur colliculi: inter oculos vero & os spinæ, dentium æmulæ, prominent. Octo pedes posteriores senis singuli ex articulis constructi sunt; præterquam, quod & tenues valdeque acuminatos gerant ungues. Graciles hi pedes postici circa fines trium articulorum admodum villosi sunt. Partis supernæ color universim est dilute rubro miniatus.

Num. 5. *Cancer marinus, lævis, sulcatus, Indicus Orientalis, rarissimus.*

Cancer hic saturate rubicundus ex dilute flavo quam elegantissime, marmoris in modum, variegatus est. Testa ejus superior, pomi instar globosa, liris quasi sulcatur. Capitis suprema pars tuberculis, tanquam margaritis, Corallini ruboris, ornata est. Os quasi scuto tegitur: protuberantes oculi, instar Crystalli, pellucent. Octoni pedes, plani, è senis singuli constant articulis, acutè desinentibus, ungue carentibus, quorum extremi pilis hispidi sunt. Pedum pars supina itidem venustè variegata est, uti dorsum. Præter memoratos octo pedes bini adhuc pedes antici adsunt, breves, forcipibus muniti, qui rubedine Corallina, atque

menues, de la partie antérieure de sa tête. La circonference de son corps est hérissée de semblables éguillons, qui deviennent insensiblement plus courts sur le derriere du corps. Sa coque de dessus, plus ronde, & plus large par derriere, est couverte de tubercules pointus, de differente grandeur. Ses deux pieds de devant sont chargés de pareils tubercules, mais ses autres jambes n'en ont point. Le dessus de son corps est d'un rouge de corail. Ses pieds sont d'un rouge plus pâle, mêlé de jaune. De petites coquilles, comme sont celles des Huitres avec de petits Vers, se trouvent accrues ici à la surface de la coque de dessus. Aldrovandi a décrit notre Cancre, & en a donné la représentation page 182 de son II Livre, qui traite des Poissons mols, Crustacées, & Testacées.

N°. 3. *Le même, couché sur le dos.*

Il paroit plus à son avantage dans cette situation. Sa queuë menue, est retirée en dedans de la coque du dessous du corps. Sa bouche est garnie de petites dents qui lui servent à mordre, & à broyer sa nourriture. Le dessous de son corps est cendré-jaune. Les anciens Auteurs raportent plusieurs particularités de la maniere dont se fait la génération de ces Cancres, mais comme cela se passe au fond de la mer, & hors de notre vue, on n'en peut gueres parler que par conjécture.

N°. 4. *Cancre de Riviere, d'Amerique.*

Le bras droit de ce Cancre est d'une grandeur & d'une grosseur si étrange, qu'il égale presque en cela tous les autres pieds, & le corps ensemble. Le bras gauche est beaucoup moins gros & moins grand que le droit. Ses pinces sont proportionnées, de couleur purpurine. Celles du bras droit sont de la même couleur, mais fort grandes, & de plus entaillées de grosses & larges dents approchant de figure aux dents mâchelieres, & répondant les unes aux autres, afin de retenir leur proye avec plus de force. La coque du dessus du corps est dure, large par devant, & venant à s'étrécir par derriere. Ses yeux sont défendus par un cercle écailleux, dur, bordé tout autour de petits tubercules ronds. On voit d'autres tubercules semblables, sursemés de chaque côté, devant, derriere, & au dessus. L'espace qu'il y a entre ses yeux & sa bouche, est encore garni de pointes ressemblant à des dents. Ses huit pieds de derriere sont menus, composés chacun de six jointures, dont il y en a trois couvertes de poils aux extrêmités. Les ongles qui terminent ses pieds, sont minces & très pointus.

N°. 5. *Cancre de Mer, leger, rayé, des Indes Orientales, très-rare.*

Il est d'un rouge-brun, marbré de jaune-pâle. Sa coque de dessus est ronde, convexe, sillonnée de rayures. Le sommet de sa tête est chargé de petits boutons, comme d'autant de perles, d'un rouge de corail. Sa bouche est couverte comme d'un bouclier. Ses yeux sont gros, transparens. Ses huit pieds sont plats, pointus au bout sans ongles, & composés chacun de six articulations, dont les dernieres sont très-velues. Le dessus de ses pieds, de même que son dos, est joliment marbré. Ses deux bras

atque tuberculis acuminatis, aculeisque, distinguuntur. Non admodum ponderosus est hic Cancer, nec multum carnis, aliusve materiei continet. Haud adeo frequenter species hæc in Museis reperitur, & hinc perrara habetur.

Num. 6. *Idem supinus.*

Hac parte pedum anticorum extremus articulus, forcipatus, Corallino rubore elegantissimo nitet; dum pedes reliqui ex dilute rubello parumper quasi obumbrantur. Cætera dilute cinereo flavi sunt coloris. Cauda, sub qua in racemum collecta reconduntur ovula, lata & teres est.

Num. 7. *Cancer Pagurus, marinus.*

Hæc Paguri, sub Num. 2 hujus Tabulæ repræsentati, species est, & minor multo, cursuque velocior ob pedes longos & graciles. Veteribus *Kaburi* dicitur. Testæ dorsali glabræ ovula piscis cujusdam in racemum quasi composita adcreverê, è quibus pisciculi jam exclusi sunt; unde inania putamina, inter se concreta, Loliginis quasi ovula referunt. *Equitis* nomen huic Cancro jure competit; quum vel invito sarcina imposita sit, quam non vivus solum, sed & mortuus etiamnum portat. Testa superior cæterum utrinque dilute rubens est, minutisque verruculis, tanquam margaritis, inæqualis. Ad anticam oris partem bina hærent cornicula perlonga, totidemque breviora in medio & ad utrumque latus. Venter, cauda, decemque pedes nigricant, & subtilibus horrent aculeis: excipe longissimos octo pedes, quorum extremi articuli, longique ungues, læves, ex cinereo flavent. Antici pedes albis gaudent forcipibus.

Num. 8. *Cancer* Uka una, *Brasiliensis.*

Brasiliæ incolis sic vocatur, quia in paludibus & rivis vivit. Corpus ejus breve est, oblongo-latum, scutiforme, saturate flavescens. Pes anticus dextri lateris forcipes gerit quam vastissimos; perpusillos contra sinister: ut nimirum horum ope in os queat ingeri, quod majoribus illis arreptum est; siquidem hi adeo intorqueri nequeant. Pateat ergo rursus supremi Conditoris Sapientia creatis singulis quam benignissime prospiciens. Supra os binæ cernuntur vaginulæ longiusculæ, in quibus globuli, tanquam capitula acicularum, hærent, oculorum munere fungentes, qui hinc ad utrumque latus longum emitti possunt & undequaque dispicere, rursumque subito sub testa recondi, si quid occurrat periculi, ne ab allisu lædantur. Octo reliqui pedes e tribus singuli constant articulis, computatis simul unguibus; primoresque articuli tantillum pilosi sunt. Cauda perparva est & angusta. Subtus dilute cinerea regnat flavedo.

Num. 9. *Cancer* Ciri Apoa, *seu* Aratu Pinima, *Brasiliensis.*

Guanhumi quoque à Brasiliensibus vocatur. Tegmen ejus antica parte rotundum est, & serræ instar dentatum. Oculi bini extuberant. Antici pedes horumque forcipes ejusdem sunt magnitudinis: medii sex pedes, è quatuor

bras sont courts, fourchus, d'un rouge vif, garnis d'éguillons & de boutons pointus. Ce Cancre ne se trouve gueres dans les Cabinets des Curieux, & passe pour fort rare. Il a peu de chair, & est assez leger.

N°. 6. *Le même, placé sur le dos.*

Dans cette posture, l'on voit que la derniere articulation fourchue de ses bras de devant, est d'un très-beau rouge de corail, au lieu que ses autres pieds ne sont que très-peu colorés de rouge-pâle. Le reste du corps est cendré-jaune. Ses œufs rassemblés en grape, sont cachés sous sa queuë qui est ronde & large.

N°. 7. *Cancre Squinado, de Mer.*

C'est ici une Espece du Squinado décrit au N°. 2 de cette Planche, mais il est plus petit, & marche plus vite à cause de ses pieds longs & menus. Les Anciens l'apellent *Kaburi.* Le nom de *Chevalier* ne lui convient pas mal, car il porte toujours sur soi du bagage, tant pendant sa vie, qu'après sa mort. On voit ici que des œufs de quelque Poisson, joints en grape, se sont attachés à la coque lisse de son dos, & que les Poissons étant ensuite sortis des œufs, ont laissé les coquilles vuides, lesquelles accrues les unes aux autres, ressemblent assez à de petits œufs de Calmar. Au reste, la Coque qui couvre ce Cancre par dessus, est parsemée de boutons qui la rendent raboteuse. Sa couleur est d'un rouge-pâle. Il sort deux petites cornes, longuettes, à la partie antérieure de sa bouche; le milieu, & les côtés du corps sont garnis de pareilles pointes, seulement plus courtes. Son ventre, sa queue, ses pieds, sont noirs, & velus de piquans très-fins; mais ses huits pieds les plus longs ont le bout des jointures, de même que les ongles grands & polis qui les terminent, cendrés-jaunes. Ses bras de devant sont munis de pinces toutes blanches.

N°. 8. *Cancre* Uka una, *du Bresil.*

C'est ainsi que l'apellent les Bresiliens, parce qu'il vit dans les ruisseaux & dans les marais. Il a le corps ramassé, de figure elliptique, jaune-brun. Son bras droit est armé de très-grandes pinces, & le bras gauche de fort petites. Celles-ci lui servent à porter à la bouche ce qu'il a saisi avec les grandes, qui ne pourroient se raprocher suffisamment. Nouvelle preuve de la sagesse du Créateur, qui pourvoit à tout dans ses Ouvrages! On voit au dessus de la bouche deux longs fourreaux, qui renferment deux petits corps ronds, de la grosseur d'une tête d'épingle; ce sont les yeux de l'Animal, qui peuvent se porter en avant de chaque côté, regarder partout, & s'enfoncer ensuite promtement sous la coquille dès-que quelque danger les menace. Ses pieds sont au nombre de huit, formés chacun de trois articulations, en comptant les ongles. Les premieres articulations sont garnies de quelques poils. Sa queuë est étroite, fort petite. Le dessous du corps est cendré-jaune.

N°. 9. *Cancre* Ciri Apoa, *ou* Aratu Pinima, *du Bresil.*

Les habitans du Bresil, l'apellent encore *Guanhumi*. Il a la coque ronde, & dentelée en dents de scie. Ses deux yeux sortent hors de la tête. Ses bras ont les pinces aussi longues qu'eux. Ses pieds sont au nombre de huit. Les six du milieu ont quatre join-

ê quatuor articulis, si ungues computes, constantes, acutissimè terminantur. Bini vero posteriores, foliorum instar, lati sunt pilisque fimbriati, ut loco pinnarum ad natandum inserviant. Color ab omni parte idem dilute flavus, splendens.

Num. 10. *Cancer spinosus, Amboinensis.*

Testa ejus superior, magnis parvisque aspera tuberculis, in ambitu longis munitur spinulis pungentibus. Caput acuminatum, longè prominens, in binos quasi ramos dividitur. Bini pedes anteriores, oblique collocatis prædititi forcipibus, spinis undique horrent: quin & sex reliqui, ad extrema usque, pungentibus obsiti sunt aculeis, & cinereo-griseo colore picti.

Num. 11. *Cancer Araneus, crustaceus, cornutus, Amboinensis.*

Superius tegmen, duriore vestitum crusta, longis obtusisque spinis, minutisque tuberculis asperum est. Ad utrumque capitis latus bina prominent cornicula, dura, crassiuscula ratione suæ magnitudinis, & in quatuor ramulos abeuntia. Rostrum binis munitum est uncis acuminatis, furcæ æmulis, ultra os protensis. Antici pedes, parvi, minutos quoque forcipes gerunt: octo reliqui pedes longiores sunt, & unguiculo singuli gaudent.

Num. 12. *Cancer Araneus, cornutus, alter.*

Corpus ejus oblongum, antica parte angustum, posteriora versus latum, supra gibbosum, bina emittit cornicula, longe porrecta, in acumen desinentia. Antici pedes, inter se æquales, exiguis gaudent forcipibus. Pedes reliqui subsequentes minuto singuli forcipe instructi sunt. Cæterum & dure crustosa est testa, & color ex cinereo flavescens.

Num. 13. *Cancer marinus, Curassavicus, ex rubro, flosculi instar, elegantissimè variegatus.*

Antici pedes, breves, curtis quoque præditi sunt forcipibus: postici octo, pariter curti, unguiculo quilibet gaudent. Oculi profunde intra testam latent. Caro ejus inter delicias mensarum habetur.

Num. 14. Articulum hic exhibemus, unà cum ungue, pedis Siculi cujusdam Cancri, undique hispidum, longisque pilis, quasi sericeis, & auri instar splendentibus, obsitum, scopulæ molliori non absimilem. Utraque & supina & prona ejus facies hîc conspicua est. Cancer, cujus hic est articulus, in fluminibus Siculis numerose reperiundus, edulis est. Forma refert nostrates Cancros marinos crumenatos mediæ magnitudinis. Color ejus undique ruber est: cætera omnia glabra & pilis nuda. Ipsi pedes antici forcipati pilis carent: soli pedes postici extremos articulos, ungue munitos, villosos gerunt. Vidi equidem Cancrum hunc integrum in Museis aliorum Curiosorum: at ipse nonnisi binos primores pedum articulos hactenus potui acquirere.

TABULA,

jointures en comptant les ongles, qui sont extrêmement pointus au bout. Ses deux pieds de derriere sont tout-à-fait plats, larges, bordés de poils, & lui tiennent lieu de nageoires pour nager. Sa couleur sur tout le corps est d'un jaune-clair, lustré.

N°. 10. *Cancre d'Amboine; tout hérissé d'epines.*

La coque qui le couvre par dessus, est tapissée de tubercules de differente grandeur, tandis que dans son contour elle est garnie de petites épines aiguës. Sa tête faite en pointe, s'avance en avant, & se partage comme en deux portions. Ses deux bras ont leurs pinces placées obliquement, & d'ailleurs ils sont partout hérissés de piquans aussi bien que ses six pieds. Ils ont pareillement la même couleur, cendrée-grise.

N°. 11. *Cancre, ou Araignée de Mer, d'Amboine, crustacée, cornue.*

Il a la coque de dessus revêtue d'une croute dure, couverte de petits boutons, & armée de longues épines obtuses. De chaque côte de la tête s'avancent deux petites cornes, dures, grosses à raison de leur grandeur, & se partageant en cinq cornichons. Son museau est défendu par deux crochets, pointus, longs, qui imitent les dents d'une fourche. Ses bras sont courts, & munis de courtes pinces. Ses huits pieds sont grands, & onglés.

N°. 12. *Autre Cancre marin, cornu.*

Son corps de figure oblongue, étroit par devant, large par derriere, bossu par dessus, pousse deux grandes cornes, minces, & pointues. Ses bras sont égaux, munis de petites serres. Ses pieds sont pareillement armés chacun d'une pince. Son test est dur, de couleur cendrée jaune.

N°. 13. *Cancre marin, de Curaçao, peint de rouge, en façon de fleur.*

Ses bras sont courts, munis de petites pinces. Ses huits pieds sont aussi courts, & onglés. Ses yeux sont enfoncés dans leurs orbites. Sa chair passe pour être délicieuse.

N°. 14. Nous représentons ici, dessus & dessous, une articulation avec l'ongle du pied d'un Cancre de Sicile, qui est toute velue de longs poils soyeux, couleur d'or, & ressemblant à une espece de petit balai. Le Cancre dont on a dépeint sous ce N°. cette articulation de pied, se trouve en abondance dans les rivieres de la Sicile; sa chair est bonne à manger. Il ressemble de figure à nos Cancres de mer d'une moyenne grandeur. Sa couleur est rouge. Tout son corps est glabre, dénué de poils, même ses bras fourchus n'en ont point. Ses seuls pieds de derriere qui se terminent par un ongle, sont velus à l'extrêmité des articulations. Je me ressouviens d'avoir vu ce Cancre entier dans des Cabinets de Curieux, mais pour moi je n'ai pu acquerir encore que les deux premieres jointures de ses pieds.

TABULA DECIMA ET NONA.

Num. 1. *Cancer macrochelos, Amboinensis.*

Brachia ejus vel quater æquant totius longitudinem, & margines habent grossis ubique dentibus serratos. Prona hæc facies ejus est, qua optime conspici potest tota compages. Octo è ventre pedes prodeunt, è quinque singuli constantes articulis, quibus præterea longi acutique ungues accedunt. Cauda firmiter versus ventrem contracta, qua primum flecti incipit, dentibus quoque extus munitur. Color est ex ruffo cinereus.

Num. 2. *Cancer flosculosus, pronus.*

Tegmen superius, pallide rubens, coccineis maculis, tanquam flosculis, distinguitur. Pedes antici, quorum sinister, unà cum forcipe suo, vel altero tanto major est, quam dexter, saturate rubri sunt coloris. E capitis rotundi parte antica oculi protuberant. Reliqui decem pedes posteriores, pallide rubentes, præter quaternos, è quibus constant, articulos, longis quoque & acuminatis unguiculis gaudent.

Num. 3. *Idem supinus.*

Num. 4. *Araneus marinus, crustatus, pronus.*

Supra glaber, & crustatus, bina porrigit brachia, forcipata, crassa & curta. Octo reliqui pedes tribus componuntur singuli ex articulis, & ungue desuper acuminato. Gilvo hæc facies est colore; corpusque globosum ore acuto gaudet.

Num. 5. *Idem supinus, pallide cinereus.*

Num. 6. *Cancer, levis, latipes, marinus, Americanus.*

Dilutè flavescens rubris distinguitur punctis. Latitudo ejus multum superat longitudinem. Oculi, à parte antica rotundi capitis conspicui, sub testa delitescunt. Brachia crassa crassis atque obtusis gaudent forcipibus. Pedes reliqui posteriores, plani latique, crassos & breves in ungues terminantur. Carnis parum intus continet, & hinc perlevis est.

Num. 7. *Idem supinus.*

Tota hæc superficies dilute rubella elegantissimam se præbet.

Num. 8.

PLANCHE DIX-NEUVIEME.

N°. 1. *Cancre à longs bras, d'Amboine.*

Ses bras, hérissés d'une grosse dentelure faite en dents de scie, sont quatre fois plus grands que tout le corps ensemble. Il paroit ici sur le ventre, pour mieux exposer l'assemblage des parties qui le composent. Ses huits pieds sont armés de grands ongles aigus, & formés chacun de cinq jointures. Sa queuë retirée vèrs le ventre, est dentelée au dehors. Sa couleur est d'un roux-cendré.

N°. 2. *Cancre décoré de taches en façon de petites fleurs, vu par dessus.*

Sa coque du dessus du corps est d'un rouge-pâle, fursemé de tâches d'un rouge d'écarlate, qui ont quelque ressemblance à de petites fleurs. Ses deux bras sont d'un rouge-foncé; le gauche muni d'une bonne pince est de beaucoup plus grand que le droit. Ses deux yeux ronds sortens de la tête, où ils sont placés à la partie antérieure. Ses pieds sont au nombre de dix, d'un rouge déteint, composés de quatre articulations, & munis d'ongles longs & pointus.

N°. 3. *Le même Cancre couché sur le dos.*

N°. 4. *Araignée de Mer, couverte de coque, couchée sur le ventre.*

Le dessus de son corps est revêtu d'une coque glabre, polie. Ses deux bras de devant sont gros, courts, armés de pinces. Ses pieds au nombre de huit sont formés chacun de trois jointures, dont la derniere se termine par un ongle aigu. Son corps est rond, sa bouche pointue, sa couleur d'un gris cendré.

N°. 5. *La même, vuë par dessous qui est d'un gris-clair.*


N°. 6. *Cancre de mer, au pied large, d'Amerique, léger.*

Sa couleur est d'un jaune-pâle, picoté de points rouges: son corps est beaucoup plus large que long. Sa tête est ronde. Ses yeux sont placés à la partie antérieure, mais cachés sous la coque. Ses bras sont gros, & munis de grosses pinces obtuses; ses pieds sont plats, larges, terminés par de gros ongles courts. Il contient peu de chair, de sorte qu'il est très-leger.

N°. 7. *Le même, sur le dos.*

Dans cette posture toute sa surface est d'un rouge incarnat.

N°. 8. Can-


TAB. XVIV.
N.º 2.
N.º 1.
N.º 3.
N.º 4.
N.º 5.
N.º 6.
N.º 7.
N.º 8.
N.º 10.
N.º 9.
N.º 11.
N.º 12.
N.º 13.
N.º 14.
N.º 15.
N.º 16.
N.º 17.
N.º 18.
N.º 19.
N.º 20.
N.º 21.
N.º 22.
N.º 24.
N.º 25
N.º 23.

Num. 8. *Cancer macrochelos, ſeu longimanus, ſpinoſus, Orientalis.*

Inter omnes Cancrorum ſpecies vix inveneris rariorem. Brachia ejus vel quater tantò longiora ſunt, quam corpus ipſum, quod quidem rotundum & exiguum acuminatis undique ſpinulis obſitum eſt. Brachia itidem ſpinis horrent. Reliqui octo pedes læves, & pallidè ruffi, præter tres longiores articulos, longo quoque & acuminato ſinguli ungue gaudent. Oculi profunde intra caput ſiti ſunt.

Num. 9. *Cancer macrochelos, ſpinoſus, alter, minor, Orientalis.*

Priori majuſculo forma tenus ſimilis eſt, ſed coloris dilute ſpadicei. *Aldrovandus, Rumphius*, aliique, hujuſce ſpeciei icones quoque dederunt.

Num. 10. *Araneus, marinus, cruſtatus, alter, margaritifer, pronus.*

Priori hac in Tabula exhibito, lævi, congener hic eſt, at minutis quaſi margaritis aſper. Caput quoque magis rotundum, & os aliter formatum gerit. Brachia, forcipes, pedesque poſtici pariter ſunt longiores.

Num. 11. *Idem ſupinus.*

Num. 12. *Cancer ſaxatilis, ex rubro maculatus, Americanus, rarior.*

Latitudo ejus ſesquiplex eſt longitudinis. Maculæ, ſaturatiſſime rubræ, diverſimode figuratæ, teſtam ornant, marginibusque dilutioribus in parte antica lati capitis fimbriantur. Oculi, longe ab invicem diſſiti, cujusdam articuli ope prominuli ſunt: os latum ſuperna parte quoque fimbriatum eſt. Cæterum teſta ſuperior, paulum convexa, glabra, utrinque minutis punctis rubentibus guttata eſt. Pedes, craſſis & brevibus præditi articulis atque unguibus, arctè verſus corpus contracti ſunt, prout ſub Num. 14 eſt videre.

Num. 13. *Cancer floſculoſus, Amboinenſis, rarior, elegantiſſimus.*

Poſtica ejus pars lata admodum utrinque acuminatos emittit proceſſus, raro admodum in aliis Cancris conſpicuos. Teſta ſuperior, dilutè Arantii coloris, ocellis exiguis, quos inter quidam minutiſſimi ſunt, tanquam ſquamulis veſtita, parte antica ſaturate Arantio colore interſtincta, ſingulari floſculorum quaſi apparatu ſuperbit. Oculi, anteriùs circa os proxime ad ſe mutuo collocati, ope articuli cujusdam prominent, ut eminus diſpicere queant. Brachia craſſa, forcipata, pedesque poſtici & cauda tam preſſè ſub teſta ſuperiore contracta hærent, ut vix videri poſſint.

Num. 14.

N°. 8. *Cancre aux bras longs, d'Orient, hériſſé de pointes.*

Entre toutes les Especes de Cancres, à peine en trouvera-t-on de plus rare que celle-ci. Son corps eſt petit, rond, partout armé de pointes. Ses bras hériſſés pareillement d'une denture de pointes, ſont au moins quatre fois plus longs que le corps entier. Ses pieds au nombre de huit, grands, rouſſâtres, compoſés de trois articulations, finiſſent par un ongle long & pointu. Ses yeux ſont enfoncés fort avant dans la tête.

N°. 9. *Autre Cancre Oriental, plus petit, à longs bras, hériſſé de pointes.*

Il eſt d'une figure parfaitement ſemblable au précedent, mais d'une coûleur chatain-clair. Aldrovandi, Rumphius, & d'autres Auteurs en ont donné des Repréſentations.

N°. 10. *Araignée de Mer, couverte d'une coque relevée de tubercules, vuë par deſſus.*

Elle eſt de la même Espece que celle du N°. 4, avec ces differences, que ſa croûte eſt chargée de petits boutons, que ſa tête eſt plus ronde, & ſa bouche faite autrement. Ses bras fourchus & ſes jambes, ſont auſſi plus longs.

N°. 11. *La même, vuë par deſſous.*

N°. 12. *Cancre ſaxatile, d'Amerique, rare, tacheté, & pointillé de rouge.*

Il a le corps ſix foix plus large que long. Sa coque eſt décorée de taches d'un rouge brun, de diverſe grandeur & figure. Sa large tête a les bords de devant d'un rouge moins foncé, & découpés en maniere d'arc. Ses yeux éloignés l'un de l'autre s'avancent en dehors ſous quelque apophyſe. Sa bouche eſt large, échancrée par deſſus. La coque qui couvre le deſſus du corps, eſt un peu convexe, liſſe, glabre, tictée ſur les deux côtés de points rouges. Ses pieds ſont retirés ſous le corps, comme ceux du Cancre dépeint au N°. 14. Les articulations qui les compoſent ſont groſſes, courtes, de même que les ongles qui les terminent.

N°. 13. *Cancre d'Amboine, rare, magnifique, ſurſemé de taches qui imitent des fleurs.*

Le deſſus de ſon corps fort large ſur le derriere, eſt encore remarquable par deux apophyſes pointues qu'on trouve rarement dans d'autres Cancres. Sa coque ici orangée-clair, ſemble comme revêtue de petites écailles par les petits boutons dont elle eſt couverte, qu'on prendroit pour autant d'yeux, & parmi lesquels il y en a quantité d'une extrême petiteſſe; la partie antérieure de la coque eſt d'un orangé plus obſcur, mais ſuperbe par un aſſemblage de taches faites en façon de fleurs. Ses yeux ſont ſitués l'un près de l'autre de chaque côté de la bouche, s'avançant en avant par le moyen de quelque appendice pour voir de loin. Ses deux gros bras fourchus, ſes jambes, & ſa queuë ſont ſi fort ramaſſés ſous la coque, qu'on peut à peine les découvrir.

Num. 14. *Cancer Americanus, argenteus, supinus.*

Argentei nomen habet a colore argenteo dilutiore, quo testa ejus superior ornata est. Brachia forcipata brevia sunt & crassa, granulisque propullulantibus, tanquam margaritis, aspera. Pedes reliqui, itidem curti & crassi,, extremos articulos unguibus acutissimis munitos gerunt, alia penitus, quam in aliis Cancris, ratione. Cauda in acumen desinens firmiter versus ventrem contracta est.

Num. 15. *Cancer marinus, minor, vociferans.*

Dicuntur hujusce speciei Cancri sonum edere ab adtendentibus percipiendum, aliquot præsertim ante diebus, quam tempestas marina oritura est: unde qui oras maritimas incolunt, trito quodam proverbio semet præmonent: *Cave tibi à tempestate! Cancri vociferantur.* Cæterum minusculus hic est: quamvis haud dubitandum sit, quin majores ferat hæc species; siquidem a minuto ejusmodi animalculo vix sonitus procul audiendus edi posse videatur. Pars antica lato quasi scuto firmata rufi est coloris; dum testa superior ex rubro variegatur.

16. *Cancer longimanus, spinosus, saxatilis, pronus.*

Dura, veluti lapidea, crusta tegitur. Coloris est ex dilute cinereo grisei. Corpus minutum capite pollet prominulo, obtuso. Oculis calcaria quasi materies adcreta est. Superna facies tuberosa obtusis desuper spinis horret. Longa brachia suis cum forcipibus eadem ratione comparata sunt, horumque sinistrum dextro crassitie & longitudine antecellit. Pedes postici, itidem incrustati; acutis gaudent unguibus.

Num. 17. *Idem supinus.*

Sic patulum ejus os, & elegans cauda, oculis exponuntur.

Num. 18. *Cancer incomparabilis, elegantissime pictus, Orientalis.*

Testa superior, scuti instar, variis ornamentis & profundioribus foveolis quam artificiosissime elaborata & veluti exsculpta, dilute arantio colore, quem coccineus rubor per fossulas diffusus variegat, conspicua est. Brachia, pedesque, similiter sese habent. Oculi profundis ex orbitis protuberant. Brachia forcipata ejusdem utrinque sunt magnitudinis. Octoni sunt pedes, quorum priores quatuor teretes, & parum pilosi, reliqui vero plani & villosi, omnes tandem acutis unguibus muniti cernuntur.

Num. 19.

N°. 14. *Cancre Argentin, d'Amerique, couché sur le dos.*

On l'appelle Cancre Argentin, de la couleur argentine dont est sa coque de dessus. Ses bras fourchus sont gros, courts, grenés de petits tubercules couleur de talc. Ses pieds sont pareillement gros, courts, munis au bout d'ongles très-aigus, mais faits d'une maniere tout-à-fait differente que dans les autres Cancres. Sa queuë pointue est retirée fermement vers le ventre.

N°. 15. *Petit Cancre de Mer, qui jette des cris.*

On raporte que ces sortes de Cancres jettent une espece de cri, principalement quelques jours auparavant qu'il s'éleve une tempête, & que ceux qui y prêtent attention peuvent l'ouïr; d'où vient que ceux qui habitent les côtes maritimes s'avertissent mutuellement par ce proverbe fort commun parmi eux, *Garde-toi de la tempête, les Cancres crient.* Ce Cancre-ci est très-petit, mais sans doute que son Espece en produit de plus grands, car il n'est pas aparent qu'un si petit Animal puisse pousser quelque son qu'on entende de loin. Sa partie antérieure est défendue comme par un large bouclier de couleur rousse; tandis que la coque qui couvre le dessus de son corps, est marbrée de rouge.

N°. 16. *Cancre Saxatile, aux bras longs, hérissés de pointes, vû par dessous.*

Il est couvert d'une croute dure comme la pierre. Sa couleur est cendrée-grise. Son corps est petit. Sa tête obtuse s'avance beaucoup. Ses yeux sont défendus par une croute à laquelle ils sont adhérens. Le dessus de son corps est tout couvert de tubercules, qui en rendent la surface très-raboteuse. Ses grands bras fourchus sont hérissés de pareils boutons. Le gauche est plus gros & plus long que le droit. Ses pieds sont comme les bras munis d'une croute raboteuse, & se terminent en ongles aigus.

N°. 17. *Le même, vû par dessous.*

Dans cette posture l'on voit sa bouche ouverte, & sa belle queuë.

N°. 18. *Cancre Oriental, incomparable.*

La coque qui le couvre sur le dessus du corps, est formée en façon d'un bouclier chargé d'ornemens, & sillonnée de rainures marquées profondément, qui semblent faites avec le cizeau. Sa couleur orangée-clair, est nuée d'un rouge écarlate qui regne dans toutes les rainures. Ses bras & ses pieds sont revêtus d'une croute façonnée de la même maniere. Ses yeux sortent hors de leurs profonds orbites. Ses bras fourchus sont d'une grandeur égale. Ses pieds sont au nombre de huit, dont il y en a quatre plats, velus, & les autres quatre ronds, & garnis de peu de poils. Tous cependant se terminent en ongles pointus.

N°. 19. Petite

Num. 19. *Astacus, Pediculo marino similis;* Leo *Rondeletii.*

Ut *Leo* audiat *Rondeletio*, nihil tamen Leoni simile monstrat. Est autem Astacorum species, non ita crebro occurrens, spadicei coloris, aliorum Animantium marinorum majorum flagellum; siquidem spinosis suis unguibus anticis, perlongis, uti Pediculi marini, pungens sanguinem proliciat, quo se nutrit. Cætera similis est Astaco breviori, longaque brachia forcipata, acutis undique spinis horrentia, serræ in modum veluti dentata, minutisque maculis guttata, monstrat. Reliqui pedes, unà cum testa superiore, itidem serrati, lineisque transversalibus distincti sunt.

Num. 20. *Idem supinus.*

Num. 21. *Cancer planipes, spinosus, minor, orbicularis.*

Brachia gerit & forcipes breves atque minusculos. Planorum pedum primores articuli antica parte serræ in modum dentati, subsequentes vero læves, unguiculi tandem rursus pilis quibusdam hirsuti sunt. Color supernæ faciei ex ruffo cinereo-flavescens, maculis spadiceis, marmoris in modum, variegatur.

Num. 22. *Araneus marinus, pronus.*

Testaceum ejus operimentum eleganter pictum, & quasi rugis sulcatum est. Caput breve & obtusum; oculi minuti; brachia cum forcipibus, reliquique pedes, pariter curti sunt.

Num. 23. *Idem supinus.*

Num. 24. *Cancer flosculosus, pronus.*

Pallida hîc rubedo saturatius rubris quasi florum foliolis, hinc inde dispersis, variegatur. Postica pars latior est, antica angustior rotunde convergit. Inter oculos apice quodam os prominet. Brachia crassa sunt; pedes vero postici minores sub ventre delitescunt.

Num. 25. *Aranei marini altera species.*

Testa ejus glabra, anterius lata est. Oculi procul a se mutuo distant. Brachia suis cum forcipibus crassa & curta sunt: pedes postici octoni, graciles.

TABULA

N°. 19. *Petite Ecrevisse de Mer, semblable au Pou de Mer, & nommée* Le Lion *par Rondelet.*

Quoique Rondelet l'apelle ainsi, il ne faut pas penser qu'elle ait aucun rapport avec ce terrible Animal. Cette Espece d'Ecrevisse de Mer n'est pas commune. Sa couleur est chatain. Elle est le fléau des autres Poissons de Mer, car avec ses deux longs aiguillons situés au devant de la tête comme dans les Pous de Mer, elle pique les autres Animaux, suce leur sang, & s'en nourrit. D'ailleurs elle ressemble au petit Hommar. Ses deux longs bras fourchus, sont hérissés de pointes taillées en dents de scie, & pointillés de taches. Ses pieds, de même que la coque du dessus du corps, sont armés aussi d'une dentelure de scie, & sillonnés de rayures transversales sur leur surface.

N°. 20. *La même, vuë par dessous.*

N°. 21. *Cancre au pied plat, hérissé d'aiguillons, petit, de figure ronde.*

Ses deux bras fourchus sont courts & petits; ses pieds sont plats, & ont leur premiere articulation hérissée dans la partie antérieure d'une denture faite comme celle d'une scie, tandis que les autres articulations sont lisses & unies. Ses ongles sont un peu velus. Sa coque sur le dessus du corps est d'un jaune-roux cendré, que releve une marbrure de taches chatain.

N°. 22. *Araignée de Mer, couchée sur le ventre.*

Son test est remarquable par son beau tacheté, & par les rainures dont il est sillonné. Sa tête est courte, obtuse. Ses yeux sont petits. Ses bras fourchus de même que ses pieds, sont courts.

N°. 23. *La même, placée sur le dos.*

N°. 24. *Cancre orné de taches faites en façon de fleurs, vu par dessus.*

Il est d'un rouge incarnat, émaillé de taches d'un rouge plus foncé, faites en maniere de petites feuilles de fleur semées çà & là. Sa partie de derriere est large, & sa partie de devant plus étroite & plus arrondie. Sa bouche pointue s'avance entre les yeux. Ses bras sont gros. Ses pieds sont petits, cachés sous le ventre.

N°. 25. *Autre Espece d'Araignée de Mer.*

Sa croûte lisse s'élargit en devant. Ses yeux sont éloignés l'un de l'autre. Ses bras fourchus sont courts, trappus, tandis que ses huit jambes sont fort déliées.

TABULA VICESIMA.

Num. 1. *Ursa-Cancer; seu Squilla lata, Amboinensis, prona.*

Variis hæc Squilla coloribus superbiens prominula monstrat tubercula, piscium squamis similia, ex rubro Corallino, albo, & fusco, elegantissime variegata. Testa superior admodum lata est: oculi duo prægrandes: brachia adsunt quaterna, lata, curta, geminam utrinque galli cristam, plurimis conspicuam dentibus, longis, acuminatis, in ambitu villosis, repræsentantia. Processus itidem pinnarum vice fungentes, ad latus utrumque siti, ex basi lata in acumen desinentes, pilis horrent. Subtus ad utrumque latus ventris, quousque testæ superioris prior articulus sese extendit, quinque conspiciuntur pedes, graciles & minuti, suo quilibet ungue armati. Cauda deorsum reflexa est. *Rumphius* squillam talem supinam exhibet, referens, isthanc speciem in profundo maris commorari, nec nisi rariùs in summo deprehendi.

Num. 2. *Squilla Arenaria, marina; mas.*

Litoralis vel Arenaria vocatur hæc species, quia levis & vivax, summa petens, ad litora maris adpellitur, undisque rursum subito quandoque refluentibus in arena relinquitur, facile sic capienda, modo quis prudens ab acuminatis ejus armis sibi caveat. Pedes namque antici forcipati, sive brachia, perlongis gaudent processibus valde acutis, complicatilibus instar novaculæ, ut dentes haud videri possint. Ita Natura Animanti cuivis singulare quid impertivit, quo species ejus queat distingui ab aliis. Aculeatis hisce forcipibus quam validissime retineri possunt prehensa, & dum per cutim penetrarunt aculei, difficillimum est hos denuo inde eruere; quum superni & inferni sese mutuo excipiant. Præterea seni pedes villosi ad anticam corporis partem hærent, crassis, veluti digitatis, articulis, ungue recurvo, acuminato, præditis, in fine donati, hinc ad scalpendum & vellicandum aptissimi. Posteriora versus alii insuper sex conspiciuntur pedes minusculi, ungue destituti, in villosas quasi pinnas terminati, quibus inter natandum sese promovet Animal. Anterius supra nasum binæ sunt pinnæ, suo quælibet in acetabulo mobiles, remorum instar ad remigium comparatæ. Testa dorsalis in decem articulos divisa est; ut in globum arcte convolvi queat corpus. Cauda, latè expansa, spinis crassis, acutis, & pinnis remigibus instructa est. Ad capitis anticam partem, qua os prominet, oculi sedent, binorum instar globulorum, rubicundi; hosque inter cirri exporriguntur.

Num. 3. *Squilla Arenaria, marina, fœmina, supina.*

Oculis hic patent lamellæ plumatiles, quibus infixa hærent ovula, donec ad maturitatem deducta decidant: prout in hacce cernitur, quæ sua jam ovula, utpote in juvenculas squillas mutata, dimisit. Cæterum priori prorsus similis est forma; nisi quod minor sit. Ab Aldrovando *Squillæ mantis* nomine donatur.

Num. 4.

PLANCHE VINGTIEME.

N°. 1. *Cancre nommé* Ours, *ou Squille large, d'Amboine, couchée sur le ventre.*

Elle est peinte de magnifiques couleurs. Son corps & sa tête sont couverts de tubercules, ressemblans par leur figure & leur arrangement à des écailles de Poissons, & colorés d'une façon charmante de rouge corallin, de blanc, & de brun. Sa coque qui couvre le dessus du corps, est extrêmement large. Ses yeux sont très-grands. Elle a quatre bras larges, courts, qui ressemblent de chaque côté à une double crête de Coq, hérissée de dents longues, pointues, & garnies de poils tout autour. Ses deux appendices qui lui servent de nageoires, une de chaque côté, sont fort velues, & d'une base large se terminent en pointe. L'on voit sous le corps, de chaque côté du ventre, jusqu'à l'endroit où finit la premiere jointure de la coque qui couvre le dessus du corps, cinq pieds longs, menus, & onglés. Sa queuë est courbée en bas. Rumphius représente dans son Ouvrage une Squille pareille à celle-ci, couchée sur le dos. Il raporte que cette Espece demeure au fond de la Mer, & qu'on en trouve rarement sur la surface de l'eau.


N°. 2. *Squille marine sablonneuse, Mâle.*

La Squille sablonneuse au contraire, comme elle est legere & remuante, se plait sur la surface de l'eau & au bord de la Mer, d'où il arrive qu'elle est quelquefois jettée par de fortes vagues sur le sable; là on la prend aisément, & sans se blesser dès-qu'on évite de la saisir par ses bras. En effet elle a deux longs bras, armés de pinces extrêmement grandes, pointues au bout, dentelées intérieurement, & courbées en maniere de rasoir à demi-ouvert, ensorte que la herse des dents ne paroit point au dehors. C'est ainsi que la Nature a donné à chaque Espece d'Animal quelque chose de particulier pour la distinguer d'une autre. Celle-ci est remarquable par ces pinces aiguës, dentelées en dedans, avec lesquelles elle retient fortement ce qu'elle a une fois saisi; de façon que quand ses pointes sont entrées dans la peau, il est très-difficile de les en tirer, parce que celles d'en bas répondent à celles d'en haut. Notre Squille a d'abord six pieds velus, placés sur le devant du corps, terminés chacun à l'extrêmité par une articulation épaisse, large, semblable à un orteil, & munie d'un ongle crochu & pointu, d'où il paroit que ces pieds-là sont très-propres à grater, & à se cramponer. Suivent un peu plus avant sur le derriere du corps, six autres pieds, plus minces, dénués d'ongles, & finissant comme en forme de nageoires velues. Aussi ces derniers pieds servent-ils à l'Animal d'ailerons pour nager. Il a outre cela sur le nez deux nageoires, qu'il peut remuer de côté & d'autre, en guise de rames. La coque du dessus du corps se partage en dix articulations, afin que l'Animal puisse quand il le veut ramasser son corps en rond. Sa queuë est large, déployée, accompagnée de nageoires, & garnie au bout d'une herse de gros aiguillons pointus. Ses yeux rouges, faits comme deux petites boules, sont situés à la partie antérieure de la tête où s'avance la bouche; ses cornes sortent d'entre ses yeux.

N°. 3. *Squille de Mer sablonneuse, femelle, couchée sur le dos.*

Dans cette posture se présentent à la vue les enveloppes des Ovaires, barbues en maniere de plumes, & qui renferment les œufs jusques à ce qu'ils s'en détachent; ce qu'on aperçoit clairement dans cette Squille, qui a déja laissé tomber ses œufs prêts à éclorre. Elle ressemble en tout à la précedente, & est seulement plus petite. Aldrovandi l'a dépeinte sous le nom de *Squilla Mantis*, comme qui diroit en François, Squille Devineresse.

N°. 4. *Cancre*


N° 13.
N° 12.
N° 2.
N° 3.
N° 1.
N° 11.
N° 6.
N° 10.
N° 5.
N° 7.
N° 8.
N° 9.
N° 4.
J. Fergé fecit.

Num. 4. *Cancer Pagurus, hirſutus, Americanus, pronus.*

Præ aliis multis Cancrorum ſpeciebus hæc quidem maximi æſtimatur, quia grati ſaporis ferculum, nec ventriculo moleſtum præbet. *Pagurus* vocatur a veteribus Hiſtoriæ Naturalis Scriptoribus; ſiquidem cœnoſa maris loca inhabitet. S. Setti *Carcinum* vocat, Ariſtophanes *Kaburi*, Latini *Cancrum marinum.* Teſta ejus ſuperior, admodum late expanſa, in medio convexa extuberat, ad latera vero ſcutum quaſi utrinque efformat, ſpectaculo perquam elegante. Pulchritudinem dein auget amœnorum varietas colorum, quibus dorſum & forcipata flagella anteriora, prægrandia, marmoris in modum, picta ſunt. Siniſtri lateris brachium, ſuo cum forcipe undique dentato, vel duabus tertiis majus eſt quam dextrum; hujusque interna tantum forcipis latera dentibus armata ſunt. Oculi, binorum inſtar corniculorum, longe prominent, pro lubitu intra teſtam retrahendi. Reliqui octo pedes, undique villoſi, ex flavo ruffi ſunt.

Num. 5. *Cancer ſulcatus, terreſtris, ſive montanus, Americanus.*

Ex Curaſſoa miſſum accepi. Species hæc ibidem in montes eluctata, noctu ab Æthiopibus, ad lumen laternarum, copioſa colligitur, & in foro piſcario venalis offertur; ſiquidem pergrati ſaporis eſſe perhibeatur. Teſta ſuperior, itidem antica parte latè diducta, verſus poſteriora anguſtior, ex rubro Corallino & dilute flavo pulcherrime picta, utrinque ad latera liris quaſi diſtinguitur. Oculi profunde intra teſtam hærent. Pedes antici & forcipes ejusdem inter ſe ſunt magnitudinis, omnesque eorum articuli læves. Poſteriores octo pedes, una cum unguibus, in ambitu omnes, ſerræ in modum, dentati ſunt; ut horum ope Animal, in montibus eſcam quærens, ſeſe retinere, & alta petere queat. Mirabile eſt, quod de hisce Cancris narrant illorum locorum incolæ, noctu eos duntaxat comparere, interdiu autem ne unum quidem reperiundum eſſe.

Num. 6. *Squilla Arenaria, prona.*

Cygnorum roſtra, & *Cygni marini* ab aliis vocantur, pertinentque ad ſpeciem ſub Num. 2 hac in Tabula deſcriptam, utpote cum qua conveniunt. Colore tamen diſcrepant, quippe qui ſaturate ſpadiceus, ruber & flavus eſt. Flagella antica Cygnulos æmulantur, roſtris quaſi avium prædita acuminatis, rubicundis. Nonnullæ earum ad internam partem ſecundi flagellorum articuli proceſſus gerunt forcipatum extremum excipientes: aliæ vero his carent. Forcipes plerumque Corallini ſunt ruboris. Barbæ & oculi eadem ſeſe habent ratione, ac in priore Num. 2.

Num. 7. *Cancer Heracleoticus, pronus.*

Rariſſimus hic Cancer, unà cum aliis ſpeciminibus, ex Amboina mihi miſſus eſt, ſub nomine *Cancri criſtati*, ſeu *Galli marini.* Ariſtoteli *Pagurus* vocatur *ex mari Adriatico*; Bellonio *Cancer Heracleoticus, ſpecies Majæ*; J. Cæſari Scaligero *Pagurus, criſta galli*; Rondeletio *Pagurus Migrane*, id eſt, *Malum Punicum*;

N°. 4. *Cancre Squinado, d'Amerique, hériſſé de poils, vu par deſſus.*

Cette Espece de Cancre eſt eſtimée ſur toutes les autres pour ſa chair ſavoureuſe, agréable au goût, & de facile digeſtion. Les Anciens Naturaliſtes l'apellent *Pagurus.* Il ſe plait à habiter les endroits boueux de la Mer. S. Sethus le nomme *Carcinum*, Ariſtophane *Kaburi.* La Coque qui couvre le deſſus de ſon corps eſt fort grande, convexe dans le milieu, taillée en forme de bouclier ſur les côtés, ce qui fait un bel effet, qu'enchérit encore l'agréable variété de couleurs dont le dos, & ſes gros bras fourchus, ſont peints en façon de marbrure. Mais le bras gauche eſt d'ailleurs remarquable par ſa groſſeur qui eſt triple de celle du bras droit, & par ſa pince qui eſt dentelée de toutes parts, tandis que la pince de l'autre bras l'eſt ſeulement dans les bords intérieurs. Ses yeux ſaillent en avant, comme deux petites cornes; ce Cancre peut les retirer en arriere & les cacher dans leurs orbites, quand il lui plait. Ses huits pieds, par-tout hériſſés de poils, ſont d'un jaune-roux.

N°. 5. *Cancre terreſtre ou montagnard, d'Amerique, ſillonné de rayes.*

Je l'ai reçu de Curaçao. Cette Espece fait ſes efforts pour gagner les montagnes, où les Noirs les ramaſſent de nuit en quantité à la lumiere des lanternes, & les portent enſuite vendre aux Marchés de Poiſſon, parce qu'on eſtime leur chair délicieuſe. La coque qui couvre le deſſus de ſon corps, eſt large par devant, plus étrécie ſur le derriere, ſillonnée de rayures ſur les côtés, & du reſte peinte magnifiquement ou d'un rouge de corail, ou de jaune-pâle. Ses yeux ſont profondément enfoncés dans la coque. Ses bras ſont formés d'articulations liſſes, & de pinces d'une égale grandeur; mais ſes huit pieds, de même que les grands ongles pointus qui les terminent, ſont par-tout armés d'une denture de ſcie, afin que l'Animal puiſſe ſe cramponner en montant ſur les montagnes, & y chercher ſa vie. Les habitans du lieu rapportent une choſe ſinguliere des Cancres de cette Espece, ſavoir, qu'ils ne paroiſſent jamais que la nuit, & qu'on n'en ſauroit apercevoir un ſeul pendant le jour.

N°. 6. *Squille ſablonneuſe, couchée ſur le ventre.*

Quelques-uns apellent ces ſortes de Squilles, *Becs de Cygne*, *Cygnes de Mer.* Elles apartiennent à l'Espece qu'on a dépeinte au N°. 2. avec laquelle elles ont un grand rapport, & n'en different presque que de couleur. Notre Squille eſt ombrée de bai-brun, de rouge, & de jaune. Ses deux bras ne reſſemblent pas mal de figure à de petits Cygnes, & ſe terminent en pointe rouge, à peu près de même que le bec de ces Oiſeaux. On voit des Squilles de cette Espece dont la ſeconde articulation eſt fourchue intérieurement, & d'autres où elle ne l'eſt pas. Les pinces ſont d'ordinaire corallines. Ses cornes & ſes yeux ſont faits comme ceux de la Squille du N°. 2.

N°. 7. *Cancre Héracléotique, vu par deſſus.*

Ce Cancre qui eſt extrêmement rare m'a été envoyé d'Amboine avec d'autres Curioſités, ſous le nom de *Cancre portant une Crête*, ou *Coq de Mer.* Ariſtote l'appelle le *Squinado de la Mer Adriatique*, Belon le *Cancre Héracléotique Espece de Mæas*, J. Céſar Scaliger le *Squinado à crête de Coq*, Rondelet le *Cancre Migraine*, c'eſt-

nicum; & Rumphio, in Museo Amboinensi, *Cancer Calappoides*. Unde equidem patet, aliis Authoribus alia placuisse nomina, pro varia similitudine, quam invenisse sibi quisque imaginatus est.

Parte postica latus est limbo elato instructus. Cauda brevis & obtusa: antica pars angustior rotundè convergit. Testa superior, antrorsum, malum Punicum, maturescens, ipso etiam colore refert. Posteriora versus latior testa, instar aquæ lente fluctuantis sulcata, undas maris dense congestas repræsentat. Oculi profunde intra testaceas orbitas, ad latera nasi veluti effictas, delitescunt.

Num. 8. *Idem supinus.*

Brachia duo antica, Galli capitibus similia, anterius admodum lata, incurvum singula unguem gerunt acuminatum, rubicundum, qui cum inferna forcipis parte, itidem antrorsum late protensâ, arctè committitur limbo interno dentatus. Testa superior, geminæ instar galli cristæ, serrata & quam elegantissime picta est. Pedes octo postici, dilute flavi, ungues acutos, rubentes, gerunt.

Num. 9. *Cancer marinus, scutiformis.*

Binis gaudet brachiis, longis, serræ in modum profunde dentatis, quorum extremi articuli forcipes gerunt æquales, acutis apicibus terminatos. Testa superior antica parte itidem magnis instructa est dentibus, quos inter oculi protuberant. Supra brachia binæ hærent pinnæ remiges, totidemque circa par postremum pedum, natatui inservientes. Brachia inter & pedes posticos, utrinque, tres cernuntur aculei, longitudine inæquales. Reliqui pedes, graciles, læves, longis muniuntur unguibus. Omnia porro eleganter picta sunt.

Num. 10. *Cancer Americanus, venustissime variegatus, pronus.*

Tegmen superius ex rubro, flavo, & albo, ad modum florum quorundam, pulcherrime pictum est. Flagella duo antica, brevia, obtusis spinis aspera, articulis constant arctè inter se junctis, forcipesque firmiter commissos gerunt. Pedes postici plani latique sunt, ut pinnæ piscium, hincque ad natandum comparati. Supra pedes ad utrumque latus testæ dorsalis aculeus longus, pungens, prominet.

Num. 11. *Idem supinus.*

Insignis hîc racemus ovulorum admodum tenuium, e quibus Cancelli proveniunt, conspicitur, indicio, hanc fœmellam esse.

Num. 12. *Cancer Macrochelos.*

Ita vocatur ob insignem brachiorum suorum longitudinem ratione magnitudinis reliqui corporis. Brachia hæc & testa superior, in ambitu, serræ in modum dentata sunt. Caput in acuminatum excurrit apicem, cui utrinque oculi inhærent. Pedes postici, breves, longis gaudent unguibus rubicundis. Forcipes quoque hujusce sunt coloris.

Num. 13.

c'est-à-dire ressemblant à une Grenade qu'on nomme *Migraine* en Languedoc. Ainsi chaque Auteur lui a donné un nom à sa fantaisie, conformément à la ressemblance qu'il lui a trouvée avec telle ou telle chose.

Il est large par derriere, avec une bordure relevée. Sa queuë est courte & obtuse. La partie antérieure de son corps est étroite & arrondie. La coque du dessus du corps ressemble par devant de couleur & de figure à une Grenade presque mure; ensuite s'élargissant sur le derriere du corps, elle est sillonnée de rayes faites en ondes, représentant celles de l'eau quand elles se touchent de près & se succedent lentement les unes aux autres. Ses yeux sont cachés dans leurs orbites, qui semblent être creusés vers les côtés du nez.

N°. 8. *Le même Cancre, vu par dessous.*

Ses deux bras ressemblent par leur figure à des têtes de Coq. Ils sont fort larges dans la partie antérieure, armés de pinces pointues au bout, de couleur rouge, dentelées intérieurement, & dont la supérieure qui est crochue entre dans l'inférieure par engrénure. La coque qui couvre l'Animal est ornée de belles couleurs, & entaillée sur les bords d'une dentelure qui imite une double crête de Coq.

N°. 9. *Cancre de Mer, revêtu de coque faite en forme de bouclier.*

Ses bras sont longs, dentelés en maniere de scie, & terminés par deux pinces d'égale grandeur, pointues au bout. La coque qui le couvre sur le dessus du corps a les bords de sa face antérieure hérissés de grandes dents, du milieu desquelles sortent ses gros yeux hors de la tête. Il a sous les bras deux ailerons qui lui servent à nager. Entre ses nageoires & ses pieds qui sont lisses, menus, & garnis de grands ongles, l'on trouve de chaque côté trois aiguillons de differente longueur. Tout son corps est fort joliment peint.

N°. 10. *Cancre d'Amerique, curieusement marqueté, vu par dessus.*

La coque qui défend le dessus de son corps est tachetée à la maniere de certaines fleurs, de rouge de jaune & de blanc, nuancés d'une façon charmante. Ses bras sont courts, hérissés de pointes obtuses, formés de jointures étroitement arrêtées ensemble, & munis de pinces qui se joignent fortement par engrénure. Ses pieds sont plats, larges comme des nageoires de Poissons, & faits de cette façon pour lui servir à nager. Au dessus des pieds, de chaque côté de la Coque qui couvre le dos, sort un grand aiguillon pointu.


N°. 11. *Le même, vu par dessous.*

On voit dans cette posture un assemblage de petits œufs unis en grape, d'où naissent autant de petits Cancres, ce qui montre que c'est ici une Femelle.

N°. 12. *Cancre aux longs bras.*

Il mérite ce surnom, par la longueur de ses bras comparée à celle du reste du corps. Ils sont, aussi bien que la coque du dessus du corps, armés dans leur contour d'une dentelure en maniere de scie. Sa tête finit en pointe, d'où sortent ses yeux, un de chaque côté. Ses pieds sont courts, garnis de grands ongles rouges & pointus. Les pinces des bras sont de la même couleur.

N°. 13. *Arai-*



E. de Bakker del. et sc. 1735.

Num. 13. *Araneus marinus, minutissimus.*

Bina gerit flagella forcipata, brevia, longosque & graciles pedes. Corpusculum pariter antica parte acuminatum est. Oculi anterius juxta nasum collocati sunt.

TABULA VICESIMA ET PRIMA.

Num. 1. *Cancer crumenatus, Orientalis.*

Dubitat is Astacos inter & Cancros, Cancris tamen propius accedens. Corallino tinctus est rubore, visuque amœnissima ornatus pictura, nec esu injucundus: præcipue vero ejus interanea, modo debito præparata, gratum præbent ferculum, juxta ac perhibent homines fide digni, qui iis in locis, ubi vivi capiuntur hi Cancri, commorati experiundo id didicerunt. *Rumphius* quoque iconem exhibet hujusce speciei, sed à Chalcographo perturbatam, ut vera fabrica dignosci nequeat. Testa superior è multis constat articulis, conchularum instar conjunctis, ut cedere & diduci queat, dum pedes ponderosi velociter moventur. Pars capitalis dilutiore colore quasi undulata est, & Astaci veluti caput præ se fert. Testæ reliquæ grossiore marmoris variegatione gaudent. Cauda, tribus articulis geniculata, lineolis oblongis distinguitur. Brachia antica, crassa, suis cum forcipibus, penitus rubicunda, dentibus tamen albis serrata sunt. Sinistrum flagellum dextro itidem crassius multo & gravius est. Reliqui sex pedes, postici, è quinis singuli articulis, computatis simul unguibus, constructi sunt. Ungues pilosis undique fasciculis horrent; dum reliqui pedum articuli magnis serrati dentibus, & undulato adparatu picti sunt. Oculi juxta nasum acuminatum protuberant. Barbam quatuor constituunt cornicula, quorum bina, longiora, brevibus ex annulis constant, bina alia, breviora, longis gaudent articulis, & circa principium extremi articuli ramulum emittunt, apice globoso terminata.

Num. 2. *Idem supinus.*

Articuli hic, testa minus tecti, dilute cærulescunt. Reliqua dilute flavi sunt coloris, & quasi crenata.

Num. 3. *Astacus, marinus, Norvegicus.*

Ex Christiania Norvegiæ Astacum hunc, aliaque rariora, liquore condita accepi. Testa superior, cruciatim divisa, decurrente per mediam longitudinem linea eminentiore distinguitur. Oculi prægrandes sunt. Os, in acumen desinens, quatuor cirros minores, articulatos, porrigit. Sub ore alia bina cornicula, multo longiora, ad finem usque arcte annulata, prominent. Cauda octo constat ex articulis, quorum quilibet pilosa utrinque pinna instructus est. Caudæ extremo latiores pinnæ adcrevere, itidem pilis fimbriatæ. Flagella antica, perlonga, inter se æqualia, extremum præprimis articulum forcipatum, in

N°. 13. *Araignée de Mer, extraordinairement petite.*

Elle a deux bras fourchus & courts, huit pieds longs & menus, le corps finissant en pointe par devant, & d'assez petits yeux situés l'un & l'autre à côté du nez.

PLANCHE VINGT-UNIEME.

N°. 1. *Cancre Oriental, vû par dessus.*

Je doute presque s'il le faut ranger parmi les Ecrevisses de Mer, ou parmi les Cancres: il semble pourtant approcher davantage de ces derniers. Il est d'un beau rouge corallin, d'une charmante madrure, & d'un manger assez bon. Ses entrailles principalement étant bien accommodées font un mets agréable, à ce que disent des gens dignes de foi qui en ont mangé dans les lieux où l'on prend ces sortes de Cancres en vie. Rumphius donne une Figure de celui-ci, mais si mauvaise qu'on n'y peut point connoitre la vraie conformation des parties de son corps. La coque qui le couvre par dessus, est composée de plusieurs articulations, jointes ensemble d'une maniere qu'elles peuvent se serrer & s'étendre lorsque l'Animal se meut promptement avec ses gros pieds. Cette coque est comme ondée d'une couleur plus claire sur la tête, qui ressemble à celle d'une Ecrevisse. Sur le reste du corps elle est vergettée de taches en façon de marbrure. Sa queuë formée de trois articulations, est par-tout sillonnée de longues rayes. Ses bras sont gros, rouges, munis de pinces dentelées intérieurement de dents blanches en maniere de scie; mais le bras gauche est beaucoup plus gros & plus pesant que le droit. Ses pieds au nombre de six, sont chacun composés de cinq jointures, en comptant les ongles pour une. Ses ongles sont hérissés de toutes parts de petits faisceaux de poils, tandis que les autres jointures sont sur leurs surfaces marbrées de taches faites en ondes, & sur les bords armés d'une dentelure de scie. Ses yeux sont gros, situés de chaque côté de son nez pointu. Du devant de la tête sortent quatre cornes, dont les deux plus longues sont faites par anneaux, & les deux autres plus courtes par de grandes articulations, dont la derniere jette un petit cornichon, & se termine enfin par un nœud.

N°. 2. *Le même, vû par dessous.*

Ses articulations sont d'un bleu-pâle, & moins couvertes de coque. Les autres parties de son corps sont d'un jaune-clair, & semblent cochées d'entaillures.

N°. 3. *Ecrevisse de Mer, de Norvege.*

Nous l'avons reçu conservée dans de la liqueur, avec d'autres raretés de la Ville d'Ansloje en Norvege. Sa coque du dessus du corps se partage en croix, dont la ligne longitudinale est relevée en bosse. Ses yeux sont extrêmement gros; sa bouche finit en pointe, & donne quatre cornes, menues, faites par jointures. De la partie antérieure de la tête, naissent encore deux autres cornes articulées de la même maniere, mais beaucoup plus longues. Sa queuë est formée de huit tables, dont chacune fournit de chaque côté une nageoire bordée d'une frange de poils; la derniere table de la queuë plus large que les autres, est aussi liserée dans son contour d'un semblable effilé. Ses mains sont grandes, d'une

in ambitu dentatum, admodum longum, gerunt. His proxima bina pedum paria itidem exiguis forcipibus gaudent. At ultimi quatuor pedes unguibus tenuiter dentatis muniti ſunt. Rara habetur hæc ſpecies, nec adeo frequenter reperitur. Dilute rubellus eſt color.

Num. 4. *Squilla, Crangon, Americana, major.*

Surinamo unà cum aliis miſſam accepi. Aſtaco fluviatili major eſt, teſtamque ſuperiorem eleganter pictam monſtrat. Oculi protuberant; multæque barbulæ ori adſident. Breviora plura, & bina longiora cornicula inde exporriguntur. Flagella duo, longa, forcipata, in Squillis noſtratibus haud occurrentia, gerit, quæ minutis punctis, tanquam verruculis, pulchre notata, longis, tenuibus, & acuminatis forcipibus inſtructa ſunt. His proximum par pedum aſperulis pariter forcipibus pollet. Reliqui pedes minutos in ungues deſinunt, & ſubtus in principio villoſi ſunt. Cauda ſenis tegitur teſtis articulatis, quarum ſingulæ pinnam gerunt brevibus pilis hiſpidam. Extremum caudæ pinnis itidem majoribus fimbriatur. Color eſt ubique rubicundus.

Num. 5. *Squilla, Crangon, Americana, altera.*

Hæc pariter Surinamenſis, loco brachiorum forcipatorum, bina gerit cornua incurva, longum prominula, ſpinoſa, craſſo principio è capite oriunda, in acumen deſinentia, ex aculeatis articulis, ſeſe mutuo arcte excipientibus, conſtantia. Sub his bina alia viſuntur minora, longioribus ex articulis conſtructa, in fine bifurcata. Supra oculos dein duo iterum incurva cornua, breviuſcula, emergunt, quorum è radicibus fila duo, longa, tenuia, propullulant. Teſta ſuperior minutis aculeis, recurvis, horret. Caudam teſtæ ſex articulatæ, villoſisque pinnis præditæ, tegunt: quæque extremo caudæ adhærent, pinnæ mediocriter latæ ſunt. Decem adſunt pedes, longi, ſimplicibus unguiculis inſtructi. Cauda, utpote carnem continens optimam, pro more omnium Aſtacorum & Squillarum, præ aliis omnibus pergratum præbet ferculum. Coctu ſuperficies eleganter rubrum acquirit colorem.

Num. 6. *Squilla Groenlandica; mas.*

Alio penitus modo, quam noſtrates, comparata hæc eſt. Decem gerit pedes longos, quinis ex articulis, longis, conſtructos, ſi ungues exceperis: eorum bini anteriores piloſis gaudent unguiculis; bini verò ſubſequentes minutis forcipibus inſtructi ſunt. Teſta ſuperior acutis horret ſpinulis. Anterius ſub oculis barba prominet, quam ſeni conſtituunt pili, quaſi ſetacei, longiſſime exporrecti. Oculi protuberant, ſubque his binæ cernuntur pinnæ villoſæ, natatui inſervientes. Cauda, in gibber curvata, octo conſtat articulis, verſus extremum caudæ pinnatum ſenſim adtenuatis. Ad utrumque caudæ latus quatuor hærent pinnæ, quarum ſingulæ in binos deſinunt incurvos unguiculos. Carnis parum ineſt. Sapor idem eſt ac noſtratium.

Num. 7.

d'une égale longueur, armées de très-longues pinces dentelées en dedans & en dehors. Ses pieds ſont au nombre de huit, dont les quatre premiers ſont munis de petites pinces, & les quatre ſuivans ſe terminent en ongles dentelés en dents de ſcie. Cette Eſpece ſe trouve rarement. Sa couleur eſt d'un rouge fort pâle.

N°. 4. *Squille d'Amerique, grande.*

Je l'ai reçue de Surinam; elle eſt plus groſſe qu'une Ecreviſſe de riviere, & a ſon écaille joliment madrée. Ses yeux ſortent hors de la tête. Son muſeau eſt bordé de quantité de petites barbes. Elle pouſſe du devant de la tête pluſieurs cornes, entre leſquelles il y en a deux beaucoup plus longues que toutes les autres. Elle eſt remarquable par deux grands bras fourchus, chagrinés de petits points, & armés de pinces longues, menues, pointues; ce qu'on ne voit point dans les Squilles de notre païs. Ses deux premieres pattes de devant ſont auſſi munies de petites pinces ſemblables de figure. Ses autres pieds ſont velus par deſſous, & ſe terminent en ongles courts. Sa queuë eſt compoſée de ſix tables articulées, dont chacune donne une nageoire velue tout autour de petits poils. La derniere table de la queuë ſe termine en nageoires effilées. Sa couleur eſt toute rouge.

N°. 5. *Autre Squille, d'Amerique.*

Elle vient auſſi de Surinam. Au lieu de mordans, elle a deux fort grandes cornes un peu courbées, groſſes dans leur origine, s'amenuiſant inſenſiblement, pointues au bout, formées de jointures ſerrées & hériſſées d'aiguillons. Deux autres cornes naiſſent ſous celles-ci, mais plus minces, beaucoup plus petites, compoſées de longues articulations, & fourchues au bout. Sur le ſommet de la tête au deſſus des yeux, on voit deux autres cornichons recourbés, qui pouſſent de leurs racines deux longs filets menus en guiſe de cornes. Sa coque eſt armée ſur le deſſus du corps de pointes crochues. Sa queuë eſt compoſée de ſix écailles articulées enſemble, qui ont de chaque côté des nageoires velues, dont celles du bout de la queuë ſont d'une médiocre largeur. Sa couleur quand elle eſt cuite devient d'un beau rouge, & la chair de ſa queuë eſt particulierement un manger délicieux, ainſi que dans d'autres Squilles ou Ecreviſſes.

N°. 6. *Squille de Groenlande, Mâle.*

Cette Squille eſt faite tout autrement que celles de notre païs. Elle a dix grands pieds formés de cinq articulations, ſans compter les ongles. Les deux premiers pieds de devant finiſſent par un faiſceau de poils, & les deux ſuivans ont de petites pinces. La croute qui couvre le deſſus du corps eſt hériſſée de courtes épines. Du devant de la tête, au deſſous des yeux, naiſſent ſix longues cornes, reſſemblant aſſez à de grandes ſoyes de ſanglier. Ses yeux ſont à fleur de tête, & ont par deſſous deux nageoires velues pour nager. Sa queuë courbée en boſſe a huit articulations, qui vont en s'amenuiſant inſenſiblement jusques à l'extrêmité, laquelle ſe termine en aileron. Sur ſa queuë il y a de chaque côté quatre nageoires, qui finiſſent chacune en deux ergots crochus. Elle a peu de chair, mais au reſte du même goût que celle de nos Squilles.

N°. 7. *Femelle*

Num. 7. *Fœmella prioris, prona.*

Quoad formam mari ſuo convenit: at corpore eſt minore. Ovula eodem in loco, quo noſtrates, gerit.

Num. 8. *Squilla marina, Batava; mas.*

E maximis hæc eſt ſpeciebus. Binis duntaxat gaudet cirris longum prominulis, binisque aliis brevioribus, qui, extuberantes inter oculos, tanquam è naſo, articulo triplici orti, bifidi deinceps protenduntur. Teſta ſuperior ſcuto longo, duriuſculo, cujus extremum acuminatum oculos diſpeſcit, tegitur. Antici duo pedes, pro Animalculi magnitudine, ſatis lati, loco forcipum, binos quilibet unguiculos, longiorem & breviorem, gerunt. Pedes bini ſubſequentes ſubtus villoſi ſunt. Reliqui pedes, ſub ventre ſiti, minutis ſinguli unguiculis gaudent. Cauda, ſenis conflata ex articulis, carnem edulem continens, aquæ ſalſæ incocta, recurvatur, quam qui deglubere ſatagit, utraque manu opus habet; ſiquidem ſiniſtra manu prehendi caput, dextrâ cauda debeat, tumque tantillum ad ſe mutuo premi: ita teſta caudæ facile ſecedit, & caro inde protrahitur. Ut minuta ſint hæc Animalcula, haud deſunt tamen Homines, quibus vel ea ferè ſola, copioſe ingeſta, aut inter alios cibos aſſumta, integrum obſonii demenſum conſtituunt. Sub cauda utrinque quini adhuc hærent unguiculi piloſi, ad natandum comparati. Teſtæ ſuperiores punctis conſperſæ ſunt. Ad caudæ finem, qui latiuſculus eſt, acuminata ſpina hæret.

Num. 9. *Squilla, mas, ex freto Daviſii.*

Noſtratibus pro parte accedit, niſi quod teſta ejus ſuperior glabra ſit & gibboſa, pluresque barbam pili conſtituant. Anticis etiam pedibus bini ſunt forcipes, uti in Aſtacis; & aculeatum corniculum ſupra naſum prominet.

Num. 10. *Fœmella prioris.*

Subtus numeroſiſſimis obſita eſt ovulis. Cætera cum Mare convenit.

Num. 11. *Squilla mantis, Amboinenſis.*

Hæc ſpecies, ex Amboina miſſa, plerumque ad ſquillas refertur, & hîc locorum quoque inter illas reperitur; licet multo minor ſit. Dorſum ejus minimè ſcutatum eſt; ſed teſta ſuperior è duodenis conſtat articulis, carnem continentibus. Barba, itidem geniculata, binos protendit pilos acuminatos, binosque alios quaſi pennarum æmulos, tandemque duos adhuc breviores. Cæterum & antici pedes gemini magnis inſtructi ſunt forcipibus ſpinoſis; dum pedes reliqui in ungues deſinunt, exceptis poſticis, utpote qui longis admodum uncis terminantur. Pinnatæ locum caudæ molliculi quidam aculei ſupplent.

Num. 12.

N°. 7. *Femelle de la Squille précédente, vuë par deſſus.*

Sa figure eſt la même, & ſon corps un peu plus petit. Elle porte ſes œufs dans le même lieu que les Squilles de nos côtes.

N°. 8. *Squille de Mer de Hollande, Mâle.*

Celle-ci eſt une des plus grandes. Elle a quatre cornes, deux grandes, & deux fort courtes. Ces dernieres naiſſent du devant de la tête, par une triple articulation, & ſe fendent enſuite en deux branches. Ses yeux ſont gros, ſitués à fleur de tête. Sa croute ſur le corps eſt revêtue d'une autre écaille dure, dont le bout pointu partage les deux yeux. Ses deux bras qui ſont aſſez larges, ont au lieu de pinces deux ergots, dont l'un eſt long & l'autre très-court. Les deux pattes ſuivantes ſont velues par deſſous. Ses autres pattes ſont munies de petits ongles. Sa queuë eſt compoſée de ſix articulations, & contient une chair bonne à manger. Quand on cuit cette Squille dans de l'eau ſalée, la queuë ſe recourbe ſi fermement que qui veut en tirer la chair, a beſoin de tenir l'Animal des deux mains, de prendre la tête de la main droite, & la queuë de la gauche, en preſſer un peu les coques l'une contre l'autre, & la chair en ſort ſans peine. Il y a des gens qui font leur proviſion de ces ſortes de petites Squilles pour leurs repas, & les mangent ou ſeules en grande quantité, ou avec d'autres mets. Notre Squille a ſous la queuë cinq gros ergots velus, qui lui ſervent à nager. Les écailles qui la couvrent ſur le deſſus du corps, ſont picotées de points. Sa queuë ſe termine en une épine pointue au milieu de l'aileron.

N°. 9. *Squille Mâle, du Détroit de Davis.*

Elle approche aſſez des Squilles de notre païs, mais elle a la croute liſſe, relevée en boſſe, pluſieurs cornes au devant de la tête, ſes deux pieds de devant fourchus comme les Ecreviſſes, & ſur le nez une petite corne pointue.

N°. 10. *Femelle de la Squille précédente.*

Elle porte ſous le corps un nombre prodigieux d'œufs, & du reſte reſſemble parfaitement à ſon Mâle.

N°. 11. *Squille Devinereſſe, d'Amboine.*

Cette Eſpece d'Animal ſe met au rang des Squilles, quoique plus petit qu'elles. Le deſſus de ſon corps cependant n'eſt point couvert de croute dure, mais formé d'une douzaine d'articulations qui contiennent intérieurement de la chair. Ses ſix cornes faites par jointures dans leur origine, finiſſent les unes en deux petites cornes, les autres en deux longues ſoyes piquantes, & la troiſieme paire en maniere de nageoires. Ses deux bras ſont munis de pinces garnies d'épines. Ses pieds finiſſent ſimplement en ongles, excepté ceux de derriere qui ſe terminent en fourche. Sa queuë eſt garnie d'éguillons flexibles en place de nageoires.

N°. 12. *Autre*

Num. 12. *Squilla mantis, Amboinensis, maxima.*

Nomen *Mantis* huic Squillæ datum est à Locustarum quadam specie, cui prope accedit. Aliis vocatur *Enchlorus*; Italis *Kambaretto*. Testa superior, è sedecim conflata articulis, scuto caret. Longiusculi duo tubuli, subcurvi, oculos in fine suo sustinent; & præter hos cornicula duo, in principio geniculata, exporriguntur. Pedes bini, antici, longi, forcipati sunt. Sequuntur utrinque tres alii, acutis unguiculis instructi. Numerantur dein viginti alii pedes postici, admodum curti, bifidi. Ultimum tandem pedum par, longius, bifurcatum est. Cauda, uti prioris, è quatuor spinulis acuminatis constat.

TABULA VICESIMA ET SECUNDA.

Num. 1. *Cancer spinosus, maximus, Orientalis,* Paguri *species.*

Ad Paguros, de quibus ante egimus, pertinere videtur; siquidem testa superior spinis prægrandibus, crassis, acutis, Uncorum quasi æmulis, in ambitu horreat, ejusque area aliis tuberculis crassis, brevibus, itidem acuminatis, tanquam monticulis, inæqualis sit. Rostrum, sive os, longùm prominens, ramosum, binis apicibus acuminatis terminatur. Oculi utrinque juxta acutos illos processus siti sunt: horumque a latere bini prodeunt pedes minuti, geniculati, geminatis unguiculis, quasi forcipibus, instructi, quorum ope esca ori ingeritur. Præterea bini adsunt majores, villosi, pedes, crassis præditi unguibus, eidem usui inservientes. Hos deinceps sequuntur flagella duo insignia, crassa, quorum dextrum, multo validius, in se met ipsum veluti coactum est. Forcipes horum pilosis undique fasciculis hispidi sunt. Sinistri tamen lateris forceps dextro multo est gracilior. Reliqui flagellorum articuli aculeis magnis, validis, acuminatis, armati sunt: itidemque pedes seni, longum protensi, quorum quilibet quinis gaudet articulis, nigroque ungue. Nec solum spinosa est testa superior, sed & marmoris in modum variegata; ejusque pars postica firmiter compacta, & rotundata est. Color ex ruffo flavescens pigmento Arantio variegatur.

Num. 2. *Cancer spinosus, seu Hippocarcinus, hispidus,* Aldrovandi.

Miratu dignissimus iste Cancer, Rumphio *Cancer saxatilis spinosissimus* dictus, non tantum in tegmine superiore, quod mire gibbosum, & quasi in montes & valles distinctum est, sed in aliis quoque partibus pilosa quasi tela, & pungentes aculeos, manipulatim compositos, ostentat. Caput, veluti turritum, acuminatum, spinosis processibus undique asperum est. Brachia itidem crassa, longa, ramos, in omni ambitu, ramorumque propagines emittunt. Quin vel ipsi forcipes similibus undique horrent. Octo postici pedes, pari modo constituti, aculeis crassis, pungentibus, simplicibus, ubique pleni sunt. Sic & cauda sese habet plurimis brevibusque articulis geniculata. Pedes posteriores in minutum & brevem terminantur unguiculum. Color dilute cinereo griseus per omnia regnat.

Num. 3.

N°. 12. *Autre Squille Devineresse, d'Amboine, très-grande.*

Les Auteurs Latins lui ont donné le nom de *Mantis*, de la ressemblance qu'elle a avec une Espece de Sauterelle. Les Italiens la nomment *Kambaretto*. Sa croute sur le dessus du corps est composée de seize jointures. De la partie antérieure de la tête s'avancent deux tuyaux courbés, au bout desquels les yeux sont situés. Il sort aussi du front deux cornes articulées dans leur origine, & finissant en pointe. Ses deux mains sont grandes & armées de pinces. Ses trois premiers pieds de chaque côté, sont munis de petits ongles aigus. On lui compte encore vingt autres pieds très-courts & un peu fourchus; suivent enfin deux autres pieds beaucoup plus longs & plus fourchus. Sa queuë se termine par quatres pointes crochues.

PLANCHE VINGT-DEUXIEME.

N°. 1. *Cancre Oriental tout hérissé d'épines, très-grand; Espece de* Squinado.


Il semble en effet qu'il appartient aux Cancres surnommés Squinado, dont nous avons parlé ci-dessus; car il est de toutes parts hérissé de très-grandes & très-grosses épines pointues, comme aussi de tubercules gros, courts, piquans, qui rendent sa surface extraordinairement inégale & raboteuse. Son bec branchu s'avance fort avant, & se termine en deux pointes aiguës, vers lesquelles ses yeux sont situés. De chaque côté paroissent encore deux petites pattes extrêmement menues, composées d'articulations, & garnies au bout de deux ergots en forme de pinces, avec lesquels il porte sa nourriture à la bouche. A côté de ces petites pattes sont deux autres pieds plus grands, velus, & munis de gros ongles servant au même usage. Enfin à la droite & à la gauche de ces deux pieds velus, s'avancent ses deux prodigieux bras, garnis par-tout de grands piquans. Le droit est beaucoup plus fort, plus large, & plus ramassé que le gauche. Leurs pinces sont hérissées de faisceaux de poils, mais la pince du bras droit est plus grosse que celle du bras gauche. Ses gros pieds au nombre de six, sont d'une extrême longueur, formés de cinq jointures, que termine un ongle noir. La coque qui le couvre sur le dessus du corps, est non seulement sursemée de tubercules aigus, mais encore décorée d'une jolie marbrure. Cette coque devient aussi plus serrée & plus arrondie sur le derriere du corps. Sa couleur est en partie orangée, en partie d'un roux jaunâtre.

N°. 2. *Autre Cancre hérissé d'éguillons.*


Ce Cancre est vraiment digne d'admiration, c'est le *Cancre Saxatile chargé d'éguillons* de Rumphius; en quoi il est bien nommé, car il n'est pas seulement hérissé de piquans par bouquets sur toute la coque du dessus du corps, mais il est garni sur tout le reste du corps, ou d'épines, ou de faisceaux de poils aigus. Sa coque est ici convexe, relevée en bosse, & là affaissée & allant en pente. Sa tête pointue est défendue de tous côtés par des épines avancées. Ses bras fourchus sont gros, longs, jettant de toutes parts des branches épineuses, aussi bien que ses pinces. Ses huit pieds sont faits de la même maniere, & se montrent par-tout armés de forts éguillons pointus. Il en est de même de la queuë, qui est formée de plusieurs courtes articulations. Ses pieds de derriere sont munis d'un ongle mince & court. Sa couleur est par-tout d'un gris-cendré clair.

N°. 3. Le

TAB. XXII.



P. Tanjé fecit. 1734


TAB. XXIII.
N°. 1.
N°. 2.
N°. 3.
N°. 4.
N°. 5.
N°. 6.
N°. 7.
N°. 8.
N°. 9.

Num. 3. *Idem ſupinus.*

Hæc ejus ſuperficies haud minus ſpinoſa eſt. Jure profecto adpellari poſſet *Noli me tangere*: vivum enim qui contrectare auſit, haud ſane illæſus receſſerit. Neque & alia Animantia ei tantopere undique armato injuriam facile inferre poſſe videntur. Ecce miracula Summi Conditoris, univerſam per naturam rerum diſſeminata! ut Homini infinita Ejus potentia, quam creata quævis loquuntur, manifeſta fiat, & calcar addatur ad ſanctiſſimum Ejus nomen cultu devotiſſimo omnique præconiorum genere extollendum.

Num. 4. *Cancer Brachychelos, crumenatus, ruber, Americanus.*

Minio veluti infectus dilute flavis maculis variæ formæ, marmoris inſtar, variegatur. Utroque è latere obtuſus quidam extat proceſſus, ejusmodi hemicyclo ſimilis, quo crumenas ſuas firmant mulierculæ. Pars antica lata eſt & rotunda; poſtica vero anguſtius convergit. Oculi protuberantes, in teſta ſuperiore collocati, multum ab invicem diſtant. Specimen hoc, utpote brachiis, pedibus & cauda carens, pronum duntaxat demonſtramus.

Num. 5. Aliam hic exhibemus teſtam, brachiis & pedibus mutilam, Cancri ad Paguros ſpinoſos pertinentis, illi, quem ſub Num. 1 hujus Tabulæ depictum dedimus, proxime accedentis. Spinis ea undique & tuberculis eleganter inæqualis, ex pallide cinereo-flavo perfundata, diluto rubore quam pulcherrime illuminatur.

Num. 6. *Teſta Cancri Coronati, Orientalis.*

Clauſum hæc diadema refert; quum ornatu certe inſolito ſuperba, varias elaborata in figuras, profundis ſulcis, nubeculas quaſi efformantibus, diſtincta, parte poſtica minutis tuberculis globoſis, tanquam gemmulis, & adparatu dentato, lineam unionum æmulante, in ambitu fimbrietur. Oculi minime, uti in aliis Cancris, articulo ſuſtinentur, ſed ampli, ex orbitis ſuis protuberantes, ſaturate Arantii ſunt coloris.

TABULA VICESIMA ET TERTIA.

Poſtquam Cancrorum atque Aſtacorum hiſtoriæ in Tabula præcedente finem impoſuimus, proximum eſt, ut tranſeamus ad exhibenda quædam è Muſeo noſtro ſpecimina Piſcium fluviatilium & marinorum, exoticorum, præcipue vero illorum, quos apud alios Authores vel non, vel alia in formâ & ſpecie, repræſentatos invenire licet. Nec enim omnibus eadem ſemper occurrunt, ſed alii alia acquirendi occaſione gaudent, quæ, licet idem ad genus pertineant, ſpecie tamen multum inter ſe diſcrepant: unde uno ab Homine omnibus abſoluta numeris Hiſtoria exſpectari vix poteſt; ſiquidem nova quotidie & incognita ipſi offerantur ex inexhauſto copiæ cornu Omnipotentis Conditoris, cujus adeo numeroſa ſunt Opera, ut eorum reperiri finis nunquam valeat.

Num. 1.

N°. 3. *Le même, vu par deſſous.*

Il n'étale pas une moindre quantité d'épines dans cette poſture: on pourroit l'apeller avec raiſon l'Animal *Noli me tangere*, car qui oſeroit le prendre vivant ne le feroit point ſans piquure, & il ne ſemble pas que d'autres Animaux puiſſent aiſément l'attaquer. Tels ſont les Ouvrages merveilleux du Créateur, qui découvrent aux Hommes ſa puiſſance infinie pour les exciter à le ſervir, & à louer de plus en plus ſon ſaint Nom!

N°. 4. *Cancre rouge, d'Amerique, aux bras courts.*

Il eſt par-tout pénétré d'un rouge orangé fort vif, avec une marbrure de taches jaunâtres diverſement figurées. De chaque côté eſt une apophyſe approchant de figure à ces Carcans dont les Hollandoiſes ſe ſervent pour tenir leurs bourſes fermées. Sa partie antérieure eſt ronde, large, mais la poſtérieure eſt étroite. Ses gros yeux ſont placés dans la coque de deſſus, à un grand éloignement l'un de l'autre. Comme ce Cancre n'a ni pieds ni queuë, il ſuffit de le faire voir par deſſus.

N°. 5. Nous repréſentons ici une Coque d'un autre Cancre dénué pareillement de bras & de pieds, & qu'on doit ranger parmi les Squinados armés d'épines, reſſemblant de figure à celui que nous avons dépeint au N°. 1 de cette Planche. Sa coque hériſſée de toutes parts de pointes & de tubercules, eſt cendrée-jaune, mélangée de nuances d'un rouge-pâle.

N°. 6. *Coque d'un Cancre Couronné, des Indes Orientales.*

Elle reſſemble à une Couronne fermée. Effectivement elle eſt ſuperbe par ſes ornemens ſinguliers, qui forment diverſes figures ouvragées, & découpées par pluſieurs ſillons en forme de nuages. Elle eſt relevée ſur la partie poſtérieure de quantité de tubercules ronds, qu'on prendroit pour un aſſemblage de pierres précieuſes, que borde tout autour une jolie denture qui imite un cordon de petites perles. Ses gros yeux de couleur orangée-ſombre ne ſont point défendus, comme dans les autres Cancres, mais ſortent ici de leurs orbites.

PLANCHE VINGT-TROISIEME.

Après avoir donné dans la Planche précédente l'Hiſtoire Naturelle des Cancres & des Ecreviſſes, nous allons parler de quelques Poiſſons Exotiques de Mer & de Riviere que nous conſervons dans nôtre Cabinet, mais principalement de ceux dont on ne trouve ailleurs aucune mention, ou qui ſont repréſentés par d'autres Auteurs ſous une forme differente, ou dont il y a diverſes autres Eſpeces; car il n'eſt pas poſſible d'acquérir toutes les Eſpeces d'Animaux qui apartiennent à un même Genre, ce qui fait qu'on ne peut attendre d'un ſeul homme une Collection complete à tous égards: chaque jour il ſe préſente à ſes recherches des choſes nouvelles du ſein inépuiſable de la Nature, dont les productions ſont en ſi grand nombre qu'on n'y rencontre point de fin.

Num. 1. *Histrix Piscis, seu Orbis echinatus, vel muricatus, major, Americanus.*

Belgis vocatur *Snottolf* & *Diabolus marinus*, siquidem ob aculeos, quibus, tanquam armis, undique horret, aliis omnibus Piscibus formidabilis est. Laterales aculei longissimi sunt, admodum acuminati, & ossea duritie præditi: dorsales vero, breviores, spadiceis maculis, more Tigrino, variegantur. Venter, haud maculatus, ubique albicat. Aculei radicibus trigonis in cute firmati hærent vix vi elidendi. Caput minutum & planum est. Externum oris ambitum bini constituunt dentes magni, teretes, Lunæ dimidiatæ in modum sese mutuo excipientes: intus vero innumeri præterea eminent denticuli, acicularum instar acuminati. Oculi permagni, extuberantes, cute obducti sunt. Cauda, pro rata minus longa, in angustum convergens, undique maculata, latam gerit pinnam. Carnis parum ipsi inest; maximam vero molem corporis constituunt ossa & cutis, quam vivens Piscis aëre hausto quam validissime distendere valet. Ex Insula S. Eustachii hicce ad me pervenit una cum aliis hoc ad genus pertinentibus, quorum mox dabimus icones. *Clusius*, *Exotic. l. VI*, *c.* 21, & *Rajus*, in *Synops. P. p.* 42 istud quoque genus describunt.

Num. 2. *Idem supinus.*

Num. 3. *Orbis muricatus & reticulatus, sive Ostracion subrotundus, aculeis undique brevibus, triquetris, armatus.*

Rarior est hic Piscis, nec adeo frequenter occurrit: interim describitur tamen à *Listero* in *Ichthyotr. Willougb. p.* 155, & a *Rajo p.* 42, *n.* 5.

Num. 4. *Ostracion bidens, sphæricus, aculeis undique densis, triquetris, armatus; seu minor orbicularis,* Listeri *in* Ichth. Will. p. 155; Raji p. 42, n. 4.

Pisciculus hic, pilâ lusoriâ haud major, sphæricus, cauda carens, tenuibus undique spinis horridus. Minuto gaudet capite & ore, eadem ratione, ac in prioribus, comparato. Ad utrumque capitis latus pinna hæret exigua. Cæterum vix ossei quidquam in eo comparet; totus enim venter cavus est, distentus, & translucidus, inflatæ instar vesiculæ. Aculei radicibus triquetris in cute defixi sunt.

Num. 5. *Ostracion Catheto-plateo-oblongus; ventre tantum aculeato & subrotundo.*

Cauda oblongum reddit hunc Piscem, qui alias globi instar rotundus foret. Venter, vesicæ instar inflatus, spinulis extus undique obsitus est minutis, exacto ordine digestis, brevibus, admodum acuminatis. Caput perpusillum quatuor in ore monstrat dentes valde productos. Oculi prægrandes sunt & lucidi. Dor-

N°. 1. *Porc-épi de Mer, ou Poisson rond, grand, d'Amerique, armé de pointes faites en chausse-trapes.*

Les Hollandois l'apellent *Snottolff*, autrement *Diable de Mer*, à cause des pointes dont il est hérissé par tout le corps, & qui le rendent formidable à tous les autres Poissons. Les pointes des côtés sont les plus longues, très aiguës, & aussi dures que des os. Celles qui garnissent le dos sont plus courtes, & madrées de taches chatain. Son ventre est tout blanc sans madrure. Ses pointes sont si fermement fichées dans la peau par de triples racines, qu'on peut à peine les en arracher. Sa tête est petite, plate. Le contour extérieur de sa gueule est formé par deux grandes dents, rondes, qui entrent l'une dans l'autre en faisant un demi-croissant. L'intérieur de la gueule est garni d'une infinité de petites dents pointues comme des éguilles. Sa queuë à proportion du corps est petite, toute tachetée, va en s'étrécissant, & finit par une large nageoire. Ce Poisson contient peu de chair; la masse de son corps ne vient que de la grosseur de ses os, & de sa peau, laquelle il enfle d'air extraordinairement pendant qu'il vit. On me l'a aporté de l'Isle St. Eustache, avec d'autres du même Genre dont nous donnerons aussi tout-à-l'heure les Figures. Clusius au reste a décrit ce Genre de poissons dans son Ouvrage des *Choses Exotiques* Liv. VI, Ch. 21, & Ray dans son *Abregé des Poissons*, pag. 42.

N°. 2. *Le même, vu par dessous.*

N°. 3. *Autre Porc-épi de Mer, hérissé de courtes pointes à trois racines.*

Ce rare Poisson se trouve décrit par Lister dans Willoughby. Voyez *Willughbeji Ichtyographia*, *Oxonii* 1686. in folio, pag. 155, & Ray *Synopsis Avium & Piscium*, *Londini* 1713. 8°. pag. 42, N°. 5.

N°. 4. *Troisieme Porc-épi de Mer, petit, rond de corps, tout armé de pointes à trois racines.* *De* Lister *dans* l'Ichtyogr. *de* Willoughby, *pag.* 155, & Ray *pag.* 42.

Ce petit Poisson est de la grosseur d'une Bâle de jeu de Paume, rond, sans queuë, hérissé de pointes déliées. Il a la tête & la bouche petites, faites d'ailleurs comme celles de ceux qui précedent, avec cette difference qu'il porte une nageoire de chaque côté de la tête. Du reste, il semble n'avoir point d'os, car tout son ventre est creux, tendu, & transparent comme une vessie pleine d'air. Ses pointes sont plantées dans la peau par de triples racines.

N°. 5. *Porc-épi de Mer, plat-oblong, à longue queuë, & armé de piquans sous le ventre.*

Il seroit tout-à-fait rond sans sa queuë, qui lui donne une figure oblongue. Son ventre paroit enflé comme une vessie pleine d'air, & est tout hérissé de petites pointes, courtes, aiguës, disposées avec ordre. Sa tête est petite, & sa bouche garnie de quatre dents fort longues. Ses yeux sont gros & brillans. Son dos est lisse,

Dorsum læve est, & ad latera lineis transversalibus, latis, spadiceis, liratum. Cervici binæ adsident pinnæ. Supra caudam itidem & subtus circa anum pinna hæret. Cauda ipsa satis late pinnata est. *Piscem Vesicarium* vulgo adpellare solent. Ex Indiis Orientalibus & Occidentalibus ad nos defertur.

Num. 6. *Orbis Lagocephalus.*

Priori perquam similis hic est, sed minor, & supra dorsum spadiceis tæniis latiusculis, ad latera vero paulum dilutioribus maculis distinctus. Cæterum superna facies lævis est & plumbei coloris. *Grew R. S. Mus.* & *Raj. pag.* 43, *num.* 3, eundem quoque describunt.

Num. 7. *Orbis, Piscis Solaris dictus.*

Est hic *Lumpus Anglorum* juxta *Gesner. Paral. pag.* 1284, Ed. Francf. *Aldrovand. Lib. III, cap.* 68, *pag.* 179; *Willoughby pag.* 208; *Raj. pag.* 77. *Lepus marinus nostras, Orbis species,* vocatur *Schoneveldio, pag.* 41. *Snottolf* & *Zonne-visch* Belgis; Anglis *the Lump-fish.*

Corpus ejus breve, crassum, quodammodo subrotundum & heptagonum est. Dorsum acutum, gibbosum. Venter latus, planus & sessilis. Rictu gaudet mediocri. Aperturæ branchiarum exiguæ sunt. In utraque maxilla & ad fauces permulti denticulorum ordines extant. Color in recens capto est ex rubescente & nigricante mixtus. Squamis caret; sed cutis tenax asperis undique & nigrescentibus obsita est tuberculis, quorum majora per septem series supra dorsum, juxta longitudinem, extenduntur ita, ut in utroque latere ternæ emineant series, quarta vero impar in ipso dorsi medio: unde Piscis quodammodo heptagonus efficitur. Ordo dorsalis tubercula continet XII majora; lateralium supremus circiter XXX; medius XX; infimus verò IX. Interim horumce tuberculorum numerus haud in omnibus idem est. Ante pinnam dorsalem appendix quædam cutacea prominet. In extremo dorsi, versus caudam, pinna hæret unica, X ossiculis constans: pinnæ vero pectorales, latæ, ossiculis constant XX. Pinna ventralis, singularis, fimbriæ subrotundæ instar, horizontaliter pectori adfixa, in medio exiguas quasdam porrigit appendices, XV circiter numero, radiati quidpiam æmulantes: unde hunc Piscem signo Solis decoratum vulgo perhibent. E regione pinnæ dorsalis alia ani pinna eminet, ossiculis IX ad X prædita. Cauda quadrata XII constat ossiculis.

Reperitur hæc Piscium species in Oceano Britannico, Germanico, & Mari Balthico. A Piscatoribus sæpe ejusmodi Orbes inter Asellos reti capiuntur; qua occasione iis quandoque etiamnum viventibus potitus sum. Quin & in Mari nostro Meridionali dicto dantur a V ad VI libras pendentes. Ossicula eorum omnia cartilaginea sunt, & caro adeo mollis, ut gelatinam quasi referat: unde vel bidui spatio mortui penitus concidunt, & in tabum glutinosum, valde fœtidum, computrescunt: spiritu autem fermentato conditi sensim durescunt, sicque conservari possunt.

Num. 8. *Idem supinus.*

Num. 9.

lisse, barré sur les côtés de larges rayes transversales, chatain. De chaque côté de la tête pend une nageoire. Il en a encore une autre sur la queuë, & une sous le corps près de l'anus. Sa large queuë se termine aussi en forme de nageoire. Ce Poisson nous est apporté des Indes Orientales & Occidentales.

N°. 6. *Poisson rond à tête de Lievre; De* Grew.

Il ressemble entierement au précédent, & est seulement plus petit; du reste rayé sur le dos de bandelettes chatain, & marqueté sur les côtés de taches plus claires pour la couleur. Le dessus de son corps est lisse, de couleur plombée. Neh. Grew le décrit dans son *Musæum Reg. Societ.* imprimé à Londres en 1681 in folio, pag. 108; & Ray dans son Ouvrage indiqué ci-dessus pag. 43. Num. 3.

N°. 7. *Poisson rond, nommé Solaire.*

C'est ici le Poisson que les Anglois nomment *the Lump-fish*, en Latin *Lumpus Anglorum* suivant Gesner, Aldrovand. Liv. III, Ch. 68, pag. 179. Willoughby pag. 208. Ray pag. 77. Schonveld l'apelle *Lepus marinus nostras, Orbis species*, pag. 41. Les Hollandois *Snottolf*, & *Sonvisch.*

Son corps est ramassé, gros, un peu arrondi, & comme heptagone. Son dos est bossu, & pointu. Son ventre est large, plat, & fendu. Sa gueule est d'une grandeur médiocre. L'ouverture de ses Ouïes est petite. Ses deux mâchoires & son gosier sont garnis de plusieurs rangées de petites dents. Sa couleur, quand on vient de le prendre, est mêlangée de rouge & de noir. Il n'a point d'écailles, mais sa peau tenace est hérissée de toutes parts de tubercules rudes, noirâtres, dont les plus gros sont distribués le long du dos en sept rangées, de telle façon qu'il y en a trois de chaque côté, & une au milieu du dos; ce qui donne à ce Poisson une espece de figure heptagone. La rangée de tubercules qui tapissent le dos, en contient douze grands. La rangée supérieure des côtés en a trente ou environ; celle du milieu vingt; l'inférieure neuf; mais il faut remarquer que ce nombre n'est pas toujours uniforme. Au devant de la nageoire du dos s'avance une appendice cutanée. A l'extrêmité du dos près de la queuë est une nageoire formée de dix osselets cartilagineux; les nageoires de la poitrine sont larges, & composées de vingt petits os. La nageoire du ventre qu'on voit attachée horisontalement sous la poitrine, est vraiment singuliere; car elle jette de son centre autour d'une quinzaine de barbes, qui ont quelque ressemblance avec des rayons; d'où vient qu'on dit communément que ce Poisson porte la figure d'un Soleil. A l'opposite de la nageoire du dos, s'avance la nageoire de l'anus, formée de neuf à dix arrêtes. Sa queuë quarrée en a douze.

Cette Espece de Poisson se trouve dans la Mer Baltique, la Mer d'Allemagne, & la Mer d'Angleterre. Les Pêcheurs les prennent dans leurs filets avec les Merlus, & de cette maniere j'en ai eu quelquefois de vivans. On en trouve même dans le Zuider-Zée qui pesent cinq à six livres. Leurs os sont entierement cartilagineux. Leur chair est si molle, qu'elle ressemble presque à de la gelée; aussi au bout de deux jours elle se change par la nourriture en une sanie extrêmement puante; mais en mettant ces Poissons dans de l'Esprit, ils se durcissent insensiblement, & se conservent fort bien.

N°. 8. *Le même, vu par dessous.*

N°. 9. Au

Num. 9. *Ejusdem ſpeciei alius, minimus.*

TABULA VICESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Oſtracion tetraodon, ſubrotundus; dorſo lineis nigris vario; aculeis breviſſimis undique.*

Capite gaudet obtuſo, craſſo corpore, quod in ambitu ſubrotundum eſt. Os anguſtum labiis pollet craſſis, duosque dentes maximos, ſibi contiguos, utraque in maxilla monſtrat. Nares amplùm patulæ ſunt; oculi elliptici; aperturæ Branchiarum exiguæ. Cutis tenax aculeis creberrimis, caudam verſus preſſulis, undique contegitur, capite excepto, quippe quod aculeis caret. Venter & tota pars inferior albeſcit; dum dorſum obſcure fuſcum lineis quinque nigris, latis, transverſis, variegatur. Pinna dorſalis XI conſtat oſſiculis; pectorales duæ ſingulæ oſſiculis XVII; ani denique pinna oſſiculis X. Cauda in extremo æqualis eſt, vel parumper convexa.

Num. 2. *Oſtracion tetraodon, ſubrotundus, albeſcens, aculeis exiguis, depreſſis, in dorſo & ventre.*

In omnibus propemodum cum præcedente convenit: ſed magis undique albicat, inque dorſo ex fuſco rubeſcit, lineis nigris, transverſalibus, carens. Quin & aculei minus crebri ſunt, exigui, & quaſi cuti adnati, hinc adeo parum ſtabiles, ut haud multum pungant. Cauda cum capite aculeis expers eſt. Pinnæ omnes albæ ſunt: pectorales ſingulæ oſſiculis XVI ad XVII; dorſalis XIII; ani pinna XI conſtat.

Num. 3. *Oſtracion triangulatus, figuris hexagonis, parum tuberculoſis & quaſi radiatis: aculeis duobus in imo ventre.*

Vocatur *Liſtero* in *Append. ad Ichthyol. Willougb. pag.* 20, & *Rajo pag.* 45, *num.* 8, *Piſcis triangularis, parvus, non niſi imo ventre cornutus.* Nobis merito inter Oſtraciones videtur referendus.

Num. 4. *Oſtracion quadrangulus, tuberculis & maculis variis, nigricantibus; lineaque longitudinali in dorſo ornatus.*

Et hunc Liſterus in *Append. ad Ichthyol. Willougb. pag.* 20, & *Rajus pag.* 45, *Piſcem* vocat *mediocrem, quadrangularem, maculoſum.* Pinna dorſi oſſiculis gaudet IX; ani pinna VIII tantum.

Num. 5.

N°. 9. *Autre Poiſſon de la même Espece, plus petit.*

PLANCHE VINGT-QUATRIEME.

N°. 1. *Oſtracion, ou Poiſſon dur, rond de corps, barré de rayes noires ſur le dos, & armé de piquans très-courts.*

Il a la tête obtuſe, le corps rond & ramaſſé. Ses babines ſont épaiſſes. Sa gueule étroite, eſt garnie dans chaque mâchoire de deux grandes dents, contiguës l'une à l'autre. Ses narines ſont fort ouvertes, ſes yeux elliptiques, l'ouverture de ſes ouïes petite. Sa peau tenace eſt par-tout couverte de pointes couchées du côté de la queuë; ſa tête ſeule eſt dénuée de piquans. Tout le deſſous de ſon corps eſt blanc, mais ſon dos eſt d'un brun obſcur, traverſé de cinq rayes noires & larges. Sa nageoire du dos eſt formée d'onze arrêtes, les deux du ventre chacune de dix-ſept, celle de l'anus de dix. Sa queuë eſt un peu convexe au bout.

N°. 2. *Autre Poiſſon de la même Espece, rond, blanc, à courtes pointes couchées.*

Il reſſemble preſque en tout au précédent, avec ces differences qu'il eſt tout blanc ſur le ventre, & ſur le dos d'un brun rougeâtre, ſans rayes transverſales. Ses pointes ſont en moindre quantité, petites, & comme accrues à la peau, de ſorte qu'elles ſont moins fermes, & piquent peu. Sa tête & ſa queuë n'en ont point. Toutes ſes nageoires ſont blanches. Celles de la poitrine ſont compoſées de ſeize à dix-ſept arrêtes, celles du dos & de l'anus d'onze.


N°. 3. *Autre Oſtracion, petit, garni de deux pointes ſous le bas-ventre.*

Liſter dans ſon Appendice au Livre des Poiſſons de Willoughby, & Ray pag. 45, n. 8, l'apellent *Piſcis triangularis, parvus, non niſi imo ventre cornutus.* Nous le rangeons avec raiſon parmi les Oſtracions.

N°. 4. *Oſtracion de forme quadrangulaire, couvert de tubercules, marqueté de diverſes taches noirâtres, & barré ſur le dos d'une raye longitudinale.*

Liſter dans le Livre de Willoughby, & Ray pag. 45, le déſignent à peu près par les mêmes Epithetes que nous. Sa nageoire du dos eſt faite de neuf arrêtes, & celle de la queuë de huit.

N°. 5. Autre


N°. 1.
N°. 2.
N°. 3.
N°. 4.
N°. 5.
N°. 6.
N°. 7.
N°. 8.
N°. 9.
N°. 10.
N°. 11.
N°. 12.
N°. 13.
N°. 15.
N°. 16.
N°. 17.
N°. 18.
N°. 19.

Num. 5. *Ostracion quadrangulus; nigrescens; tuberculis minimis & maculis albis varius.*

Dorso est lato, non gibboso; ventre paulo, quam dorsum, latiore. Supercilia minime elata sunt. Os exiguum dentes monstrat X in maxilla inferiore, VII circiter in superiore, qui crocei sunt coloris. Squamæ hexagonæ per totum corpus tuberculis minimis asperæ; albisque maculis plurimis variæ cernuntur: creberrimæ tamen & minimæ sunt maculæ dorsales. Pinnas pectorales singulas ossicula X; dorsalem, & ani pinnam itidem X constituunt ossicula. Longitudo circiter IV est unciarum, latitudo maxima unius unciæ & V circiter linearum. Per latera striæ rhomboidales & triangulæ regnant.

Num. 6. *Ostracion triangulus; tuberculis exiguis, innumeris, asper; aculeis carens.*

Listero in *Append.* ad *Ichthyol. Will. p.* 20, & *Rajo p.* 45, *num.* 9. *Piscis triangularis, ex toto cornibus carens*, audit.

Num. 7. *Ostracion triangulatus; totus maculosus & tuberculosus, aculeis duobus in imo ventre.*

Piscis mediocris, triangularis, ad imum ventrem, prope caudam, tantum cornutus, ex toto maculis æqualibus, subruffis, densè insignitus, Listeri in *Append. ad Willugb. p.* 20, & *Raji p.* 44, *n.* 7.

Num. 8. *Ostracion quadrangulus, aculeis duobus in capite & totidem in imo ventre.*

Henrico Ruyschio Tab. IX, fig. VIII, p. 17, Pisciculus hic idiomate Belgico *'t Zeekatje* cluit.

Num. 9. *Ostracion anterius quadrangulus, sed dorso acuto, gibboso; aculeis duobus in capite, & totidem in ventre.*

Piscis est exiguus, anterius ad caput quadrangulus, ad partem vero posteriorem, pone oculos, triangulari figuræ magis accedit; siquidem dorsum in carinam altam, gibbosam, acutam, extumescat, & sic cum lateribus unicum quasi latus duntaxat constituat. Venter latus est: os exiguum, multisque præditum denticulis. Oculi rotundi Iride argentei coloris pollent. Figuræ trigonæ & rhomboidales in dorso, capite, & lateribus regnant. Color obscure canus est, quasi lutescens, nullis maculis varius. Pectorales pinnæ XII singulæ ossicula gerunt; in dorsi & ani pinna X duntaxat numerantur. Aculei quatuor, magni, duo in capite, & totidem in imo ventre, retrorsum protenduntur.

Num. 10.

N°. 5. *Autre Ostracion de forme quadrangulaire, noirâtre, garni de petits tubercules, & parsemé de taches blanches.*

Son dos est plat, large, mais moins que le ventre. Ses sourcils sont peu élevés. Son petit museau est garni de dix dents dans la mâchoire inférieure, de sept ou environ dans la supérieure, toutes d'un jaune de safran. Ses écailles hexagones sont tapissées sur tout le corps de petits tubercules, & madrées de plusieurs taches blanches; celles du dos sont plus petites & en plus grand nombre. Ses nageoires du ventre, du dos, & de la queuë sont formées chacune de dix arrêtes. Sa longueur est de quatre pouces, sa plus grande largeur d'un pouce & de cinq lignes. Ses côtés sont sillonnés de cannelures rhomboïdes & triangulaires.

N°. 6. *Ostracion triangulaire, sans piquans, mais chargé de tubercules.*

Lister dans son Appendice à l'Ouvrage des Poissons de Willoughby, & Ray pag. 45, n. 9. en donnent la description caractéristique.

N°. 7. *Autre Poisson de même nom, tout couvert de tubercules & de taches, armé de deux pointes sous le ventre.*

C'est, dit Lister dans son Appendice au Livre de Willoughby, & Ray pag. 44, n. 7. un Poisson de médiocre grosseur, triangulaire, armé seulement de pointes sous le ventre, près de la queuë, par-tout sursemé de taches roussâtres; de grandeur assez égale, & en grand nombre.

N°. 8. *Autre Ostracion, de forme quadrangulaire, hérissé sur la tête de deux pointes, & d'un pareil nombre sur le ventre.*

Henri Ruysch l'a dépeint Planche IX, Fig. VIII, pag. 17 de sa *Description des Poissons d'Amboine*, laquelle est au devant du Livre d'Histoire Naturelle de Johnston. Les Hollandois nomment ce petit Poisson *'t Zeekatje*.

N°. 9. *Ostracion, de forme quadrangulaire par devant, dont le dos est pointu, relevé en bosse, la tête aussi bien que le ventre hérissée de deux pointes.*

C'est un petit Poisson, d'une figure quadrangulaire en devant de la tête, qui dans la partie postérieure derriere les yeux approche davantage de la forme triangulaire, car son dos s'éleve en maniere de quille de Vaisseau, & ne fait qu'un seul corps avec les côtés. Son ventre est large. Sa bouche est petite, garnie de plusieurs petites dents; ses yeux ronds ont l'Iris argentine. Son dos, sa tête, & ses côtés sont décorés de figures triangulaires & rhomboïdes. Sa couleur est d'un blanc sale, tirant sur la couleur de la boue, unie, sans taches. Ses nageoires sous le corps ont chacune douze arrêtes, tandis que celles du dos & de la queuë n'en ont que dix. Son ventre & sa tête sont hérissés chacun de deux grandes épines, qui sont couchées en arriere.

Num. 10. *Ostracion oblongo-ovatus, aculeis undique longis, teretibus & retroversis.*

Caput ejus exiguum est, subacutum: corporis vero ambitus rotundus. Os non magnum dente unico, magno, in limbo utriusque maxillæ gaudet. Oculi satis ampli cute communi capitis obducuntur. Venter albescit; dorsum nigrescit. Aculei longi, teretes, acuti, caudam versus reclinati, totum corpus obsident. Pinnæ pectorales, in mediis lateribus sitæ, ossiculis constant 22, pinna dorsi, versus caudam collocata, ossicula monstrat 14; ani pinna, priori è regione opposita, ossiculis constat 12; cauda exigua ossiculis 9 ad 10. Longitudo corporis est trium unciarum.

Num. 11. *Ostracion unciali minor, subrotundo-quadrangulus, maculis nigris varius.*

Corpus 6 ad 7 lineas longum est, 3 ad 4 lineas latum. Os minutum plurimis denticulis armatum est. Oculorum Iris albedine argentea splendet. Trigonæ atque rhomboidales figuræ leviter in corpore adumbratæ sunt, ut parum admodum oculis pateant. Color cæterum ex albo canescens, maculis nigricantibus, subrotundis, undique varius, superficiem tingit. In pinnis pectoralibus ossicula 11; in dorsali 9, totidemque in ani pinna numeravi. Nulli uspiam in corpore aculei comparent.

Num. 12. *Ostracion triangulus, tuberculis exiguis, innumeris, asper, aculeis carens, major.*

Videtur hic ejusdem esse speciei, ac prior sub Num. 6 exhibitus: solâ enim magnitudine ab eo discrepat. Maculæ albicantes totam superficiem, excepto ventre, distinguunt simili modo, ac in præcedente Num. 6.

Num. 13. *Ostracion quadrangulus, minor, subflavescens, figuris hexagonis, veluti radiatis, undique pictus; aculeis duobus in capite, & totidem in imo ventre armatus.*

Ita omnes, meo quæ Museo continentur, *Ostracionum* exhibui species: sequitur proxime, ut de *Balistarum genere* agam.

Num. 14. *Balistes, tribus in dorso aculeis, & cauda admodum bifurca conspicuus.*

Guaperua vocatur Brasiliensibus; *Peixe Porco* Lusitanis, juxta *Marggrav. Lib. IV, c. 12,* & *Johnston: p. 131, Tab. XXXIV, Fig. 2.* Caput & corpus perpendiculariter lata sunt: os angustum: dentes magni, contigui, quorum octo in utraque maxilla præ reliquis conspicui sunt. Squamæ satis magnæ, quadratæ, durissimæ, superficiem tegunt, cujus color canescens lineis duabus, latis, cæruleis, transversim à rostro

N°. 10. *Ostracion, de figure ovale, armé sur tout le corps de grandes pointes, couchées en arriere.*

Sa tête est petite, un peu pointue; son corps est rond; sa gueule n'est pas grande, & n'est garnie que d'une seule dent, longue, plantée au bord de chaque mâchoire. Ses yeux assez gros sont couverts du tégument commun de la tête. Son ventre est blanchâtre, & son dos noirâtre. Ses piquans sont longs, ronds, pointus au bout, & renversés du côté de la queuë. Ses nageoires de la poitrine situés sur le milieu des côtés, sont faites de vingt-deux arrêtes. Sa nageoire du dos située près de la queuë, en a quatorze. Celle de l'Anus directement opposée à la précédente, en a douze, & sa petite queuë neuf à dix. La longueur de tout le corps est seulement de trois doigts.

N°. 11. *Ostracion sans pointes, moins grand qu'un pouce, tirant sur une figure ronde-quadrangulaire, marqueté de taches noires.*

Son corps n'a que six à sept lignes de long, sur trois à quatre de large. Sa petite bouche est aussi garnie de plusieurs petites dents. L'Iris de ses yeux est d'un brillant argentin. Son corps est legerement ombré de figures triangulaires & rhomboïdes, qui paroissent peu à la vue. Sa couleur est d'un blanc gris, nuancé de taches noirâtres de figure presque ronde. J'ai compté onze arrêtes dans ses nageoires de la poitrine, neuf dans celles du dos, & autant à la queuë. Il n'est jamais armé d'aucunes pointes.

Sa tête est très-hérissée de piquans. Sa nageoire du dos a pour soutient vingt-quatre arrêtes, dont treize sont pointues. Les nageoires de la poitrine ont quatorze arrêtes très-longues, qui ne sont point partagées au bout. Les nageoires du ventre en ont six, & celle de l'anus dix, dont les trois premieres sont armées d'un éguillon. Sa queuë oblongue est formée de quatorze grandes arrêtes. Toutes ses nageoires, de même que sa queuë, sont tavelées de taches noires.

N°. 2. *Chabot couvert d'écailles, marqué de diverses couleurs, portant des barbes aux mâchoires, aux narines, & à sa rayure latérale.*

Il semble, à en juger par le raport des Figures, que c'est ici le *Scorpion* ou *Scorpeno* de Salvian pag. 197, de Gesner p. 44. Edit. Allemande, de Willoughby pag. 331; de Ray pag. 142, qui le nomme le *Grand Scorpion.*

Toute sa tête est armée d'un grand nombre de pointes, parmi lesquelles il y en a autour de quarante-quatre qui paroissent sur toutes les autres. L'anus est fort éloigné de sa nageoire. Sa bouche est grande. Son gozier, son palais & ses mâchoires sont garnies de petites dents. On aperçoit un grand creux entre les yeux, & un autre derriere les yeux, au milieu. Sa mâchoire inférieure a plusieurs petites barbes, ou courtes appendices; la mâchoire supé-

maxilla inferiore, pauciores in superiore dantur. Ad narium quoque foramen anterius unica utrinque hæret appendicula; & plurimæ exiguæ ad lineam lateralem. Nulla vero ad oculos observatur. Squamæ mediocres, duræ, arcte adhærentes, oblongo rotundæ, haud tamen asperæ, corpus tegunt. Color ex nigro, rubescente, & albescente varius, sordidus & adspectu ingratus est. Linea lateralis dorso vicina. Pinna dorsi maculosa, in medio humilior, ossiculis gaudet 22 vel 23, quorum 12 aculeata & robusta, reliqua mollia sunt. Pinnæ pectorales latæ & maculis variæ ossiculis constant 20, quorum 8 vel 9 in apice bifida, reliqua indivisa sunt. Ventrales pinnæ ossicula gerunt 6, quorum primum aculeatum est, reliqua mollia & ramosa. Pinna ani varia ossiculis firmatur 9, quorum 3 prima aculeata sunt, reliqua mollia. Cauda in extremo fere æqualis ossiculis constat 15 longioribus. Longitudo corporis est 8 unciarum & ultra.

Num. 3. *Cottus maxilla inferiore longiore, cirrata; pinnis ventralibus ventri adnatis.*

Caput oblongius est, quam in præcedente Num. 2, & admodum inæquale; siquidem processus quidam aculeati 16 ad 17 admodum prominentes, juxta orbitas oculorum, utrinque, extent. Corpus perpendiculariter latum squamis caret. Os amplum maxillam inferiorem paulo longiorem & sursum porrectam monstrat; cum superior in extremum admodum repandum terminetur. Cirri duo majusculi, & aliquot minores, in inferiore maxilla; in superiore autem, atque in laminis operculorum & linea laterali plures alii conspiciuntur. Oculi, longe a rostro remoti, pinnæ dorsali admodum vicini, exigui, magnis in orbitis osseis hærent, & intermedia cavitate maxima a se mutuo disjunguntur. In maxillis, palato, & faucibus denticuli dantur. Color ex fusco, nigrescente & albescente varius adspectuque fœdus est. In dorso, paulo supra lineam lateralem, ductus, vel foramina quinque circiter utrinque, secundum lineam rectam disposita, cernuntur. Pinna dorsi longa, alba, ossiculis constat 24, quorum 17 aculeata & longa sunt, reliqua mollia. Pinnæ pectorales magnæ & variæ ossiculis 10 constant: ad inferiorem vero earum partem præterea duo utrinque ossicula, a reliquis paulum remota, & in extremo unci instar flexa, obtinent; ut adeo verus ossiculorum in his pinnis numerus sit 12. Pinnæ ventrales, oblongæ, parte interna ope membranæ ipsi ventri adnatæ, ossicula gerunt 6, quorum primum breve & aculeatum, reliqua mollia sunt. Pinna ani longa ossiculis 13 constat, quorum 2 priora parum aculeata & brevia, reliqua mollia & longiora sunt. Cauda oblonga, in extremo subrotunda, lineis duabus nigrescentibus notata, ossiculis constat 13 ad 14. Longitudo corporis 4 fere est unciarum.

Num. 4. *Cottus alepidotus, varius; maxilla inferiore longiore, cirrata.*

Caput plagioplateum, corpore ipso latius, molli cute tegitur. Corpus fere subteres est. Dorsum convexum. Venter latus. Os amplissimum. Maxilla inferior superiore paulo longior est & sursum nonnihil producta. Cirri plurimi crassiusculi in maxilla inferiore, & aliquot præterea majores minoresque ad angulos oris, in operculis branchiarum, & in ipso capitis vertice, dantur: supra utrumque tamen oculum duo

supérieure en a aussi, mais moins. On voit encore une pareille appendice attachée de chaque côté du trou des narines à leur partie antérieure, & plusieurs autres petites à la raye laterale. Les yeux n'en ont point. Son corps est tapissé d'écailles d'une grandeur ordinaire, dures, lisses, fermement attachées, & de figure presque ronde. Sa couleur mêlangée de noir, de rougeâtre, & de blanchâtre, est assez vilaine & desagréable à la vuë. Sa rayure laterale regne près du dos. La nageoire de son dos est tachetée, & affaissée au milieu Elle a pour soutien vingt-deux ou vingt-trois arrêtes, dont douze sont fortes, épineuses, les autres molles. Les nageoires de la poitrine sont larges, madrées de taches, & composées de vingt arrêtes, du nombre desquelles il y en a huit ou neuf fourchues au bout, toutes les autres sont simples. Les nageoires du ventre ont pour appui six arrêtes, dont la premiere est piquante, les autres molles, rameuses. La nageoire de l'anus, marquée de diverses couleurs, est soutenue par neuf arrêtes, du nombre desquelles les trois premieres sont épineuses. Sa queuë presque égale à l'extrêmité, est formée de quinze longues arrêtes. La longueur du corps de ce Chabot est de plus de huit pouces.

N°. 3. *Chabot qui a la mâchoire inférieure la plus longue avec des barbes, & les nageoires du ventre accrues au ventre même.*

Sa tête est fort inégale, & d'une forme plus allongée que celle du précédent. Les orbites de ses yeux sont armés de chaque côté de seize ou dix-sept pointes très grandes. Son corps est large en le mesurant perpendiculairement: il n'est point revêtu d'écailles. Sa bouche est grande; sa mâchoire inférieure est relevée en haut, & surpasse un peu en longueur la supérieure, laquelle se termine en une extrêmité très-courbée. Toutes les deux mâchoires, de même que les membranes des ouïes, & la raye laterale, ont plusieurs petites barbes, parmi lesquelles il y en a deux à la mâchoire supérieure, plus grandes que les autres. Ses yeux sont petits, cachés dans de grands orbites osseux, séparés l'un de l'autre par une vaste cavité, situés fort loin de la bouche, & fort près de la nageoire du dos. Son palais, son gozier, & ses mâchoires sont munies de petites dents. Sa couleur mêlangée de brun, de noirâtre, & de blanchâtre, est laide à la vuë. On apercoit sur son dos, un peu au dessus de la raye laterale, cinq trous ou environ, qui sont rangés en droite ligne de chaque côté. La nageoire du dos est longue, blanche, formée de vingt-quatre arrêtes, dont dix-sept sont épineuses, & les autres molles. Les nageoires de la poitrine sont grandes, diversement tachetées, & composées de dix arrêtes, outre lesquelles, vers la partie inférieure des nageoires, on en trouve encore deux autres de chaque côté, à quelque distance des premieres, & qui sont d'ailleurs crochues au bout; ainsi on peut compter douze arrêtes aux nageoires de la poitrine. Celles du ventre, de forme oblongue, sont intérieurement (par le moyen d'une membrane accrue au ventre) garnies de six arrêtes, dont la premiere seule est courte, pointue. La nageoire de l'anus est longue, appuyée par treize arrêtes, du nombre desquelles les deux premieres sont courtes, & un peu piquantes, tandis que les autres sont molles & plus grandes. Sa queuë est oblongue, arrondie à l'extrêmité, & barrée de deux rayes noirâtres. Treize ou quatorze arrêtes la soutiennent. La longueur de ce Chabot est d'environ quatre pouces.

N°. 4. *Chabot dénué d'écailles, marqué de diverses couleurs, ayant la mâchoire inférieure la plus longue, & avec des barbes.*

Sa tête mesurée en travers a plus de largeur que le corps même, & est couverte d'une peau molle. Son corps est presque rond, son dos convexe, son ventre large, sa bouche très-grande, sa mâchoire inférieure un peu plus longue que la supérieure, & un peu relevée en haut, avec plusieurs barbes assez épaisses. On remarque encore de semblables barbes grandes & petites aux coins de la bouche, aux couvercles des ouïes, sur le sommet de la tête, & deux autres plus grandes sur chacun de ses yeux, lesquels sont presque ronds, placés

duo sunt majores. In maxillis & ipso capite varii ductus & foraminula hiant. Oculi subrotundi, rostro vicini, cute capitis communi obducti, sursum fere spectant. Aperturæ branchiarum angustæ sunt. Dentes crassi & breves in maxillis, palato, & faucibus obtinent. Corpus totum, cute glabra tectum, squamis caret. Color ex fusco, rubescente & albescente varius ac sordidus est. Linea lateralis ex meris constat foraminulis. Pinna dorsi longa ossiculis gaudet 25, quorum 3 prima aculeata & brevia, reliqua mollia & ramosa sunt. Pinnæ pectorales variæ ossicula gerunt 23. Ventrales pinnæ, magis antrorsum sitæ quam pectorales, albescunt, ossiculis constantes 3, quorum duo prima indivisa sunt, tertium vero admodum est ramosum. Pinna ani longa ossiculis 19 mollibus & ramosis gaudet. Cauda varia, in extremo fere subrotunda, ossiculis 15 circiter, longioribus, firmatur. Totum caput est superne glabrum; sed lamina operculorum ultima in tres aculeos obtusiores, & membrana vestitos, desinit. Longitudo est 6 vel 7 unciarum.

Num. 5. *Cottus alepidotus; capite polyacantho: maxilla superiore paulo longiore.*

Scorpænæ Bellonii *pag.* 207, edit. Gallicæ, similis vocatur a Willoughby *pag.* 238, & Rajo *pag.* 145, Belgis & Flandris *Posthoofdt* & *Potshoofdt*: Suecis *Rötsimpa* & *Skrabba*: *Ulk* & *Ulka* incolis ad Fretum Danicum: *Father Lasher* quibusdam ad Cornubiam Angliæ habitantibus.

Hic Piscis omnium primo a Nobilissimo Willoughby descriptus est, ex quo suum dein transscripsit Cl. Rajus: at quamvis nitide & ex arte concinnata sit illa descriptio, eum tamen denuo describemus cum icone adjuncta, quam nemo hactenus Authorum dedit, ut tanto melius ad suum referri genus queat. Caput magnum est, latum, & aculeis circiter 16 vel 17 horridum. Cavitas inter oculos datur. Venter latus est & prominulus. Corpus a capite ad caudam usque gracilescit. Maxilla superior paulo longior est. Rictus amplus. Denticuli ut in præcedentibus se habent. Linea lateralis in adultioribus subaspera est; dum cutis reliqua glabra squamis caret. Oculi magni, cute capitis communi obducti, iride gaudent obscure rubescente. Capitis superiora, dorsum, latera & pinnæ maculis & lituris nigrescentibus & flavescentibus varia sunt; interdum tamen rubescunt; alias etiam magis albicant. Venter & mandibula inferior albescunt. Pinnæ pectorales ossiculis constant 17: ventrales ossiculis 4, quorum primum secundo tam arcte adhæret, ut tria tantum videantur obiter inspicienti. Pinna dorsi, in medio ad basin usque incisa, ossiculis constat 24, 25 vel 26, quorum 9 vel 10 anteriora simplicia sunt & rigida, reliqua vero mollia & in apice tamen indivisa. Ani pinna ossiculis constat 11 vel 12 mollibus & in apice non divisis. Cauda, in extremo fere æqualis, ossiculis 12 longioribus constat. Longitudo est 7 unciarum, plus vel minus. Locus natalis est in mari Balthico ad litora Sueciam alluentia, ubi autumno præprimis satis frequens est. In mari Germanico, Bataviam & Flandriam lambente, quoque crebro reperitur: quin & ad Cornubiam Angliæ; sed rarius.

Num. 6. *Cataphractus Schoneveldii* pag. 30, 31; *Johnstoni* pag. 77, *Tab. XLVI, fig.* 5, 6; *Willoughb.* pag. 211; *Raji Synop.* pag. 77.

Videmur jure Piscem hunc ad Cottorum genus referre. Corpus ejus, ex tereti angulosum, ab ano ad cau-

placés près du museau, revêtus de la peau commune de la tête, & regardans presque en haut. Sa tête & ses mâchoires sont percées de plusieurs petits trous. Les ouvertures des ouïes sont étroites. Les dents qui garnissent son gosier, son palais, & ses mâchoires, sont grosses & courtes. Tout son corps est couvert d'une peau glabre, sans écailles. Sa couleur mêlangée de brun, de rougeâtre & de blanchâtre, est vilaine. Sa rayure latérale n'est formée que de petits trous. Sa nageoire du dos est grande, soutenue de vingt-cinq arrêtes, dont les trois premieres sont courtes, épineuses, les autres molles, branchues. Les nageoires de la poitrine sont marquetées de diverses couleurs, & composées de vingt-trois arrêtes. Les nageoires du ventre sont blanches, plus avancées que celles de la poitrine, & n'ont pour appui que trois arrêtes, dont les deux premieres sont simples, mais la troisieme est fort rameuse. La nageoire de l'anus est longue; dix-neuf arrêtes molles & rameuses la soutiennent. Sa queuë est de diverse couleur, assez arrondie au bout, & du reste fortifiée par une quinzaine de longues arrêtes. Le dessus de sa tête est entierement glabre. La derniere membrane des ouïes finit en trois pointes obtuses, revêtues d'une tunique. Ce Chabot-ci est long de six à sept pouces.

N°. 5. *Chabot sans écailles, qui a la tête chargée de piquans, & la mâchoire supérieure plus allongée que l'inférieure.*

C'est ici la *Scorpene* de Belon pag. 242 de son Ouvrage *De la Nature & diversité des Poissons.* Willoughby l'apelle de la même maniere pag. 138 de son *Ichthyol.* comme aussi Ray pag. 145. Les Hollandois & les Flamands la nomment *Posthoofd*, *Potshoofd*; les Suedois *Rötsimpa*, *Skrabba*; les Danois qui demeurent au Sund, *Ulk*, ou *Ulka*; & quelques habitans de la Province de Cornouaille en Angleterre, *Father-Lasher.*

Willoughby est le premier qui a donné la Description de ce Poisson dans son *Ichthyologie*, d'où Ray l'a transcrit après lui dans son Ouvrage intitulé *Synopsis Piscium.* Cependant, quoique la description de Willoughby soit très-bonne, & faite avec beaucoup d'exactitude, nous ne laisserons pas que de fournir aussi la nôtre, conjointement avec la représentation de ce Poisson qu'aucun Auteur n'a donné jusqu'à ce jour, ce qui servira à le pouvoir raporter plus surement au Genre d'où il est. Sa tête est grande, large, hérissée d'environ seize ou dix-sept pointes. Il a un creux entre les yeux, le ventre large & un peu élevé. Son corps va toujours en diminuant de grosseur depuis la tête jusqu'à la queuë. Sa mâchoire supérieure est un peu plus longue que l'autre. Sa bouche est fort grande, toute garnie de petites dents, comme celle des Chabots décrits ci-dessus. La raye laterale est un peu raboteuse dans ceux qui sont grands. Sa peau est glabre, dénuée d'écailles. Ses yeux sont gros, couverts de la peau commune de la tête, & ont l'Iris d'un rouge-foncé. Le dessus de sa tête, son dos, ses côtés, & ses nageoires, sont vergettées de taches ou de rayures noirâtres & jaunâtres, quelquefois rougeâtres ou blanchâtres. Son ventre, & sa mâchoire inférieure sont blanches. Les nageoires de sa poitrine ont pour appui dix-sept arrêtes; celles du ventre en ont quatre, dont la premiere est si fortement collée à la seconde, qu'il n'en paroit que trois au premier coup d'œil. La nageoire du dos est découpée depuis le milieu jusqu'à son origine. Elle est soutenue par vingt-quatre, vingt-cinq, ou vingt-six arrêtes, dont les neuf ou dix antérieures sont simples, fermes, les autres molles, mais point fourchues au bout. La nageoire de l'anus est composée de onze à douze pareilles arrêtes. La queuë, presque égale au bout, en a douze grandes. La longueur entiere de ce Poisson est de sept pouces, plus ou moins. On le pêche dans la Mer Balthique vers les côtes de Suede, principalement en Automne, où il est assez abondant. On en trouve encore fréquemment dans la Mer d'Allemagne, qui bat les côtes de Hollande & de Flandres; on en prend aussi quelquefois, mais plus rarement, sur les côtes de Cornouaille.

N°. 6. *Le Poisson nommé* Cataphractus *par* Schoneveld, *pag.* 30, 31; Johnston *pag.* 77, *Pl. XLVI, fig.* 5, 6; Willoughby *pag.* 211; Ray *pag.* 77.

Son nom Latin signifie en François Poisson *armé de toutes pieces*, & il nous semble qu'on peut avec raison le ranger parmi les Chabots. Son

caudam valde gracileſcit. Os non magnum, ſubtus ſitum, figuræ eſt ſemicircularis, vel lunatæ. Maxilla ſuperior inferiore multo longior eſt. In inferiore autem maxilla & ad os plurimi dantur cirri. Numeroſi denticuli in utraque maxilla & faucibus hærent. Caput oſſeum, durum, inæquale, 8 præprimis horret aculeis, quorum 4 in apice roſtri, & duo utrinque ad latus capitis conſtituti ſunt. Corpus a capite ad finem pinnæ dorſalis octogonum eſt, inde vero ad caudam usque ſexangulare, & laminis oſſeis, duris, tegitur, quæ in medio prominentiam emittunt: unde corpus anguloſum evadit. Pinna in dorſo unica, ad baſin fere usque in medio inciſa, oſſiculis conſtat 12, quorum 5 anteriora ſimplicia ſunt & parum aculeata, reliqua mollia. Pinnæ pectorales oſſiculis conſtant 15. Ventrales oſſiculis tantum duobus. Ani pinna oſſiculis ſex. Cauda in extremo ſubrotunda oſſiculis gaudet 11 vel 12. Longitudo Piſcis 4 eſt unciarum circiter.

Num. 7. *Milvus* Ovidii Naſ. Halieut. Poëm. verſu 95.

Eodem nomine venit & *Salviano* pag. 187, *Willoughb.* pag. 283, & *Rajo* pag. 89. *Rondeletio* autem Lib. X, cap. 1, pag. 284, *Hirundo* audit. Siciliæ & Melitæ incolis vocatur *Falcone*. Deſcriptionem ejus qui videre amat, eam plurimos apud Authores, præſertim vero apud Nobiliſſimum *Willoughbejum* inveniet.

TABULA VICESIMA ET NONA.

Myſti genus nunc ſubjungo, qui equidem iſtud nomen potiori jure, quam ulli alteri convenire putem; quum ſingulæ ejus ſpecies cirros ad os, barbæ inſtar, obtineant. Decem vero ſpecies hujusce generis novi, quas, uti meo in Muſeo aſſervantur, nunc deſcribam.

Sunt *Myſti* in genere vel

I. Cauda bifurca & appendice cutacea in extremo dorſo. Ad quam claſſem ſequentes pertinent.

Num. 1. *Myſtus, ore ſubtus; cirris octo: appendice in dorſo.*

Caput oblongum eſt & planiuſculum. Corpus cathetoplateum & ſatis craſſum. Venter latus. Anus medio inter ani pinnam & ventrales loco hiat. Os non in apice capitis, ſed inferna parte, aperitur, apertumque quadrato-rotundum eſt. Maxilla ſuperior longe ultra inferiorem prominet. Cirri octo ori adſident, quatuor nempe breves ad maxillam inferiorem, tum unus utrinque, reliquis longior, ad latera maxillæ ſuperioris, unusque tandem utrinque ad foramina narium poſteriora. Nares utrinque duplices ſunt. Oculi elliptici cute capitis communi teguntur. Aperturæ branchiarum anguſtæ apparent. In utraque maxilla plurimi denticulorum ordines diſpoſiti ſunt: os ipſum in antica palati parte denticulis aſperum eſt; & ad fauces duo utrinque oſſicula denticulis ſerrata hærent. Corpus totum, cute glabra & molli tectum, ſquamis caret. Color ejus eſt albeſcens cum ſubfuſco mixtus. Linea

Son corps eſt rond-angulaire, & s'amenuiſe extrêmement depuis l'anus jusqu'à la queuë. Sa bouche n'eſt pas grande, ſituée par deſſous, d'une figure demi-circulaire. Sa mâchoire ſupérieure eſt beaucoup plus allongée que l'inférieure; celle-ci, de même que la bouche, a pluſieurs barbes. Toutes les deux ſont garnies jusqu'au fond du palais de quantité de petites dents. Sa tête eſt oſſeuſe, dure, inégale, hériſſée de huit pointes principales, dont il y en a quatre ſur la pointe du muſeau, & deux à chaque côté de la tête. Son corps dès la tête jusqu'au bout de la nageoire du dos eſt de forme octogone, de là jusqu'à la queuë il devient hexagone, & eſt couvert de couches oſſeuſes, dures, relevées en boſſe au milieu, ce qui fait la figure angulaire qu'a ce Poiſſon. Il ne porte ſur le dos qu'une ſeule nageoire, fendue au milieu jusqu'à ſon origine, & compoſée de douze arrêtes, du nombre desquelles les cinq antérieures ſont ſimples, un peu piquantes, & les ſept autres flexibles. Les nageoires du ventre n'en ont que deux pour appui; la nageoire de l'anus en a ſix, pendant qu'il y en a onze ou douze qui ſoutiennent ſa queuë, laquelle s'arrondit à l'extrémité. La longueur totale de ſon corps eſt d'environ quatre pouces.

N°. 7. *Le* Milvus, *ou Milan de Mer, du Poëte* Ovide *dans ſon Fragment ſur les Poiſſons, vers* 95.

Il porte le même nom dans Salvian pag. 187, dans Willoughby pag. 283, & dans Ray pag. 89. Mais Rondelet Liv. X, Ch. 1. pag. 284, l'apelle *Hirundo marina*, Hirondelle de Mer. Les habitans de Sicile & de l'Iſle de Malte le nomment *Falcone*. Les Curieux pourront en conſulter la deſcription dans pluſieurs Auteurs, mais principalement dans l'Ouvrage de *Willoughby*.

PLANCHE VINGT-NEUVIEME.


Je vais décrire dans cette Planche un Genre particulier de Poiſſon, à qui je donnerai le nom de *Barbeau*, ou *Barbu*, parce que ce nom me paroît mieux lui convenir qu'à aucun autre Poiſſon, puis qu'en effet toutes les Especes qui lui appartiennent ont des barbillons au muſeau. J'en connois & j'en conſerve dans mon Cabinet les dix ſuivantes.

Les Barbeaux dont il s'agit ici, ont en général, ou

I. La queuë fourchue, & une appendice cutanée à l'extrêmité du dos. Sous cette premiere Claſſe ſe raportent ceux qui ſuivent.

N°. 1. *Barbeau qui porte huit barbillons au muſeau ſitué ſous la tête, & une appendice au dos.*

Sa tête eſt oblongue, un peu applatie. Son corps pris perpendiculairement eſt large & aſſez épais. Son ventre eſt pareillement large. Son anus eſt placé au milieu de la nageoire de cette partie, & des nageoires du ventre. Sa bouche n'eſt pas au bout de la tête, mais deſſous; quand elle eſt ouverte, elle eſt de figure quarrée-ronde. Sa mâchoire ſupérieure s'allonge beaucoup au delà de l'inférieure. Son muſeau a huit barbillons, quatre courts à la mâchoire inférieure, un grand de chaque côté des trous poſtérieurs des narines, lesquelles narines ſont doubles, tant à gauche qu'à droite. Ses yeux ronds ſont revêtus des tégumens communs de la tête. Les ouvertures des ouïes paroiſſent étroites. Chacune de ſes mâchoires eſt garnie de pluſieurs rangées de petites dents, de même que la partie antérieure du palais, & les deux oſſelets qui tapiſſent de chaque côté le goſier. Son corps entier dénué d'écailles eſt couvert d'une peau glabre & molle, dont la couleur eſt blanchâtre mélangée de brun-clair. Sa rayure latérale s'étend presque en droite ligne. Sa clavicule eſt large, dure,


TAB. XXIX.
N.o 13.
N.o 12.
N.o 8.
N.o 2.
N.o 11.
N.o 19. Vid. descript. Pag. 101.
N.o 15.
N.o 6.
N.o 16.
N.o 9.
N.o 1.
N.o 5.
N.o 3.
N.o 10.
N.o 18 Vid. descript. Pag. 101.
N.o 17.
N.o 4.
N.o 14.
N.o 7.

Linea lateralis recta fere protenditur. Os claviculæ magnum, durum, longum, ſupra pinnas pectorales lateri adnatum eſt. In anteriore dorſi parte unica datur pinna, oſſiculis 8 conſtans, quorum 1 eſt aculeus robuſtus, craſſus, a poſtica parte undique leviter ſerratus; reliqua vero mollia ſunt & in apice ramoſa. Appendix magna, cutacea, pinniformis, ſed oſſiculis radiatis carens, ad poſteriorem dorſi partem extat. Pinnæ pectorales, horizontaliter ferè ad ventrem collocatæ, oſſiculis 9 conſtant, quorum 1 eſt aculeus admodum craſſus, planiuſculus, poſtica parte multum ſerratus; reliqua vero mollia ſunt, & in apice ramoſa. Pinnæ ventrales, in infimo ventre longe infra pectorales ſitæ, oſſiculis 6 mollibus conſtant. Ani pinna, è regione appendicis dorſalis poſita, oſſiculis 15 mollibus conſtat. Cauda magna, multum bifurca, forficis diductæ inſtar, oſſiculis 17 conſtat longioribus, exceptis ſaltem extremis, quæ breviora ſunt. Longitudo deſcripti eſt unciarum 5 & 9 linearum: latitudo maxima ad pinnam dorſi eſt unciæ unius.

Num. 2. *Myſtus, ore in apice capitis; cirris octo.*

Quod ad figuram, pinnas & numerum oſſiculorum attinet, maximam partem cum præcedente convenit: ſed caput planius eſt, & corpus pro rata longius. Maxillæ fere æquales ſunt, niſi quod ſuperior tantillum ultra inferiorem producatur. Cirri ſitu & numero, ut in priore, ſe habent, ſed triplo fere ſunt longiores. Pinnæ pectorales oſſiculis conſtant 8, quæ, ut in priore ſpecie, comparata ſunt. Cauda longa, admodum bifurca eſt, ejusque ſegmentum ſuperius inferiore paulo longius apparet. Longitudo deſcripti eſt 3 unciarum & 5 linearum.

Num. 3. *Myſtus argentei coloris; cirris ſex: pinna ani oſſiculorum octodecim.*

Caput planiusculum eſt, & a roſtro ad pinnam dorſi usque teſta dura, tuberculis minimis ſcabra, munitum. Corpus, venter, oculi, dentes, cutis, dorſalis & ventrales pinnæ, cauda, &c. ut in 2da ſpecie ſeſe habent. Maxilla ſuperior ultra inferiorem prominet. Cirri ſex longi adſunt, quorum duo longiſſimi in maxilla ſuperiore ad finem usque pinnarum ventralium extenduntur & figuræ ſunt planiuſculæ. Nares amplæ, roſtro vicinæ ſunt. Oculi mediocres, cute communi tecti, Iride gaudent argentei coloris. Color corporis argenteus eſt, ad dorſum tamen obſcurior. Aculeus pinnæ dorſalis ſat robuſtus eſt, & ab utraque parte leviſſime ſerratus. Pinnæ pectorales, uti in præcedentibus ſitæ, oſſiculis conſtant 11, quorum 1 eſt aculeus validus, craſſus, ab utraque, præprimis tamen poſtica, parte ſerratus; dum reliqua mollia ſunt & in apice ramoſa. Ani pinna oſſiculis conſtat 18 mollibus, exiguis, difficulter numerandis. Cauda, multum bifurca, oſſiculis conſtat 15 vel 16 longioribus. Longitudo deſcripti eſt 4 unciarum & lineæ unius.

Num. 4. *Myſtus cirris ſex longiſſimis; appendice triangulari in extremo dorſo.*

Bagre Piſcis Marcgrav. H. Braſ. *Lib. IV, cap.* 16, Willoughb. *pag.* 139. *Bagre prima* Johnſton. *pag.* 143; cum

dure, longue, attachée ſur un côté des nageoires de la poitrine. La partie antérieure du dos n'a qu'une ſeule nageoire, compoſée de huit arrêtes, dont la premiere eſt armée d'une groſſe pointe, forte, légerement dentelée partout ſur le derriere, au lieu que les autres arrêtes ſont molles & branchues au bout. La partie poſtérieure du dos a une appendice cutanée, en forme de nageoire, mais ſans arrêtes pour ſoutien. Les nageoires de la poitrine ſont presque placées horiſontalement au ventre, & ont pour appui neuf arrêtes, parmi lesquelles la premiere ſeule a un éguillon très-gros, un peu plat, & fortement dentelé ſur le derriere. Les autres huit arrêtes ſont flexibles & rameuſes à l'extrêmité. Les nageoires de la poitrine ſont formées de ſix arrêtes, toutes flexibles. La nageoire de l'anus placée à l'oppoſite de l'appendice du dos, eſt faite de quinze arrêtes molles. Sa queuë eſt grande, très-fourchue en maniere de pincettes, compoſée de dix-ſept arrêtes, longues, excepté les dernieres qui ſont courtes. La longueur de ce Poiſſon eſt de cinq pouces neuf lignes, tandis que ſa plus grande largeur ſur la nageoire du dos, eſt d'un ſeul pouce.

N°. 2. *Barbeau à huit barbillons au muſeau, qui eſt ſitué à l'extrêmité de la tête.*

Il a un grand rapport au précédent pour la figure, les nageoires, & le nombre de leurs arrêtes. Mais ſa tête eſt plus applatie & ſon corps plus long à proportion. Ses mâchoires ſont aſſez égales; il ſemble ſeulement que la ſupérieure s'avance un peu davantage que l'inférieure. Ses barbillons ſont comme dans le Barbeau précedent à l'égard du nombre, & de la ſituation; mais ils ont presque trois fois la même longueur. Les nageoires de la poitrine ſont affermies de huit arrêtes, faites comme celles du Barbeau qui précéde. Sa queuë eſt longue, extrêmement fourchue, & ayant la fourche ſupérieure un peu plus grande que l'inférieure. La longueur de tout ſon corps eſt de trois pouces cinq lignes.

N°. 3. *Barbeau de couleur argentine, qui a ſix barbillons, & la nageoire de l'anus fortifiée de dix-huit arrêtes.*

Sa tête eſt un peu plate, & couverte depuis le muſeau jusqu'à l'anus d'une coque dure, chargée de petits tubercules. Il ne diffère en rien du précédent pour le corps, le ventre, les yeux, les dents, la peau, & les nageoires tant du ventre que du dos. Sa mâchoire ſupérieure eſt plus avancée que l'inférieure. Elle a ſix grands barbillons, dont les plus longs qui ſont à la mâchoire inférieure, s'étendent jusques au bout des nageoires du ventre, & ont une figure un peu applatie. Ses grandes narines ſont voiſines du muſeau. Ses yeux d'une grandeur ordinaire, ſont revêtus de la peau commune de la tête, & ont l'iris argentine. Son corps eſt de la même couleur, mais moins brillante ſur le dos. L'éguillon de la nageoire du dos eſt fort, & légerement dentelé de chaque côté. Ses nageoires de la poitrine, ſituées comme celles du Poiſſon précedent, ſont fortifiées d'onze arrêtes, l'une desquelles a un épine forte, groſſe, dentelée de chaque côté ſur-tout dans ſa partie poſtérieure; les autres arrêtes ſont molles, & rameuſes au bout. La nageoire de l'anus eſt formée de dix-huit courtes arrêtes, flexibles, & qu'on a de la peine à compter. Sa queuë extrêmement fourchue, en a quinze ou ſeize grandes. Ce Poiſſon-ci eſt long de quatre pouces, une ligne.

N°. 9. *Barbeau qui a ſix barbillons très-longs, & une appendice triangulaire au bout du dos.*

Le Poiſſon nommé *Bagre* par Marcgraff Hiſt. du Breſil, Liv. VI, Ch. 16, par Willoughby pag. 139, & par Johnſton p. 143, reſ-

cum hac quidem ſpecie in multis convenit, ſed deſcriptio Marcgravii imperfecta eſt & figura admodum rudis. Unde accuratius hunc Piſcem deſcribemus.

Multum is convenit cum præcedente Num. 3; ſed capite eſt minus plano & convexiore. Anus pinnis ventralibus multo eſt propior, quam ani pinnæ. Cirri ſex admodum longi adſunt, quorum duo longiſſimi in maxilla ſuperiore, teretes, ad medium usque caudæ extenduntur. Nares, utrinque duplices, longe a ſe invicem remotæ ſunt. Oculi elliptici Iride alba gaudent. Denticulorum plures ordines utraque in maxilla, ad fauces vero oſſa denticulata dantur. Color corporis inferioris albeſcens eſt, dum dorſum & caput caneſcunt. Os claviculæ magnum, longe extenditur ſupra pinnas pectorales. Pinna dorſi oſſiculis conſtat 7, quorum primum eſt aculeus longus, robuſtus, acutus, a poſtica parte ſerratus denticulis deorſum recurvatis: reliqua oſſicula mollia ſunt & in apice ramoſa. Appendix cutacea in extremo fere dorſo extat. Pinnæ pectorales oſſiculis 10 conſtant, quorum 1 eſt aculeus magnus, acutus, planus, & ab utraque parte acuminatis denticulis pulchre ſerratus: reliqua mollia ſunt. Ani pinna exigua oſſiculis gaudet 13 mollibus. Cauda, multum bifurca, oſſiculis conſtat 16 longioribus. Longitudo deſcripti eſt 3 unciarum & 3 linearum.

Num. 5. *Myſtus cirris ſex longiſſimis; appendice dorſi a pinna ani ad caudam extenſa.*

Teſta capitis nequaquam, uti in proxime prægreſſis, ad initium usque pinnæ dorſalis pertingit. Corpus, venter, os, pinnæ ventrales, &c. uti in tertia ſpecie ſe habent: ſed maxillæ fere ſunt æquales, vel ſuperior ſaltem paulo longior inferiore. Cirrorum ſitus & longitudo eadem eſt, ac in præcedente num. 4. Ita & denticuli ſeſe habent. Corpus flaveſcit; pinnæ vero albeſcunt. Os claviculæ, quam in prioribus, minus eſt. Pinna dorſi oſſiculis conſtat 7, quorum primum eſt aculeus teres, non ſerratus, multoque minor & gracilior, quam in præcedentibus: reliqua mollia ſunt & in apice ramoſa. Appendix dorſi longa, & ſatis alta, a pinna dorſali ad caudam fere usque porrigitur. Pinnæ pectorales oſſiculis conſtant 10, ut in præcedente Num. 4, comparatis, niſi quod aculei primi dentes ſint minores. Ani pinna oſſiculis conſtat 12 vel 13 mollibus. Cauda bifurca oſſiculis 17 longioribus gaudet: inferius autem caudæ ſegmentum ſuperiore majus eſt. Longitudo deſcripti 4 eſt unciarum, & linearum 9.

Num. 6. *Myſtus maculoſus; cirris ſex longis: capite longo, plano.*

Bagre quinta ſpecies Marcgrav. *Lib. IV, cap.* 16, Willoughb. *pag.* 140, ad hunc Piſcem quodammodo accedit; ſed quia Marcgravii deſcriptio admodum manca eſt, eum denuo deſcribemus.

Caput longum, latum, admodum planum, teſta ſubdura tegitur. Corpus reliquum ſubteres eſt, hincque dorſum cum ventre valde convexum. Os admodum amplum eſt. Maxilla ſuperior inferiore paulo longior: utraque autem in ambitu ſemicirculum deſcribit. Cirri 6 longi & filiformes adſunt, quorum quatuor longiores ad pinnas usque ventrales pertingunt. Nares, utrinque duplices, roſtro vicinæ ſunt. Oculi exigui, elliptici, cute teguntur. Branchiæ amplùm patulæ ſunt. Oſſa denticulata in maxillis, palato,

reſſemble en pluſieurs points à ce Barbeau-ci; mais la deſcription qu'en donne Marcgraff eſt très-imparfaite, & ſa figure très-groſſiere; ainſi nous allons le décrire de nouveau plus exactement.

Il a une grande reſſemblance au Barbeau du N°. 3; mais ſa tête eſt moins applatie, plus convexe. Son anus eſt beaucoup plus près que ſes nageoires de celles du ventre. Ses ſix barbillons ſont très-longs, ſurtout les deux de la mâchoire ſupérieure qui ſont gros, & qui s'étendent jusqu'au milieu de la queuë. Ses doubles narines de chaque côté, ſont fort éloignées les unes des autres. Ses yeux elliptiques ont l'iris blanche. Chacune de ſes mâchoires a pluſieurs rangées de petites dents, & les os du fond du palais ſont pareillement hériſſés d'une dentelure. Il a le deſſous du corps blanchâtre, la tête & le dos gris. Sa clavicule eſt grande, fort avancée ſur les nageoires de la poitrine. La nageoire du dos eſt ſoutenue de ſept arrêtes, dont la premiere porte un grand éguillon, ferme, piquant, armé ſur le derriere d'une denture de petites dents courbées en bas; les autres arrêtes ſont molles, & rameuſes au bout. L'appendice cutanée eſt placée presque à l'extrêmité du dos. Les nageoires de la poitrine ſont fortifiées de dix arrêtes, desquelles la premiere eſt un long éguillon, plat, pointu, joliment dentelé d'une armure de petites dents aiguës des deux côtés. La nageoire de l'anus eſt petite, compoſée de treize arrêtes, toutes flexibles. Sa queuë très-fourchue eſt ſupportée par ſeize grandes arrêtes. La longueur totale de ce Poiſſon eſt de trois pouces trois lignes.

N°. 5. *Barbeau à ſix barbillons extraordinairement longs, avec l'appendice du dos étendue depuis la nageoire de l'anus jusqu'à la queuë.*

Dans celui-ci le tégument de la tête ne s'étend point, comme dans les Barbeaux qui précédent, jusqu'au commencement de la nageoire du dos, mais il reſſemble au Barbeau du N°. 3 par le muſeau, le corps, le ventre, & les nageoires du ventre; cependant ſes mâchoires ſont presque égales, ſinon que la ſupérieure ſemble un peu plus longue. Il ne differe point du N°. 4, pour la ſituation & la grandeur des barbillons, ni pour ſon ratelier de petites dents. Son corps eſt jaunâtre, & ſes nageoires blanches. Sa clavicule eſt plus petite que dans les autres Eſpeces décrites ci-deſſus. Le premier éguillon des ſept arrêtes qui forment la nageoire de ſon dos, eſt auſſi beaucoup plus petit, plus mince; du reſte rond, & ſans denture. Les autres arrêtes de cette nageoire ſont flexibles, & rameuſes au bout. L'appendice du dos eſt longue, aſſez élevée, presque étendue depuis la nageoire jusqu'à la queuë. Les ailerons de la poitrine ſont fortifiés de dix arrêtes ſemblables à celles du Poiſſon précedent, hormis que la dentelure de la premiere arrête eſt moins entaillée. La nageoire de l'anus en a douze ou treize toutes molles; ſa queuë fourchue dix-ſept grandes; la fourche inférieure de la queuë paſſe plus loin que la ſupérieure. Ce Poiſſon a quatre pouces neuf lignes de longueur.

N°. 6. *Barbeau tacheté, qui a ſix grands barbillons, & la tête longue, plate.*

La cinquieme eſpece de *Bagre* dont parlent Marcgraff Liv. IV. Ch. 16, & Willoughby pag. 140, approche aſſez de ce Barbeau-ci. Mais d'ailleurs comme la Deſcription de Marcgraff eſt fort imparfaite, il nous ſemble à propos d'en donner une plus exacte.

Sa tête eſt longue, large, plate, couverte d'une coque un peu dure. Son corps eſt presque rond, de ſorte qu'il a le dos & le ventre fort convexe. Sa gueule eſt très-grande. Sa mâchoire ſupérieure eſt un peu plus longue que l'inférieure; l'une & l'autre forment un demi-cercle dans leur contour. Il porte une mouſtache de ſix barbillons ſoyeux, dont quatre s'étendent jusqu'aux nageoires du ventre. Ses narines, doubles de chaque côté, ſont voiſines du muſeau. Ses yeux ſont petits, ronds, couverts de la peau. Ses ouïes ſont extrêmement ouvertes. Son palais, ſon gozier,

palato & faucibus dantur. Cutis glabra ſquamis caret. Pars corporis ima albeſcit: caput vero ſupremum, dorſum, & ſuperior laterum pars nigreſcunt; maculis præterea aliquot nigris latera ſupra lineam notata ſunt. Appendix dorſi, ani pinna, cauda, &c. maculis nigris varia ſunt. Pinna dorſi exigua oſſiculis conſtat 7, quorum primum aculeatum & ferme teres, at utrinque tamen leviter ſerratum eſt: reliqua mollia. In extremo dorſo exigua datur appendix cutacea. Pinnæ pectorales oſſiculis conſtant 11, quorum primum eſt aculeus longus, utrinque ſerratus, inprimis a poſtica parte. Pinnæ ventrales oſſiculis conſtant 6 mollibus. Ani pinna 13 itidem mollibus. Cauda longa multum bifurca, oſſiculis conſtat 17 longioribus. Os claviculæ, magnum, ſupra pinnas pectorales extenſum eſt. Longitudo deſcripti 7 uncias æquat.

Sequuntur II. Myſti cauda in extremo vel æquali, vel leviſſime bifida, quorum alii appendice dorſali gaudent, alii carent.

Num. 7. *Myſtus cirris ſex; cauda in extremo æquali.*

Caput craſſum, plagioplateum, ſuperne convexum, teſta duriſſima, ad pinnam dorſi usque extenſa, munitur. Corpus breve & craſſum eſt: dorſum convexum: venter latus: os mediocre: maxillæ fere æquales ſunt, vel inferior ſuperiore paulum prominentior. Cirri 6 adſunt, quorum 4 longiores ad finem pinnarum pectoralium porriguntur. Oculi exigui, longe a ſe invicem diſtantes, cute communi tecti, Iride gaudent cœruleſcente. Aperturæ branchiarum admodum anguſtæ ſunt. Oſſa denticulata in maxillis & faucibus extant. Corpus cinerei eſt coloris, nigreſcentibus maculis variegatum. Os claviculæ, longe ſupra pinnas pectorales excurrens, in acumen deſinit. Pinna dorſi, capiti valde vicina, oſſiculis conſtat 7, quorum primum eſt aculeus craſſus, rectus, poſtica parte denticulis ſerratus, antica lævis, deprimi neſcius, dum elevatus eſt. Appendix in dorſo extremo cutacea, exigua, hæret. Pinnæ pectorales oſſiculis conſtant 9, quorum primum maximum, aculeatum, robuſtum, & utrinque dentibus ſerratum eſt; reliqua mollia & exigua: aculeus hic directe a lateribus protenditur, nec ullo modo deprimi poteſt. Pinnæ ventrales oſſiculis 6 mollibus conſtant. Ani pinna, oblonga, oſſiculis gaudet 23 vel 24 mollibus, exilibus. Cauda fere quadrata, in extremo æqualis, oſſiculis conſtat 19 longioribus. Longitudo deſcripti eſt 3 unciarum & 3 linearum.

Num. 8. *Myſtus cirris duobus exilibus; pinnis pectoralibus aculeo deſtitutis.*

Caput latum eſt & ſatis planum. Corpus, dorſum, venter, dentes, cutis, color, appendix dorſi, &c. ut in præcedente ſe habent: os tamen admodum amplum eſt. Maxilla ſuperior inferiore paulo longior: ambæ vero in ambitu ſemicirculares ſunt. Cirri duo tantum in univerſo capite, iique ad latera maxillæ ſuperioris utrinque ſiti, breves, circiter 2 lineas æquantes, graciles, adſunt, qui tamen parum conſpiciuntur; quum a poſtica eorum parte fovea ſit inſculpta, in qua ſæpe abſconduntur. Maxilla inferior cirris caret. Oculi longiſſime a ſe invicem diſtantes cute communi teguntur. In utraque maxilla plures

gozier, & ſes mâchoires, ſont garnies de petits os hériſſés de dentures. Sa peau eſt liſſe, ſans écailles. Le deſſous du corps eſt blanc; mais le deſſus des côtés, le dos, & le ſommet de la tête, ſont noirâtres, avec une madrure de quelques taches noires, ſur la raye laterale. L'appendice du dos, la nageoire de l'anus, la queuë &c. ſont auſſi pointillés de pareilles taches. La nageoire du dos eſt petite, ſoutenue de ſept arrêtes, la premiere desquelles eſt épineuſe, forte, ronde, un peu dentelée de chaque côté; les autres ſix ſont flexibles. Le dos a à l'extrémité une courte appendice membraneuſe. Les nageoires de la poitrine ſont compoſées d'onze arrêtes, dont la premiere eſt un long éguillon dentelé de toutes parts, ſurtout dans ſa partie poſtérieure. Les ailerons du ventre ſont formés de ſix arrêtes, toutes molles; celui de l'anus de treize; ſa queuë lougue & fourchue fort avant, de dix-ſept grandes. Sa clavicule eſt large, & s'étend ſur les nageoires de la poitrine. La longueur entiere de ce Poiſſon eſt de ſept pouces.

Les Barbeaux ont en ſecond lieu la queuë ou égale à l'extrémité, où très-peu fourchue; & dans cette deuxieme Claſſe les uns ont encore une appendice au dos, & les autres n'en ont point.

N°. 7. *Barbeau à ſix barbillons, & la queuë égale au bout.*

Sa tête eſt groſſe, large en travers, convexe ſur le deſſus, & couverte d'une coque fort dure qui s'étend jusqu'à la nageoire du dos. Son corps eſt court, trappu, ſon dos boſſu, ſon ventre large, ſon muſeau d'une grandeur ordinaire, ſes mâchoires presque égales, l'inférieure paroiſſant ſeulement un peu plus avancée que la ſupérieure. Il porte au muſeau ſix barbillons, dont les quatre plus grands s'étendent jusqu'à la fin des nageoires de la poitrine. Ses petits yeux, éloignés l'un de l'autre, ont l'Iris bleue, & ſont revêtus de la peau commune. Les ouvertures des ouïes ſont fort étroites. Ses mâchoires & le gozier ſont pavés d'os dentelés. Son corps eſt cendré avec une madrure de taches noirâtres. Sa clavicule déborde fort avant ſur les nageoires de la poitrine, & ſe termine en pointe. Sa nageoire du dos ſituée près de la tête, a pour baſe ſept arrêtes, dont la premiere eſt un fort éguillon, gros, droit, hériſſé d'une denture ſur la partie de derriere, liſſe par devant, inflexible quand il eſt élevé. Au bout du dos eſt attachée une appendice cutanée. Les nageoires de la poitrine ſont fortifiées de neuf arrêtes, du nombre desquelles la premiere eſt très-grande, épineuſe, forte, inflexible, étenduë directement depuis les côtés & dentelée de toutes parts; les autres ſont molles, & courtes. Les nageoires du ventre ſont formées de ſix arrêtes toutes molles; la nageoire de l'anus, oblongue, de vingt-trois ou vingt-quatre, molles, & menues; la queuë presque quarrée, du reſte égale au bout, de dix-neuf grandes. Ce Barbeau a trois pouces & trois lignes de long.

N°. 8. *Barbeau qui n'a que deux fins barbillons, & les nageoires de la poitrine épointées.*

Sa tête eſt large, & aſſez applatie. Il reſſemble au précedent pour le corps, le dos, l'appendice de cette partie, le ventre, les dents, la peau, la couleur &c. Mais ſa gueule eſt plus grande. Sa mâchoire ſupérieure eſt un peu plus allongée que l'inférieure; toutes deux forment une demi-lune dans leur contour. Sa tête n'a que deux barbillons ſitués aux deux côtés de la mâchoire ſupérieure, déliés, longs ſeulement de deux lignes, paroiſſant à peine à la vue, car derriere eux eſt un ſinus où ils ſe cachent ſouvent. Sa mâchoire inférieure n'a point de barbillons. Ses yeux placés à un grand éloignement l'un de l'autre, ſont revêtus de la peau commune. Ses mâchoires ſont garnies de pluſieurs rangées de petites dents, & ſon gozier d'os cochés de dentelure. Ses taches noires ſont plus grandes & en plus grand nombre que dans le

plures obſervantur denticulorum ordines, & ad fauces oſſicula denticulata. Maculæ nigricantes hic majores ſunt & plures, quam in præcedente. Os claviculæ magnum, at non longum eſt. Dorſi pinna, capiti admodum vicina, oſſiculis conſtat 7, quorum primum non, uti in prioribus, aculeatum eſt, ſed fragile & ſubmolle; reliqua adhuc molliora. Pinnæ pectorales, nigreſcentes, oſſiculis conſtant 14 vel 15 gracilibus, quorum primum ſimplex eſt, non aculeatum, a poſtica tamen parte leviſſime ſerratum, quod ab oculatiore nudis oculis, cæteroquin cultri acie obſervari poteſt: reliqua molliora ſunt & gracilia. Pinnæ ventrales nigreſcentes oſſiculis 7 conſtant, in apice diviſis, primo excepto. Pinna ani oblonga oſſiculis conſtat 38 vel 39 mollibus & gracilibus. Cauda, in extremo parum bifurca, oſſiculis 19 longioribus gaudet. Longitudo deſcripti 4 fere eſt unciarum.

Num. 9. *Myſtus cirris ſex; appendice dorſi carens.*

Caput magnum, latum, planiuſculum, teſta dura munitur. Corpus a pinna dorſi ſenſim gracileſcens, longum, gracile & ferme teres eſt. Venter latus, planiuſculus. Os ratione capitis non magnum. Maxilla ſuperior inferiore multo longior. Cirri ſex adſunt, quorum duo ſuperiores in maxilla ſuperiore, reliquis longiores, ad pinnas pectorales fere pertingunt. Nares utrinque duplices ſunt. Oculi admodum minuti, ſurſum fere ſpectantes, cute communi teguntur, Iride cœruleſcente præditi. Aperturæ branchiarum, admodum anguſtæ, ante baſin pinnarum pectoralium ſitæ ſunt. Oſſa in maxillis & faucibus denticulata hærent. Cutis lævis ſquamis caret, eſtque coloris ex cano & nigreſcente mixti. Linea lateralis recta fere decurrit. Os claviculæ longe ſupra pinnas pectorales extenſum eſt, ſed ob cutem, qua tegitur, parum in conſpectum venit. Pinna dorſi exigua, triangularis, oſſiculis conſtat 5, quorum primum ſimplex eſt, ſed non aculeatum nec ſerratum; reliqua molliora & bifurca. In dorſo extremo nulla datur appendix cutacea, ſed eminentia, ſeu carina exigua, humilis, acuta, dura, fere oſſea, a pinna dorſi ad caudam extenditur. Pinnæ pectorales oſſiculis 8 conſtant, quorum primum eſt os aculeatum, robuſtiſſimum, craſſum, planum, magnis utrinque dentibus ſerratum; reliqua mollia ſunt & in apice bifida. Pinnæ ventrales oſſiculis 6 mollibus conſtant. Pinna ani longiſſima, ad ipſam caudam extenſa, oſſiculis conſtat 54 vel 55 mollibus, ſed indiviſis. Cauda exigua, oblonga, eo modo bifurcata eſt, ut oſſiculum utrinque extremum in longam deſinat prominentiam: conſtat vero oſſiculis 9. Longitudo deſcripti eſt 9 unciarum & 5 vel 6 linearum.

Num. 10. *Myſtus cirris octo; appendice dorſi carens.*

In plurimis cum præcedente convenit; ſed caput planius apparet, & maxilla ſuperior longius ultra inferiorem prominet. Os quoque eſt amplius. Cirri octo adſunt, quatuor nimirum in utraque maxilla; ut adeo binos gerat breviores, medios, qui in priore ſpecie deſunt. Oculi adeo exiles ſunt, ut parum in conſpectum veniant. Color corporis totius cineraceus eſt vel albeſcens. Cauda, ut in præcedente, comparata eſt; ſed oſſiculum utrinque extremum multo eſt brevius & in prominentiam brevem producitur:

le précedent. Sa clavicule eſt large, mais petite. L'aileron de ſon dos, placé tout près de la tête, eſt compoſé de ſept arrêtes, dont la premiere n'eſt point piquante comme d'ordinaire, mais caſſante, & mollaſſe; & les autres ſont encore plus molles. Les nageoires de la poitrine ſont noirâtres, & compoſées de quatorze ou quinze arrêtes menues, deſquelles la premiere eſt ſimple, ſans épine, & ſi foiblement dentelée ſur le derriere, qu'il eſt beſoin d'un bon œil, ou de la pointe du ſcapel, pour le remarquer; les autres arrêtes ſont encore plus molles & plus fines. Les nageoire du ventre ſont auſſi noirâtres, & ſoutenues de ſept arrêtes branchues, excepté la premiere. La nageoire de l'anus, oblongue, eſt entrelacée de trente-huit ou trente-neuf arrêtes flexibles, & menues. La queuë un peu fourchue à l'extrêmité, en a dix-neuf longues. Ce poiſſon eſt preſque de quatre pouces.

N°. 9. *Barbeau qui a ſix barbillons, & point d'appendice au dos.*

Sa tête eſt grande, large, applatie, couverte d'une croûte dure. Son corps long, preſque rond, & délié, s'amenuiſe inſenſiblement davantage depuis la nageoire du dos. Son ventre eſt large, un peu plat. Son muſeau eſt petit proportionellement à la tête. Sa mâchoire ſupérieure s'allonge beaucoup au delà de l'inférieure. Il a ſix barbillons au muſeau, dont les deux de deſſus qui ſortent de la mâchoire ſupérieure ſont les plus longs, & s'étendent preſque jusqu'aux ailerons de la poitrine. Ses narines ſont doubles de chaque côté. Ses yeux très-petits, regardans aſſez en haut, ont l'Iris bleue, & la peau commune de la tête qui les couvre. Les ouvertures des ouïes ſont très-étroites, & ſituées à l'origine des nageoires de la poitrine. Son gozier & ſes mâchoires ſont garnies d'os dentelés. Sa peau eſt liſſe, grivelée, ſans écailles. Sa rayure laterale eſt preſque droite. Sa clavicule paſſe loin en avant par deſſus les nageoires de la poitrine; mais comme elle eſt couverte d'une peau, cela paroit peu extérieurement. L'aileron du dos eſt petit, triangulaire, fortifié de cinq arrêtes dont la premiere eſt ſimple, ſans épine ni dentelure, & les autres molles, fourchues. On ne trouve pas dans ce Poiſſon d'appendice cutanée au bout du dos, mais à la place une allonge petite, affaiſſée, pointue, dure, cartilagineuſe, qui s'étend jusqu'à la queuë, depuis la nageoire du dos. Celles de la poitrine ſont appuyées par huit arrêtes, du nombre deſquelles la premiere eſt oſſeuſe, piquante, extrêmement forte, groſſe, platte, dentelée de grandes dents de chaque côté; les autres arrêtes ſont flexibles, & fourchues au bout. Les ailerons du ventre en ont ſix, molles pareillement. Mais on en compte cinquante-quatre ou cinquante-cinq, à la nageoire de l'anus, qui au reſte eſt très-longue, s'étendant jusqu'à la queuë. Celle-ci eſt courte, oblongue, compoſée de neuf arrêtes, & partagée en deux grandes fourches. La longueur entiere de ce Poiſſon eſt environ de neuf pouces & demi.

N°. 10. *Barbeau à huit barbillons, & ſans appendice au dos.*

Il reſſemble en pluſieurs choſes au précedent; mais ſa tête paroît plus platte, & ſa mâchoire ſupérieure encore plus allongée au delà de l'inférieure. Sa gueule eſt auſſi plus grande, & garnie de huit barbillons, quatre à chaque mâchoire, de façon qu'il y a ici les deux courts du milieu qui manquent dans l'Eſpece du N°. 9. Ses yeux ſont ſi petits qu'on les voit à peine. La couleur de tout ſon corps eſt cendrée, ou blanchâtre. Sa queuë eſt faite comme celle du précedent, hormis que chacune de ſes fourches eſt beaucoup plus courte, de maniere qu'elle paroit en con-

ducitur: unde multo minor heic apparet bifurcatio. Longitudo descripti est 7 unciarum & 6 vel 7 linearum.

Plecostomi genus sequitur, cujus 4 novi species ordine nunc describendas.

Num. 11. *Plecostomus cirris duobus; cauda bifurca.*

Le *Turdus Viridis* de Willoughby p. 320, qu'on nomme à Genes *Garcetto*, reſſemble bien à celui-ci pour le nombre des arrêtes & des épines de la nageoire du dos; mais comme cet Auteur ne l'a pas décrit plus au long, on ne ſauroit décider ſi c'eſt le même. Il eſt ſemblable au précedent N°. 2. en pluſieurs choſes, & en différe à d'autres égards. Son corps eſt plus large, & plus court. L'iris de ſes yeux eſt jaune. Les couvercles de ſes oüies ſont revêtus d'écailles ſur les côtés, & le couvercle du milieu eſt tout bordé d'une petite dentelure, ce qui ſe rencontre fort rarement. Sa lèvre ſupérieure eſt double. Il a dans chaque mâchoire un ratelier de dents aſſés fortes, dont les deux de devant ſont plus grandes que les autres. On compte huit dents à la mâchoire ſupérieure, & environ quatorze à l'inférieure. La denture du gozier eſt faite comme dans le Chaluc de l'espèce précédente. Son corps eſt de couleur jaunâtre, ombrée de taches noirâtres ſemées ſans ordre. Ses écailles & ſa rayure laterale ſont comme dans l'espèce qui précede. La nageoire du dos eſt compoſée de vint-quatre arrêtes, dont les quinze antérieures ſont armées d'un éguillon, les autres ſont molles & rameuſes. Les nageoires de la poi-

tundæ, officulis 13 conſtant. Ventrales oſſiculis 6, quorum primum aculeatum eſt. Pinna ani oſſiculis conſtat 13, quorum 3 prima aculeata ſunt, & robuſta, reliqua mollia, & in apice bifida. Cauda, in extremo fere æqualis, oſſiculis conſtat 13 longioribus. Longitudo deſcripti eſt unciarum 3, & linearum 4.

Num. 4. *Labrus polyodon; virescens: pinna dorſi aculeorum decem.*

In multis cum præcedente convenit; ſed omnes capitis laminæ glabræ ſunt. Numerus itidem dentium in maxillis major eſt: ſunt enim 22 vel 24 in ſuperiore; in inferiore autem circiter 20. Squamæ, & dentes faucium, ut in priore ſpecie, ſe habent. Linea vero lateralis, uti in prima ſpecie num. 1. comparata eſt. Color corporis pallidior eſt, & virideſcens. Pinna dorſi oſſiculis 19, vel 20 conſtat, quorum 10 anteriora aculeata ſunt, reliqua mollia, & in apice parum diviſa. Pinnæ pectorales, & ventrales, ut in priore ſpecie, ſe habent. Pinna ani oſſiculis 11 vel 12 conſtat, quorum 3 prima aculeata, & robuſta, reliqua mollia ſunt. Cauda, in extremo æqualis, oſſiculis conſtat 13 longioribus. Longitudo eſt 3 unciarum, & 1, vel 2 linearum.

Num. 5. *Labrus polyodon; lineis utrinque duabus longitudinalibus; cauda æquali.*

In multis cum ſpecie tertia convenit; ſed corpus pro rata oblongius eſt, & venter minus latus. Laminæ capitis omnes glabræ ſunt, & ſquamis deſtitutæ. Dentes 12, vel 14 in maxilla inferiore, in ſuperiore quoque 12 dantur. In ipſis oris angulis utrinque duo oblongi dentes prominent. Color capitis ſuperni cœruleus eſt: ab ore vero ad extrema operculorum tres lineæ extenduntur, quarum media non continuatur, duæ autem reliquæ ex albo lucidæ ſunt, & ad caudam usque porriguntur. Pinnæ, & cauda albeſcunt. Pinna dorſi humilis oſſiculis conſtat 20, vel 21, quorum 9 anteriora aculeata, & brevia ſunt, reliqua mollia, & paulo longiora. Pinnæ pectorales oſſiculis conſtant 13. Ventrales oſſiculis 6, ut in præcedentibus. Pinna ani oſſiculis 14, vel 15, quorum 3 prima aculeata, ſed minime robuſta, ut in prioribus, ſunt, reliqua mollia, & in apice ramoſa. Cauda in extremo æqualis oſſiculis 13, vel 14 conſtat longioribus. Longitudo deſcripti eſt 4 fere unciarum.

Num. 6. *Labrus polyodon; varius; macula cœrulea ad baſin pinnarum pectoralium.*

Quoad plurima cum priore num. 5. convenit; ſed dentes plerumque 16 in maxilla ſuperiore, & paulo plures in inferiore dantur. Color ex albeſcente, & purpuraſcente mixtus maculis aliquot exiguis, cœruleis, diſtinguitur. Macula cœrulea, vel purpurea ad baſin pinnarum pectoralium datur. Oſſicula, ſecundum, & tertium pinnarum ventralium in proceſſum ultra reliqua extenduntur. Pinna dorſi oſſiculis conſtat 22, vel 23, quorum 9 anteriora aculeata ſunt, reliqua mollia, & in apice bifida. Pinna ani oſſiculis conſtat 15, 16, vel 17, quorum 3 prima aculeata, reliqua mollia ſunt. Cau-

poitrine ſont arrondies, & formées de treize arrêtes. Les nageoires du ventre en ont ſix, dont la prémière eſt épineuſe. L'aileron de l'anus en a treize, deſquelles les trois prémières ſont pointues, fortes, les autres molles, fourchues. Sa queuë presque uniforme au bout, eſt formée du même nombre d'arrêtes, mais plus longues. Le Poiſſon a trois pouces, quatre lignes de longueur.

N°. 4. *Chaluc verdâtre, ayant pluſieurs dents aux mâchoires, & dix arrêtes épineuſes à la nageoire du dos.*

Il reſſemble en pluſieurs choſes au précedent; voici en quoi il en diffère. Sa tête eſt unie. Le nombre de ſes dents eſt plus conſidérable, car il en a vint-deux ou vint-quatre à la mâchoire ſupérieure, & environ vint à l'inférieure. Ses écailles & la dentelure du gozier ſont les mêmes que dans l'espèce précedente. Sa rayure latérale eſt ſemblable à celle du prémier Chaluc. La couleur de ſon corps eſt plus pâle, tirant ſur le verd. Dix-neuf ou vint arrêtes ſoutiennent l'aileron du dos; de ce nombre les dix antérieures ſont épineuſes, les autres fléxibles, & un peu fourchues. Les nageoires de la poitrine & du ventre ne diffèrent point du Chaluc qui précede. L'aileron de l'anus eſt appué par 11 à 12 arrêtes, dont les trois prémières ſont fortes, épineuſes, les autres molles. Sa queuë eſt égale au bout, & a pour appui treize longues arrêtes. Le Poiſſon entier eſt long de trois pouces & d'une ou deux lignes.

N°. 5. *Chaluc armé de pluſieurs dents rayé ſur les côtés de deux rayes longitudinales, & ayant la queuë égale au bout.*

Il a de grands rapports avec l'espèce du N°. 3. mais ſon corps eſt plus oblong à proportion, & ſon ventre moins large. Sa tête entière eſt unie, ſans écailles. Il a douze ou quatorze dents à la mâchoire inférieure, & une douzaine à la mâchoire ſupérieure; Il ſort encore à chaque coin de ſon muſeau deux grandes dents. Le deſſus de ſa tête eſt bleu. Son corps eſt barré de trois rayes qui courent depuis ſa bouche jusqu'au bord des couvercles des oüies; enſuite la raiure du milieu finit, & les deux autres, d'un blanc argenté, s'étendent jusqu'à la queuë, laquelle eſt blanche de même que les nageoires. Celle du dos eſt affaiſſée, & entrelaſſée de vint ou vint & une arrêtes, dont les neuf antérieures ſont courtes, pointues, les autres un peu plus longues & fléxibles. On en compte treize aux nageoires de la poitrine, ſix aux nageoires du ventre, quatorze ou quinze à la nageoire de l'anus; Parmi ces dernières, les trois prémières ſont épineuſes, mais foibles, les autres douze ſont molles, & branchues au bout. Sa queuë, égale à l'extrémité, eſt ſoutenue de treize ou quatorze grandes arrêtes. Ce Poiſſon a presque quatre pouces de longueur.

N°. 6. *Chaluc de diverſes couleurs, marqué d'une tache bleue vers l'origine des nageoires de la poitrine, & ayant pluſieurs dents à la bouche.*

Il eſt ſemblable à beaucoup d'égards au Chaluc qui précéde; mais il a dans la mâchoire ſupérieure d'ordinaire ſeize dents, & encore davantage à la mâchoire inférieure. Sa couleur eſt mêlangée de blanc & de purpurin avec une moucheture de quelques petites taches bleues. Le commencement des nageoires de la poitrine eſt remarquable par une tache bleue ou pourpre. La ſeconde & la troiſième arrête des nageores du ventre s'étendent au de là des autres. La nageoire du dos eſt formée de vint-deux ou vint-trois arrêtes, dont les neuf antérieures ſont épineuſes, les autres molles & fourchues. La nageoire de l'anus a quinze, ſeize, dix-ſept arrêtes, deſquelles les trois prémières ſont pointues, les autres molles. Sa queuë eſt convexe à l'extrêmité, & a pour ſou-

Cauda in extremo convexa oſſiculis 14 longioribus conſtat. Longitudo deſcripti eſt unciarum 3 & linearum 9. Cauda in ambitu, quam interna parte, dilutior ac clarior, ornamenti ſpeciem addit.

Num. 7. *Labrus polyodon; capite cœruleo; cauda biſurca.*

In multis cum præcedente convenit; ſed dentes in maxilla ſuperiore circiter 20, in inferiore plures adhuc dantur. Faucium dentes, uti in reliquis, ſe habent. Squamæ magnæ, oblongæ, albæ, læves, corpus tegunt. Laminæ operculorum glabræ ſunt, & ſquamis deſtitutæ. Color corporis ex albo, & viridescente mixtus aliquid ſimul cœruleſcentis monſtrat. Caput totum intenſe cœruleum, vel purpureum eſt. Pinnæ pectorales in medio quoque, ſecundum longitudinem, lineam latam, cœruleam gerunt. Pinna dorſi humilis oſſiculis 22 conſtat, quorum 8 priora aculeata, & ſatis robuſta ſunt, reliqua mollia, & in apice ramoſa. Pinnæ pectorales oſſiculis conſtant 14, vel 15. Ventrales oſſiculis 6, quæ, uti in præcedentibus, ſe habent. Ani pinna, ad baſin cærulescens, oſſiculis 14, vel 15 conſtat, quorum 3 prima aculeata ſunt, reliqua mollia, & in apice ramoſa. Cauda oblonga, multum biſurca, oſſiculis gaudet 14 longioribus. Longitudo deſcripti, a roſtro ad extremum usque caudæ, eſt 6 uniciarum, & 7 linearum circiter.

Num. 8. *Labrus varius; maculis duabus nigris poſt initium pinnæ dorſalis.*

Videtur & ad *Labri* genus hic Piscis pertinere: ſaltem libet ejus iconem hoc loco ſuperaddere; ut ab Ichthyologis examinari, ſuoque nomine donari poſſit. Num tetraodon, an polyodon ſit, incertum, nec in ipſo Pisce inquiri potuit, quum, diſtracto publica venditione Muſeo Auctoris, non niſi icon nobis ſuperfuerit. Duplex color Piscem, ſecundum longitudinem, inde ab extremo ore ad caudæ usque initium, ita diſtinguit, ut pars media ſuperior profunde fusca ſit, inferior flavicet. Maculis duabus nigris circa 5 & 6 oſſiculum pinnæ dorſalis diceres accedere ad Labrum num 2., a quo tamen in cæteris discrepat. Nihil itaque determino.

Notandum eſt, quod color in hoc Genere admodum varius, & multiplex ſit, ac ſæpe ludat: hinc ſi quis, *Labros* quosdam cum heic deſcriptis conferens, animadvertat omnia ad amuſſim convenire præter colorem, nihil eſt, quod obſtet, quo minus ad eas Species, cum quibus in omnibus partibus ſecundum figuram, ſitum, proportionem, & numerum conveniunt, ſuos *Labros* referre poſſit. Nihilo tamen minus in conſtruendis Nominibus Specificis ad colorem interdum confugere coacti fuimus; quando nempe numerus, figura, & proportio partium differentias non ſat ſtrictas ſuppeditabant.

TABULA TRICESIMA ET SECUNDA.

Præcedentibus tabulis, quæ ad Pisces pertinent, exhibuimus illas omnes cum icones, tum manuſcriptas Piscium hiſtorias, quæ a D. Auctore, quum viveret, editioni deſtinatæ, jamque paratæ, poſt

ſoutien quatorze longues arrêtes. La grandeur du Poiſſon eſt de trois pouces, neuf lignes. Le contour de ſa queuë lui donne une espèce d'ornement, étant d'une couleur plus claire que ſa partie intime.

N°. 7. *Chaluc à pluſieurs dents, ayant la tête bleue, & la queuë fourchue.*

Il différe aux égards ſuivans de celui qui précede. Le dentier de la mâchoire ſuperieure eſt compoſé d'environ vint dents, & la mâchoire inférieure en a encore un plus grand nombre. La denture du gozier eſt faite de même que celle des autres Chalucs. Son corps eſt tapiſſé de grandes écailles, oblongues, blanches, liſſées; Les convercles des ouies n'en ont point. Sa couleur eſt nuée de blanc, de verdâtre & de quelque teinture de bleu-pâle; mais ſa tête eſt entièrement pourpre, ou d'un bleu foncé. Les nageoires de la poitrine ſont décorées, au milieu, d'une large raye bleue qui paſſe en long. La nageoire du dos eſt affaiſſée, & a pour appui vint deux arrêtes, dont les huit prémières ſont piquantes, aſſez fortes, les autres molles & branchues. Les nageoires de la poitrine ſont fortifiées de quatorze ou quinze arrêtes, & celles du ventre de ſix, comme dans les autres Chalucs. La nageoire de l'anus eſt de couleur bleuâtre vers ſon origine, & ſoutenue de quatorze ou quinze arrêtes, dont les trois prémières ſont armées d'une pointe, les autres molles & rameuſes. Sa queuë eſt oblongue, extrêmement fourchue, & compoſée de quatorze grandes arrêtes. La longueur entière de ce Poiſſon, depuis le muſeau jusqu'au bout de la queuë, eſt de ſix pouces, & environ ſept lignes.


N°. 8. *Chaluc de diverſes couleurs, aiant deux taches noires après le commencement de la nagoire du dos.*

Ce poiſſon ſemble appartenir au genre des *Chalucs*: au moins jugeons nous à propos d'en placer ici la figure afin que les Ichthyologues puiſſent l'examiner & lui donner un nom convenable. Il eſt incertain s'il a deux dents à chaque machoire ou davantage; nous n'avons pu l'examiner & le cabinet de l'auteur aiant été vendu publiquement, il ne nous eſt reſté que la figure du poiſſon. Une double couleur le diſtingue, ſelon ſa longeur, depuis le bout du muſeau jusqu'au commencement de la queuë, tellement que ſa partie moienne ſupérieure eſt d'un brun foncé, tandis que l'inférieure eſt jaunâtre. Vous diriés, à voir deux taches noires aux environs de la cinquième & ſixième arrête de ſa nageoire dorſale, qu'il approche du chaluc, N°. 2. quoiqu'en tout le reſte il ſoit différent. Ainſi je ne determine rien.

Il faut obſerver, qu'en ce genre la couleur eſt extrémement variée, & peu conſtante: ſi donc quelqu'un, en comparant les poiſſons ici décrits avec d'autres *Chalucs*, trouve qu'ils conviennent en tout, hormis en couleurs, rien n'empêche qu'il ne les rapporte à ces espèces avec lesquelles toutes leurs parties conviennent ſelon la figure, la poſition, la proportion & le nombre. Nous avons cependant été obligés, en formant les noms ſpécifiques, d'avoir recours aux couleurs, toutes les fois que le nombre, la figure & la proportion des parties ne donnoient pas des différences aſſés marquées.

PLANCHE TRENTE DEUXIE'ME.

Dans les planches précédentes qui repréſentant des poiſſons, nous avons donnés les figures & l'hiſtoire de ces animaux, que l'Auteur avoit deſtinée à l'impreſſion pendant ſa vie & que nous avons, après ſa mort, trouvés toute preparée. Mais il reſtoit



J. v. d. Spyk Sculp.

post ejus mortem inveniri a nobis potuerunt. Supererat autem inde ad Ostracoderma usque hiatus aliquis, quem aliis insuper Piscibus supplere dubio procul apud animum suum constituerat beatus SEBA: prout ex prolegomenis ad Tabulam XXXV manifeste elucescit. Itaque meliore quovis modo conquirenda fuere tot Piscium nondum, aut minus exacte, ab aliis delineatorum specimina, quibus sequentes tres tabellæ repleri possent. Quod equidem nullo fere negotio a nobis præstitum fuisset, si Museo Auctoris, peregrinis Piscibus sane quam ditissimo, satis longo sub otio frui licuisset. At quum post plurium annorum intervallum Heredes tandem operi diu interrupto manus admovere, plenamque ejus editionem curare denuo decernerent; mox etiam ob prægnantes rationes de publica venditione universi Thesauri Sebani cogitandum erat. Inde factum, ut occasio deesset accurate inquirendi, quinam superessent nondum operi inserti Pisces, eosque, qui fugitivo oculo notati fuerant, ad nativa exempla studiose describendi. Atque adeo in tanta festinatione id unicum modo efficere licuit, ut nonnullorum, qui singulariores, & præcipuæ dignitatis viderentur, Piscium icones ea, quam temporis angustia concederet, cura elaborarentur, ad quas deinde descriptiones exarari longiore sub otio possent. Ita tamen non pauci sine dubio prætervisi sunt, qui, quod nec in scriptis editis, nec in Museis Naturæ Curiosorum occurrant, exhiberi omnino debuissent: nec eorum, quos exhibemus, notas characteristicas tanta accuratione ex solis figuris elicere, ac concinnare datum fuit, quantam attentius ipsos Pisces inspiciendi opportunitas obtulisset. Recte igitur quidem, amice Lector! utrumque dolebis defectum; sed veniam quoque dabis, cum intellexeris, iniquas obstitisse conditiones, quo minus aliter ageremus; datamque insuper a nobis esse operam, ut, quam ex Museo Auctoris præmature distracto depromere non liceret, materiem reliquis tabulis pro more adimplendis sufficientem, ac opere Sebano dignam, aliunde compararemus.

His præmonitis describemus species aliquot generis Piscium a nemine, quantum novimus, præterquam a Marggravio in Hist. Nat. Brasil. Lib. IV. Cap. XIV. p. 170. descripti, cui inter Brasilienses *Carapo* nomen est. P. Artedi Ichthyol. G. Pisc. XXI. *Gymnotum* vocat appositissime a dorso pinnis nudo: quæ quidem nota id genus Piscium facile ab aliis distinguit, singulisque ejus speciebus est communis. Quidquid de eo apud Willughbejum, & Rajum habetur, ex Marggravio depromptum est; nec videntur Piscem ipsum unquam oculis usurpasse: unde nec plurium specierum, nisi quas Marggravius proposuit, mentionem faciunt. Nobis in Museo Auctoris quinque occurrerunt specimina id genus Piscium, quos ideo, priusquam venderentur, accurate depingi curavimus, ut dein ad icones describi, atque in lucem edi possent.

Num. I. *Gymnotus, lineis transversalibus varius; maxilla inferiore longiore; cauda curta, subulata.*

Capite est gracili pro corporis crassitie, eoque perpendiculariter compresso; maxilla inferiore multo, quam superior, longiore. Branchiis apertis spirat. Universa corporis superficies, dilute flavescens, lineis fuscis, undulatis, transversalibus, inde a summitate dorsi secundum latera oblique

stoit encore, de là jusqu'aux Coquillages, un certain vuide que Mr. *Seba* avoit, sans doute, resolu de remplir par d'autres espèces de poissons, comme il paroit visiblement dans ses prolègomènes sur la Planche XXXV. il a donc fallu, pour remplir les trois planches suivantes chercher, le mieux qu'on a pu, diverses espèces de poissons, que d'autres n'avoient pas encore représentées, ou qu'ils avoient representées peu exactement. C'est ce que nous aurions executé presque sans aucune peine, si nous avions eu assés de tems pour examiner à loisir le cabinet de l'Auteur, riche en poissons étrangers. Mais après plusieurs années d'intervalle, les Héritiers aiant enfin resolu de reprendre cet ouvrage depuis longtems interrompu, & d'en procurer une édition complette, il a fallu en même tems, pour de fortes raisons, penser à faire une vente publique du Thresor de Seba. Cette vente precipitée a été cause, qu'on n'a pas eu l'occasion de démeler avec assés de soin, parmi ces poissons, ceux qui n'étoient pas encore entrés dans l'ouvrage, ni de donner des descriptions étudiées sur les corps mêmes de ceux que l'oeil ne remarquoit que précipitamment. Ainsi tout ce qu'on a pu faire a été de faire graver sur les originaux les figures de certains poissons, qui paroissoient les plus singuliers & les plus dignes d'attention, aussi exactement qu'un si court espace de tems l'a permis, & cela dans le dessein d'en donner ensuite les descriptions plus à loisir. On a sans doute ômis, par cette raison, plusieurs poissons qu'on auroit dû répréſenter, parce qu'ils ne se trouvent ni dans les livres ni dans les cabinets des curieux: il ne nous a pas non plus été possible de tirer & d'ajuster sur les seules Estampes des caractères aussi exacts que nous l'aurions pu, si la commodité d'étudier les poissons mêmes avec plus d'attention ne nous eut pas manqué. Ce double défaut, sans doute, fera peine à nos Lecteurs & non sans raison: mais ils nous le pardonneront s'ils se souviennent, que des circonstances, dont nous n'étions pas les maitres, ne nous ont pas permis de faire autrement, & que nous avons eu soin de suppléer d'ailleurs à ce que la vente precipitée du cabinet de l'Auteur nous avoit fait mauquer; ce que nous avons âjouté suffit pour remplir à l'ordinaire les planches qui restent & n'est pas indigne de l'ouvrage de *Seba.*

Après cet avertissement, nous allons décrire quelques espèces d'un genre de poissons qu'on nomme au Bresil *Carapo* & que nul auteur, que nous sachions, n'a décrit, excepté Marggrave, Hist. nat. brasil. lib. IV. cap. XIV. p. 170. P. Artedi, Ichthyol. G. Pisc. XXI. nomme très bien ce genre de poisson *Gymnotus*, parce qu'il a le dos nud & sans nageoire, caractère qui le distingue aisément de tous les autres genres & qui convient à chacune de ses espèces. Tout ce qu'on en trouve dans Willughby & Ray est pris de Marggrave; il ne paroit pas qu'ils aient jamais vû ce poisson: car ils ne font mention d'aucune autre espèce, que de celles qui sont données par Marggrave. Nous en avons trouvé dans le cabinet de l'Auteur cinq espèces différentes, que nous avons fait graver exactement, avant qu'on en fit la vente, afin qu'on put ensuite en donner des descriptions prises sur l'estampe.

N°. I. *Gymnotus varié par des lignes transversales, aiant la machoire inférieure plus longue que la supérieure, la queuë courte, & terminée en pointe.*

La tête de ce poisson, eu égard à la grosseur du corps, est menue & perpendiculairement comprimée; sa machoire inférieure est beaucoup plus longue que la supérieure. Il respire aiant les ouyes ouvertes. Toute la superficie de son corps est d'une couleur claire jaunatre, variée de lignes brunes, ondoiées, trans-

que antrorſum deſcendentibus, variatur. Dorſum ſat craſſum, pinnæ expers, ſpeciem ſulci monſtrat, qui ab occipite ſecundum longitudinem medii dorſi aliquousque protenſus tandem prorſus evanescit, neque adeo quidquam ſingulare monſtrat: ut ideo incertus ſim, utrum vivo etiam in Piſce ſecundum naturam occurrat, an vero liquoris, quo conditus in phiala Piſcis ſervatur, vi conſtipante productus ſit. Proxime poſt branchias duæ viſuntur pinnæ pectorales, parvæ, oſſiculorum XII. Pinna ſub ventre unica, longiſſima, quam utrum ventralem nomines, an ani, per me licet, oſſiculis conſtat circiter CXCIII, atque ad finem pinnarum pectoralium e medio ventre exorta, per totam Piſcis longitudinem deinceps ad caudam usque, ſerie oſſiculorum non interrupta, at altitudine tamen decreſcente, exporrigitur, ſuoque extremo paullatim tenuato veluti intra caudam, qua hæc in ſubulam ſeſe cuſpidat, abſorbetur. Regnat autem per totam pinnæ hujus longitudinem quaſi fimbria quædam membranacea, medio, quam utroque extremo, latior, quæ uti ex corpore Piſcis gracileſcente enaſcitur, ita pinnæ ipſi baſin, ac firmamentum præbet, atque ab initio ad finem usque inter pinnam, ac corpus Piſcis ſeſe mediam ponit. Cauda brevior, quam in aliis ſpeciebus, cito in acumen convergit. Longitudo Piſcis eſt ſeptem unciarum, & trium linearum: latitudo maxima unciæ unius, & trium linearum: Caput a branchiis ad mandibularum extremitatem usque dimidiam unciam, & lineas duas æquat. Linea lateralis, dorſo, quam ventri, propior, a cervice ad apicem caudæ usque recta decurrit, ex punctis fuſcis, non cohærentibus, veluti compoſita. Dorſi craſſities, ventrisque attenuatio, tum latitudo corporis paullatim poſteriora verſus decreſcens, tandemque in cuſpidem coiens, non inepte figuram cultri effingit: prout de ſuo etiam *Carapo* notavit Marggravius loc. cit.

Num. 2. *Gymnotus varius; capite conico; ventre turgidiore.*

Altera hæc Gymnoti ſpecies, a priore manifeſte diſcrepans, ſuperficie quidem itidem verſicolore eſt, at maculis potius, quam lineis, luteis, ac fuſcis, marmoris in modum, variegata. Caput conicum, ab occipite ad oris extremum magis declive, pro Piſcis magnitudine puſillum, cinereo colore diſtinguitur. Venter pone pinnas pectorales veluti in ſacci ſpeciem turgeſcit. Nec cauda tam cito, ut in præcedente, in cuſpidem coit, ſed inde a fine pinnæ ventralis longius protenſa, paullatimque tenuata tandem terminatur. Pinnæ pectorales, ſtatim pone branchias ſitæ, XIX ſingulæ oſſiculis conſtant, cæterum pro Piſcis magnitudine ſat minutæ. Pinna ventralis, mox ſub pectoralibus incipiens, ſecundum corporis longitudinem decurrens, trium circiter unciarum intervallo a caudæ extremitate deſinit, conſtatque CCXXIII oſſiculis, atque ſimili appendice membranacea, ut in priore, tanquam baſi ſua firmatur. Linea lateralis, a cervice orta, recto ductu usque in caudam ſe diffundit. Univerſa Piſcis ſuperficies minutis obſita eſt ſquamulis, quas niſi attentus vix animadverterit. Longitudo eſt 16 unicarum, & unius lineæ; latitudo maxima 2 unciarum, & unius lineæ; caput ſesqui unciam, & unam lineam longitudine æquat.

Num. 3.

verſales & qui du haut du dos décendent obliquement, vers le devant, ſur les côtés. Son dos aſſés épais, ſans nageoire, montre une espèce de ſillon, qui s'étendant de l'occiput jusqu'environ le milieu du dos, s'évanouit enfin tout-à-fait & n'offre rien de remarquable; de ſorte que je ſuis incertain, ſi ce ſillon ſe trouve naturellement dans le poiſſon vivant, ou s'il eſt dû à la force adſtringente de la liqueur où on le conſerve. Immédiatement après les ouyes, on voit les deux nageoires de la poitrine, petites, & compoſées de XII. arrêtes. Il n'a ſous le ventre qu'une ſeule nageoire, très longue, qu'on peut prendre indifféremment pour la nageoire du dos ou de l'anus. Elle eſt compoſée d'environ CXCIII. arrêtes & tirant ſon origine du milieu du ventre à la fin des nageoires de la poitrine, elle parcourt toute la longueur du poiſſon, jusqu'à la queuë, par une ſuite d'arrêtes non interrompue, mais qui diminue de hauteur & va par ſon extrémité, qui s'amoindrit peu à peu, ſe perdre dans la queuë, là où celle-ci ſe forme en pointe. Il règne par toute la longueur de cette nageoire, comme une espèce de frange membraneuſe, plus large au milieu qu'aux deux bouts: comme elle nait du corps délié du poiſſon, elle ſert de baſe & d'appui à la nageoire & tient le milieu entre elle & le corps, depuis le commencement jusqu'à la fin. Sa queuë, plus courte que dans les autres espèces, ſe termine d'abord en pointe. La longueur du poiſſon eſt de 7 pouces, trois lignes; ſa plus grande largeur d'un pouce, trois lignes, & ſa tête depuis les ouyes jusqu'à l'extremité des machoires eſt d'un demi pouce, deux lignes. La raie laterale, plus proche du dos que du ventre, court en droiture depuis la tête jusqu'à la pointe de la queuë, étant comme compoſée de points bruns qui ne ſe touchent pas. L'épaiſſeur du dos, & l'attenuation du ventre, auſſi bien que la largeur du corps, qui va en diminuant peu à peu vers le derrière & qui enfin ſe termine en pointe, ne reſſemble pas mal à la figure d'un couteau, comme Marggrave l'a obſervé dans le *Carapo* qu'il décrit.

N°. 2. *Gymnotus de differentes couleurs, aiant la tête de figure conique & le ventre gonflé.*

Cette espèce de Gymnotus différe évidemment de la précédente. Il eſt vrai que ſa ſurface eſt auſſi bigarrée; mais ces bigarrures ſont des taches jaunatres & brunes, diverſifiées comme dans le marbre, plutôt que des raies. Sa tête de figure conique, qui va plus en pente depuis l'occiput jusqu'au bec & qui eſt petite, par rapport à la grandeur du poiſſon, ſe diſtingue par ſa couleur cendrée. Son ventre, derrière les nageoires de la poitrine, ſe gonfle comme une espèce de ſac. Sa queuë ne ſe termine pas en pointe auſſi-tôt que dans le précédent; mais depuis la fin de la nageoire du ventre, s'allongeant davantage, elle s'extenue peu à peu jusqu'à ſon extrémité. Les nageoires de la poitrine, poſées d'abord derrière les ouyes ſont compoſées chacune de dix neuf arrêtes, du reſte aſſés petites, eu égard à la grandeur du poiſſon. La nageoire du ventre, laquelle commence d'abord ſous celle de la poitrine & court tout le long du corps, ſe termine environ à trois pouces de l'extremité de la queuë, ſe forme de CCXXIII arrêtes & s'affermit par une appendice membraneuſe qui en eſt la baſe, comme dans le poiſſon précédent. La raiure laterale, qui tire ſon origine du cou, court en droiture jusqu'à la queuë. Toute la ſurface du poiſſon eſt couverte de petites écailles, presque imperceptibles ſi l'on n'y regarde de près. Sa longueur eſt de 16 pouces, 1 ligne; ſa plus grande largeur de 2 pouces 1 ligne, & ſa tête eſt longue d'un pouce & demi & 1 ligne.

N°. 3.

Num. 3. *Gymnotus cærulescens; ventre latiore; macula nigra ad branchias.*

Colore est per universum corpus ex cæruleo nigrescente: pinna ventralis tamen subrufula. Venter, pro Piscis longitudine admodum latus, facit, ut caput similiter, ac in specie secunda, perexiguum videatur. Linea lateralis admodum distincte inde a branchiis ad caudam usque sese exporrigit. Pone oculos utrinque super operculis branchiarum rotunda cernitur nigricans macula, quæ utrum perpetua sit, incertum: saltem in aliis speciebus non occurrit. Pinnæ pectorales VIII constant singulæ ossiculis. Ventralis, sua itidem, minus tamen lata, quam in præcedentibus, firmata appendice, ossicula exhibet CCXLIV, longiusque in ipsam caudam sese diffundens, paulo ante extremam hujus subulam demum terminatur. Longitudo Piscis est septem unciarum, & 3 linearum: latitudo maxima unciæ unius, & 3 linearum: Capitis longitudo unius lineæ supra unciam.

Num. 4. *Gymnotus fuscus; maxilla inferiore breviore; dorso ad caudam usque sulcato.*

Longitudine æquat uncias quatuordecim, atque unam lineam: latitudine maxima unciam unam, ac septem lineas. Caput, pro magnitudine Piscis minutum, lineas septem supra unciam duntaxat longum est, eoque a prioribus se distinguit, quod maxillam inferiorem manifeste superiore breviorem habeat, si modo Pictor fideli icone naturam expresserit; quum Piscem ipsum examinandi occasio desit. Pinnas pectorales, pro mole corporis perexiguas, singulas XVI constituunt ossicula. Pinna ventralis, quam sua itidem appendix fulcit, ossiculis constat circiter CCXXVIII, & ad distantiam aliquot unciarum ab extremo caudæ terminatur. Pinna dorsalis pro more hujus generis deest: dorsum tamen hujus speciei sulco conspicuum est, qui a cervice incipiens in cauda, sensim imminutus, evanescit. Linea lateralis nil singulare habet.

Num. 5. *Gymnotus varius; rostro productiore.*

Singularissima hæc species ut magnitudine, ita conformatione, haud parum a cæteris discrepat. Longitudo ejus 24 fere unciarum: latitudo maxima duarum, & dimidiæ unciarum. Universa superficies, ex subrufo picta, elegantissimis distinguitur maculis spadiceis, majoribus, qua corpus obsident, ad pinnas autem minutis, iisque dense consitis. Caput ab occipite antrorsum declive, in rostrum, Acipenseris quasi, producitur, minimisque præditum oculis longitudinem fere trium unciarum, & trium linearum æquat. Branchiarum opercula dura, cartilaginea, margine semicirculari terminata, lineis ex centro veluti radiatis distinguuntur. Pinnæ pectorales, post branchias sitæ, minutæ, XIX ossicula habent. Ab imo capite per totam Piscis longitudinem usque ad tres fere uncias ab extremo caudæ porrigitur pinna ventralis, sua itidem appendice gaudens. Appendix ista membranacea, si paulo accuratius examinatur, ingenti constat numero cartilagineorum ossiculorum, quæ crassiore membrana obtecta suis extremis cum ossiculis pinnæ suppositæ veluti articulantur; cujus-

N°. 3. *Gymnotus bleuatre, aiant le ventre large & une tache noire aux ouyes.*

La couleur de ce poisson est d'un noir bleuatre par tout le corps: mais la nageoire du ventre est presque rousse. Le ventre extrémement large, par rapport à la longueur du poisson, fait que la tête, comme dans la seconde espèce, paroit très petite. Sa raiure laterale court très distinctement depuis les ouyes jusqu'à la queuë. On voit de côté & d'autre derrière les yeux, sur les couvercles des ouyes, une tache ronde & noiratre, dont on doute si elle est constante, au moins ne se trouve t'elle pas dans les autres espèces. Les nageoires de la poitrine ont chacune huit arrêtes. Celle du ventre, soutenue aussi par une appendice, mais moins large que dans les espèces précédentes, a CCXLIV arrêtes, & se répandant plus loin dans la queuë, finit un peu en avant de son extremité qui est pointue. La longueur de ce poisson est de 7 pouces 3 lignes & sa plus grande largeur d'un pouce 3 lignes. La longueur de sa tête est d'un pouce 1 ligne.

N°. 4. *Gymnotus brun, aiant la machoire inférieure plus courte que l'autre, & le dos sillonné jusqu'à la queuë.*

La longueur de ce poisson est de quatorze pouces une ligne, & sa plus grande largeur d'un pouce sept lignes. Sa tête, petite par rapport au corps, est seulement longue d'un pouce, sept lignes, & il se distingue des autres en ce que sa machoire inférieure est évidemment plus courte que la supérieure. Nous supposons que le peintre l'a représenté fidélement, n'aiant pas eu l'occasion d'examiner le poisson même. Les nageoires de la poitrine, fort petites par rapport à la grandeur du corps, ont XVI. arrêtes. La nageoire du ventre, soutenue aussi par son appendice, est composée d'environ CCXXVIII arrêtes & se termine à la distance de quelques pouces de l'extremité de la queuë. La nageoire du dos manque, comme dans tous les autres poissons de ce genre. Dans cette espèce neantmoins le dos est remarquable par un sillon, qui commençant par le cou, & diminuant peu à peu s'évanouit dans la queuë. Sa raie laterale n'a rien de particulier.

N°. 5. *Gymnotus de différentes couleurs & à long bec.*

Cette espèce très singulière différe beaucoup des autres, tant par sa grandeur que par sa conformation. La longueur du poisson est de 24 pouces, à peu près, & sa plus grande largeur de deux pouces & demi. Toute sa surface qui est roussatre est joliment mouchetée de grandes taches brunes; elles sont répandues par tout le corps; mais celles qui sont sur les nageoires sont & plus petites, & en plus grand nombre. Sa tête, qui depuis l'occiput, décend en pente sur le devant, s'allonge comme le bec de l'eturgeon, & a de très petits yeux; elle est longue de trois pouces, trois lignes, à peu près. Les couvercles des ouyes qui sont cartilagineux & terminés par un bord demi circulaire, sont distingués par des lignes qui partent de leur centre en forme de raions. Les nageoires de la poitrine, qui sont petites, & placées après les ouyes, ont XIX. arrêtes. La nageoire du ventre commence au-dessous de la tête, & s'étend selon toute la longueur du poisson, jusqu'à près de trois pouces de l'extrémité de sa queuë, laquelle a de même son appendice. Cette appendice membraneuse, si on l'examine de près, paroit composée d'un grand nombre de petites arrêtes cartilagineuses qui recouvertes d'une membrane plus épaisse s'articulent en quelque façon par leurs bouts avec les arrêtes de la nageoire. On voit quelque chose de semblable dans les

cujusmodi quid in Piscibus planis, ut Pleuronecte &c. itidem obtinet. Numerantur autem officula CCXCVI in hac pinna. Linea lateralis, admodum conspicua, a cervice secundum dorsi longitudinem ad apicem usque caudæ recto ductu fertur. Cauda tenuissime terminatur.

En species Gymnoti, quæ nobis in Museo Sebano occurrerunt! Num earum nonnullæ conveniant iis, quas Marggravius loco citato descripsit, & quænam, vix ausim certo determinare. Non dubitavi tamen ad unum idemque *Carapo*, vel *Gymnoti* genus omnes referre; quando primariis duabus notis inter se similes sunt; nuditate puta dorsi, & caudæ in cuspidem attenuatione: quo charactere facile dignosci poterunt, quæcunque deinceps forte invenientur, novæ species.

P. S. Quandoquidem, descriptionibus Tabul. XXVI., & XXIX. jam impressis, Auctor, harum deliciarum amatoribus etiam plus quam satisfaciendi studio abreptus, inconsultis descriptionibus, Pisces istis tabulis incidendos curavit plures, quam typis descripti erant; necessum fuit, supernumerariorum historiam extra ordinen huic loco inserere, ne quid ea in parte a Lectore desiderari posset.

Ad TABULAM XXVI. Num. 35.

Chætodon lineis longitudinalibus varius; cauda bifurca; aculeo laterali utrinque ad caudam.

Superadditus est hic Pisciculus, ut varietas ejus, quem Num. 1. Tabulæ XXV. descripsimus: vix enim ab hoc, nisi numero linearum, discrepat. Lineæ nimirum sex duntaxat, longitudinales, lividæ, singulæ linea fusca utrinque stipatæ, parallele inter se decurrentes, utrumque corporis latus variegant. Cæterum mox dictæ speciei similis est. Aculei ad caudam, quod notandum, emissitii sunt. An horum Piscium alteruter, aut uterque est *Jean Boulang* Henric. Ruysch. Collect. nov. Piscium Amboinens. Tab. XV. n. 13.? Multum sane videntur convenire.

Ad TABULAM XXVI. Num. 36.

Chætodon macrolepidotus; flavescens; linea fusca ad oculos, caudam, & ani pinnam.

Pertinet Pisciculus hic ad Chætodontum eam classem, quæ aculeis tum ad caput, tum ad caudam, nullis gaudet; estque haud multum diversus ab eo, quem num. 18. Tab. XXV. exhibuimus. Color corporis, ex flavescente canus, linea fusca, utrinque transversim per oculos descendente, distinguitur. Pinnæ ani margo extremus, atque universa dorsi pinna, itidem coloris fusci sunt. Caudæ officula, qua exoriuntur, linea fusca, transversa, lunata variat. Cæterum & lineolæ livescentes, parallele a dorso deorsum, aliæ antrorsum, aliæ retrorsum, ac se mutuo decussantes, decurrunt. Dorsi pinna officulis gaudet 34, quorum 13 priora aculeata, reliqua mollia sunt. Pinnæ pectorales 15 officula gerunt. Ventrales 6, quorum prius aculeo gaudet. Ani pinna 23 officula monstrat, quorum tria anteriora aculeata sunt, reliqua mollia. Cauda in extremum æquale desinit.

Ad

les poissons plats, comme dans la sole &c. On compte dans cette nageoire CCXCVI. arrêtes. La raie laterale, qui est très visible, court du cou par toute la longueur du dos, en droiture, jusqu'à la pointe de la queuë, laquelle est très aigue.

Voilà les espèces du genre nommé Gymnotus que nous avons rencontrées dans le cabinet de Seba. S'il y en a quelqu'unes qui conviennent avec celles que Marggrave a décrites dans l'endroit cité & quelles elles sont, c'est ce que je n'oserois décider. Je n'ai cependant pas hésité de rapporter à un même genre tous les *Carapo* ou *Gymnotes*; puisqu'ils se ressemblent par deux caractères principaux, savoir la nudité du dos & la queuë pointue: il sera facile de reconnoitre à cette marque, toutes les autres espèces nouvelles qu'on en pourra découvrir dans la suite.

P. S. Les descriptions des Planches XXVI. & XXIX. étoient déjà entièrement imprimées, lorsque l'Auteur a fait graver sur ces mêmes Planches, de nouveaux Poissons, dont il n'étoit fait nulle mention dans le Texte; & cela, faute d'avoir consulté les descriptions, ou par l'envie qu'il avoit de satisfaire pleinement ceux qui ont du gout pour ces sortes de curiosités. Pour remédier à ce défaut, on a cru qu'il étoit nécessaire d'insérer ici l'histoire de ces Poissons qui sont de trop, puisqu'il y a moins d'inconvénient de la mettre hors de sa place, que d'en priver le Lecteur.

Pour la PLANCHE XXVI. N°. 35.

Chætodon, *bigaré de raies longitudinales, à queuë fourchue, & armé d'un éguillon à chaque côté de la queuë.*

On a ajouté ce petit Poisson, comme une variété de celui, dont nous avons donné la description au N°. 1. de la Planche XXV; car on n'y remarque presque d'autre différence que celle qui vient du nombre des raies. Il n'en a en effet que six, qui s'étendent longitudinalement & parallèlement sur chaque côté du corps: elles sont livides, & ont toutes une raie brune qui les accompagne de part & d'autre. Quant au reste, il ressemble à celui dont on vient de parler. Il est bon de remarquer que les éguillons, qui sont à la queuë, peuvent rentrer & sortir d'une espèce de coulisse qui les renferme. L'un de ces deux Poissons, ou peut-être l'un & l'autre ne seroient-ils pas le même que celui auquel *Henri Ruysch* donne le nom de *Jean Boulang* dans sa *Collect. nov. Piscium Amboinens.* Planche XV. n. 13? Ce qu'il y a de certain, c'est qu'ils se ressemblent beaucoup.

Pour la PLANCHE XXVI. N°. 36.

Chætodon *à grandes écailles, jaunâtre, & auquel on voit une raie brune aux yeux, à la queuë, & à la nageoire de l'Anus.*

Ce petit Poisson doit être rangé dans la Classe des Chætodon, qui n'ont aucun éguillon, ni à la tête ni a la queuë. Il ne diffère pas beaucoup de celui que nous avons représenté au N°. 18. de la Planche XXV. Il est d'un blanc tirant sur le jaune, & on lui remarque de chaque côté, une raie brune qui descend en traversant les yeux. L'extrémité de la nageoire de la queuë, & toute la nageoire du dos, sont aussi de couleur brune. Les arrêtes de la queuë, à l'endroit de leur origine, sont marquées d'une raie brune, transversale, & faite en forme de croissant. Du reste, on voit de petites raies livides, qui descendent parallèlement du dos en embas, les unes par-devant, les autres par-derrière, & qui se croisent récipoquement. La nageoire du dos à 34 arrêtes, dont les 13 prémieres sont hérissées d'éguillons, mais les autres sont molles. Les nageoires de la poitrine sont garnies de 15 arrêtes, celles du ventre en ont 6, dont la prémière est armée d'un éguillon. On compte à la nageoires de l'Anus 23 arrêtes, dont les trois antérieures sont pointues, & les autres molles. L'extrémité de la queuë est toute unie.

Pour

Ad TABULAM XXVI. Num 37.

Chætodon *macrolepidotus; macula rotunda ad caudam.*

Convenit hic plurimis ei, quem Num. 16. Tab. xxv exhibuit; ut forte pro varietate istius speciei haberi queat. Macula nigra, circulo albo eleganter circumdata, extremum corporis, qua id in caudam convergit, medio inter fines pinnarum ani ac dorsi loco, pinnarum ossicula tamen non attingens, ornat: deest interim linea nigra per oculos trajecta, qualis in Chætodonte num. 16. observatur. Squamæ in minuto pisciculo satis grandes. Pinna dorsi 32 constat ossiculis, quorum 13 priora aculeata, reliqua mollia sunt. Pectorales ossiculis 11. Ventrales 5, vel 6, quorum primum aculeatum. Ani pinnam 19 ossicula constituunt, quorum tria anteriora aculeata, mediumque inter hæc valde crassum robustumque. Cauda æquali extremo terminata 17 ossiculis gaudet.

Ad TABULAM XXIX. Num. 18.

Chætodon *macrolepidotus; canescens; lineolis longitudinalibus varius; linea fusca ad oculos, pinnam dorsi, ani, & caudæ.*

Pictura fere sola hunc pisciculum ab aliis Chætodontibus macrolepidotis supra recensitis distinguit. Lineolæ longitudinales, plurimæ, a capite ad caudam tendentes, utrumque latus variegant. Linea lata, fusca, utrumque oculum trajicit. In fine pinnæ dorsalis, ad exortum caudæ, linea lata, fusca, transversalis, assurgit, ac per posteriorem pinnæ dorsalis partem sensim dilutior se diffundit. Linea itidem fusca, utrimque lineola alba stipata, utroque extremo latior, medio angustior, a primo ossiculo molli pinnæ ani exorta, per totam deinceps hujus longitudinem retrorsum decurrit. Caudæ pinnam mediam linea fusca, lata, transversa, pingit. Cæterum ossiculorum pinnarum eadem fere, ac in prioribus, ratio est. Dorsalis pinna ossiculis constat 35, quorum 13 anteriora aculeata sunt, reliqua mollia. Pectorales 15 singulæ ossicula habent. Ventrales 6, quorum primum aculeatum est. Ani pinnam 23 ossicula, quorum tria anteriora aculeata, robusta, constituunt. Cauda, in extremum fere æquale terminata, pinnam ossiculorum 20 protendit.

Ad TABULAM XXIX. Num. 19.

Acipenser; corpore tuberculis spinosis aspero; supinus. *Arted. Ichthyol.*

Sturioni nomen est huic pisci apud Auctores: Belgæ *Steur* vocant. Adeo autem ab omnibus fere Ichthyologis descriptus, & vel in vulgus etiam notus est, ut mirum videri possit, ejus quod iconem exhibeamus. Scilicet inter omnes, quæ ab Auctoribus editæ sunt, figuras nullam reperire licuit, qua prona hujus piscis regio, & singularis tum situs, tum conformatio oris sistatur, quem de-fe-

Pour la PLANCHE XXVI. N°. 37.

Chætodon *à grandes écailles, orné d'une tache ronde à la queuë.*

Ce Poisson ressemble beaucoup à celui, qui est représenté au N°. 16. de la Planche xxv; & peut-être même pourroit-on le regarder comme une simple variété de cette Espèce. Il est orné d'une tache noire, entourée d'un beau cercle blanc, & située à cette extrémité du corps qui aboutit à la queuë, précisément au milieu de l'endroit où se terminent les nageoires de l'Anus & de la queuë, sans cependant toucher les petits os des ailerons; on ne lui voit point cette raie noire qui traverse les yeux, & que nous avons remarquée dans le Chætodon du N°. 16. Ses écailles sont assez grandes, à proportion de la petitesse de son corps. L'aileron du dos est composé de 32 petits os, dont les 13 prémiers finissent en pointe, les autres sont molasses. Les ailerons de la poitrine sont garnis de 11 petits os, & ceux du ventre en ont 5 ou 6, dont le prémier se termine par un éguillon. L'aileron de l'Anus est formé de 19 petits os, dont les trois antérieurs sont hérissés d'éguillons: celui qui se trouve au milieu ont est fort gros & fort ferme. La queuë est garnie de 17 arrêtes, & est terminée par une ligne presque droite.

Pour la PLANCHE XXIX. N°. 18.

Chætodon *à grandes écailles, de couleur blanchatre, bigarré de raiures longitudinales, ayant une ligne brune aux yeux, & aux nageoires du dos de l'anus & de la queuë.*

La Figure qui représente ce poisson suffit presque pour le distinguer des autres Chætodons à grandes écailles, qu'on a représenté ci-devant. Ses deux côtés sont bigarrés de quantité de raiures longitudinales, qui vont de la tête à la queuë. Une raie large & brune traverse les deux yeux. Une ligne large & brune monte transversalement à la fin de la nageoire du dos, vers l'origine de la queuë, & se répand sur la partie postérieure de cette nageoire, devenant insensiblement plus claire. Un autre raie, aussi brune, plus large à ses extrémités qu'à son milieu, court entre deux petites lignes blanches, de la prémière arrête molle de la nâgeoire de l'anus, sur toute la longueur de cette nageoire, en arrière. La partie moienne de la nageoire de la queuë est colorée d'une raie brune, large, transversale. Du reste les arrêtes des nageoires ont presque la même disposition que dans les espèces précédentes. Celle du dos a 35 arrêtes, dont les 13 prémières sont pointues & les autres molles. Les nageoires de la poitrine en ont 15 chacune. Celle du ventre en a 6 dont la prémière est pointue. La nageoire de l'anus a 23 arrêtes, dont les trois prémières sont fortes & pointues. La queuë, dont l'extrémité est terminée par une ligne presque droite, en a 20.

Pour la PLANCHE XXIX. N°. 19.

Eturgeon; *dont le corps est hérissé de boutons épineux;* couché sur le Dos. *Arted. Ichthyol.*

Les Auteurs nomment ce poisson *Sturio* & les Flamans *Steur*. Tous les Ichthyologues l'aïant décrit & étant aussi connu qu'il l'est du vulgaire, on sera peut-être surpris que nous en donnions la figure: mais comme parmi toutes celles, qu'en ont donnés les Auteurs, nous n'en avons pu trouver aucune qui représente, ni la partie inférieure de ce poisson, ni les singularités tant de la situation que de la conformation de sa bouche, nous avons cru de-

fectum icone hac nostra supplere visum fuit. Monstrat resupinatus piscis ventrem planum, in medio mollem, utroque margine squamosis, duris, angulatis, spinosisque tuberculis stipatum. Rostrum ex lata basi in apicem antrorsum procurrens, hac sede planum, sub emarginata radice sua emittit aperturam oris, quod molle, edentulum, teres, tubum velut refert, ac linguam crassam duramque recondit. Media inter oris ostium, & rostri apicem sede cirri quatuor, e planitie rostri emergentes, dependent. Reliqua, quæ ad piscis hujus historiam pertinent, apud H. Salvianum, cui Sturio vel Silurus audit, & Artedi in Ichthyologia reperire licet.

TABULA TRICESIMA ET TERTIA.

Num. I. *Enchelyopus totus argenteus; rictu serpentino; ventre nudo; cauda acuminata, apinni.*

Piscem splendidum, pariter atque adspectu horrendum, quo compellarem nomine hæsitavi; quando a nemine Ichthyologorum aut descriptum, aut icone expressum invenire licuit, si unicum exceperis *Kleinium*, qui missu IV. Historiæ naturalis piscium pag. 52. num. I. describit *Enchelyopum capite producto, serpentino, extremo mandibulæ superioris ad instar Rhinocerotis hamato*, &c. ac Tab. XII. fig. 7. delineatum exhibet nostro per omnia satis similem. Pro eodem tamen habere non ausim; quum coloris argentei, quo noster elegantissime resplendet, expertem esse credibile sit: saltem nulla singularis adeo ornamenti mentio ab accuratissimo Auctore facta id innuere videtur. *Marggravius* etiam Histor. rer. nat. Brasil. Lib. IV. Cap. XI. pag. 161. piscem describit *Mucu* dictum Brasiliensibus, Lampetræ adfinem, qui, si iconem spectes, dubio procul ejusdem cum nostro generis est, at specie nihilominus multum discrepat. Ceteri Auctores aut nihil de isto genere habent, aut repetunt modo, quæ de *Mucu* apud *Marggravium* inveniuntur. Itaque cum nomen *Enchelyopus*, a *Kleinio* datum, satis conveniat pisci, cujus forma utcunque Anguillam exprimit, malui id retinere, quam barbaro *Mucu* uti, aut novo conficto rem Ichthyologicam absque necessitate onerare. En singularia, quæ in eo animadvertimus!

Rictu dentato, pinna dorsali spinis rigente, forma serpentina formidabilis Piscis argenteo colore, quo, præter oculos, & pinnas, totus cæterum perfusus est, arridet. Nimirum sub epidermide ejus expansa est undequaque subtilissima membranula argentea, quæ diaphanæ cuticulæ fundum ex argento resplendentem quasi substernit: pari ratione, ac in Æthiopibus reticulo potius, quam superinjectæ epidermidi nigror superficiei debetur. Squamis caret: rugis tamen veluti insecta cutis est, quæ rhomboideas fere areolas referunt, squamarumque specie minus attento facile imponunt. Rictus amplus maxillis constat multum productis, inferiore vel duabus lineis, quam superior, longiore, utraque prægrandibus instructa dentibus, quorum in superiore XVII, in inferiore X numerantur. Lingua, valde conspicua, cavo maxillæ superioris brachiis intercepto semet recondere posse


devoir suppléer à ce défaut par une nouvelle estampe. Le poisson, qu'on représente renversé, montre ici son ventre, qui est plat, mou dans le milieu, & dont les deux bords sont couverts de tubercules écailleux, durs, angulaires & épineux. Son bec, qui d'une base large s'avance en pointe sur le devant, est applati par dessous. Près de cette base & en dessous on voit la bouche, qui est, molle, sans dents, cilindrique, à peu près comme un tuiau, qui recouvre une langue grosse & dure. Du milieu de l'espace entre la bouche & l'extrémité du bec pendent quatre filets, qui sortent de la partie platte du bec. Ce qui reste a dire touchant l'histoire de ce poisson peut se trouver dans H. Salvian. qui le nomme *Sturio* ou *Silurus*, & dans l'Ichthyologie d'Artedi.

PLANCHE TRENTE-TROISIE'ME.

N°. I. *Enchelyopus argenté, qui a la bouche d'un serpent, le ventre nud, la queuë pointue & sans nageoires.*

Je n'ai sû d'abord quel nom donner à ce poisson, qui quoique d'une couleur fort brillante n'en est pas moins hideux. Je n'ai trouvé aucun Ichthyologue qui en eut donné la description ou la figure, excepté *Klein*, qui dans son histoire naturelle des poissons, pag. 52. N°. I. l'appelle *Enchelyopus à tête allongée, & semblable à celle d'un serpent, aiant l'extrémité de la machoire supérieure faite en crochet comme le Rhinoceros &c.* La Figure que cet Auteur en donne, à la Planche XII. fig. 7. est en tout assés ressemblante à notre poisson. Je n'ose cependant assurer, que ce soit le même: car il est très apparent, qu'il lui manque cette couleur argentée qui caractérise si avantageusement le nôtre; du moins cet Auteur, d'ailleurs très exact, ne fait aucune mention d'un ornement si singulier. Marggrave aussi, dans l'Hist. nat. du Brésil. liv. IV. ch. XI. pag. 161. donne la description du poisson, que les habitans nomment *Mucu* & qui approche de la Lamproie. Si vous en considerés la figure, vous trouvérés qu'il est à coup sûr du même genre que le notre, quoique d'une espèce fort différente. Les autres Auteurs n'ont fait aucune mention de ce genre de poisson, ou n'ont fait que répéter ce qui se trouve du *Mucu* dans *Marggrave*. Puis donc que le nom d'Enchelyopus, donné par *Klein* à ce poisson, lui convient assés, comme aiant à peu près la forme d'une Anguille, j'ai mieux aimé le retenir, qu'emploier le nom barbare *Mucu*, ou charger l'Ichthyologie d'un mot nouveau, forgé sans nécessité. Voici les singularités qu'on y remarque.

Ce poisson, tout formidable qu'il est, par son bec armé de dents, par les épines de sa nagoire du dos, & par sa forme de serpent, ne laisse pas de flatter la vuë, par une couleur argentée repanduë sur tout le corps, excepté sur les yeux & les nageoires; il a de tout côté, sous l'épiderme, une expansion membraneuse, très subtile, argentée, qui reluit à travers comme la noirceur dans les Negres, laquelle semble plutôt venir de la membrane réticulaire que de la surpeau qui les couvre. Il est sans écailles, mais il a la peau comme entrecoupée de rides, dont les sillons semblent, au prémier coup d'oeil, former des écailles de figure rhomboidale. Sa gueule, qui est fort grande, est formée de deux machoires allongées, dont celle de dessous surpasse de deux lignes celle de dessus: l'une & l'autre sont garnies de dents fort longues, la supérieure en a XVII. & l'inférieure X. Sa langue, qui est très visible, semble pouvoir se cacher dans le creux que forment les deux bras de la ma-



J. v. d. Spyk Sculp.

posse videtur. Oculi orbiculares, perquam magni, proxime ante se positas ostendunt nares. Branchiæ apertæ manifestam a Congris, & Anguillis discrepantiam exhibent: quanquam longitudo, ac gracilitas corporis genus illis agnatum indicant. Piscis tripinnis est. Pinnæ pectorales duæ, pone branchias sitæ, XI ossiculis singulæ gaudent, ac pro longitudine corporis admodum parvæ sunt. Dorsalis ab occipite tractu longissimo ad caudam usque gracilescentem protenditur, altitudine paullatim decrescente, prout corpus piscis caudam versus itidem attenuatur. Constat autem hæc pinna, sesqui unciam lata, ossiculis CXXXVIII prælongis, atque aculeatis, membrana inter se junctis. Ventralis, ac ani pinnæ desunt. Cauda quoque apinnis, inde a ventre sensim attenuata, in extremum acuminatum desinit. Ab ano tamen ad finem usque caudæ minuta prominent ossicula, denticulorum instar, tactu potius, quam visu percipienda. Linea lateralis, ab operculis branchiarum orta, totamque piscis longitudinem emensa, in caudæ usque extremum se demergit. Corpus ad latera compressum est. Longitudo totius 19 unciarum; caput 3 & dimidiæ unciarum, ac 3 linearum.

Num. 2. *Echeneis, ore triangulari; cauda in extremo subrotunda; lineis duabus, fuscis, longitudinalibus, a rostro ad caudam usque protensis.*

Quanquam non desunt Auctores, qui *Echeneiden*, vel *Remoram* piscem, inde a vetustis temporibus jam notum, descriptum, depictumque exhibuerint; ut propterea illustris *H. Sloane* in Hist. nat. Jamaic. supervacaneum esse existimet ejus descriptionem tradere; siquidem ubique apud Historiæ naturalis scriptores occurrat: non vereor tamen dicere, iconem hujus piscis accuratam nondum exstare, nec notas ejus characteristicas tam exacte traditas esse, quin addi nonnulla possint. Non itaque varia ejus nomina me morabuntur. Videre hæc licet apud *Artedum*, *Kleinium*, &c. Operam modo dabo, ut piscem, cujus iconem summa cum diligentia elaborandam curavi, pari cum cura describam, haud admodum solicitus, utrum hæc ipsa species ab aliis jam sit exposita, an vero pro singulari habenda. Discrepat certe ab illa, quam *Catesby* Tom. II. Tab. 26. proponit.

Piscis, 10 uncias ac 6 lineas longus, subteres, latitudine maxima, quæ est ad pinnarum pectoralium radicem, aliquot lineas supra unciam exæquat. A rostri extremitate ad pinnas usque pectorales paullatim crassescit; inde ad caudam usque rursum æquabiliter attenuatur. Squamis caret: Cutis tamen asperiuscula est. Pinnæ pectorales, ventrales, & cauda saturate spadiceo sunt colore; dorsalis, & ani pinnæ paulo dilutiore. Linea itidem spadicea, longitudinalis, utrinque una, a commissura labiorum incipiens, secundum latera ad caudam usque decurrit, inque hujus pinnam se quasi diffundit, eadem proportione sese dilatans, atque contrahens, qua piscis corpus crassius, aut gracilius evadit. Reliqua superficies cinereo est colore. Os triangulare intus denticulis plurimis consitum est. Mandibula inferior duas lineas ultra superiorem prominet. Oculi parvi, a lateribus pone angulos labiorum siti. In summitate capitis, a margine maxillæ superioris usque ad dorsum, elliptici quasi scuti species extensa conspicitur, posteriore parte paulo latior, quam anteriore, sin-

machoire supérieure. Ses yeux sont ronds & fort grands; en devant & tout près sont les narines. Ses ouyes ouvertes le distinguent évidemment des Congres & des Anguilles, quoique la longueur & la finesse de son corps indiquent qu'il est du même genre. Il a trois nageoires. Les deux de la poitrine, placées derriére les ouyes, ont chacune XI arrêtes & sont extrêmement petites, à proportion de la longueur du corps. La nageoire du dos court de l'occiput, sans interruption, jusqu'à la queuë, diminuant en hauteur peu à peu, à mesure que le corps du poisson s'extenuë vers la queuë. Cette nageoire, large d'un pouce & demi, est formée de CXXXVIII arrêtes longues & pointues, jointes ensemble par une membrane. La nageoire du dos & celle de l'anus manquent. La queuë, aussi sans nageoire, commence au ventre à s'extenuer peu à peu, & finit en pointe. Cependant on sent plutôt qu'on ne voit, depuis l'anus jusqu'à cette pointe, de petites arrêtes en forme de dents. La raiure latérale, qui court depuis les couvercles des ouyes selon toute la longeur du poisson, va se perdre dans l'extrémité de la queuë. Son corps est applati sur les côtés. La longueur du poisson est de 19 pouces: sa tête de 3 pouces & demi, 3 lignes.

N°. 2. *Remora à bec triangulaire; aiant l'extrémité de la queuë ronde; & deux raies longitudinales brunes, qui s'étendent du bec à la queuë.*

Nous ne manquons pas d'Auteurs, qui aient donnés des descriptions & des figures du *Remora*, poisson déjà connu dans les anciens tems; c'est pourquoi l'illustre Mr. *Sloane*, dans son histoire naturelle de la Jamaïque juge, qu'il est inutile d'en donner la description, qui se trouve dans tous les ouvrages d'histoire naturelle. J'oze cependant assurer, que jusqu'à présent on n'a pas encore eu de figure exacte de ce poisson & que ses caractéres n'ont pas été marqués avec tant de précision qu'on ne puisse rien y ajouter. Je ne m'arrêterai pas à rapporter les noms différens qu'on lui a donné, on peut les voir dans *Artedi*, *Klein*, &c.: je m'appliquerai seulement à donner une description de ce poisson, qui reponde à l'exactitude avec laquelle j'ai pris soin qu'on le dessinat; sans beaucoup rechercher, si c'est la même espéce que les autres ont déjà décrite, ou s'il constitue une espéce singuliére: ce qu'il y a de certain, c'est qu'elle est différente de celle que *Catesby* décrit, Tom. II. Planche 26.

Ce poisson, de figure presque cilindrique, a 10 pouces, 6 lignes de longueur & sa plus grande largeur, qui se prend à la racine des nageoires de la poitrine, est d'un pouce & quelques lignes. La grosseur de son corps augmente depuis l'extrémité du bec jusqu'à ces nageoires & diminuë de même, peu à peu, delà jusques à la queuë. Il n'a point d'écailles, mais sa peau est un peu rude. Les nageoires de la poitrine, & du ventre, de même que sa queuë sont d'une couleur brune foncée, celle du dos & de l'anus d'un brun plus clair. Une raiure, aussi brune, longitudinale, qui commence de côté & d'autre à l'ouverture des lévres, court sur les côtés jusques à la queuë & va se perdre dans sa nageoire, après s'être dilatée & retrécie en chemin, dans la même proportion que le corps du poisson grossit & diminue. Le reste de la surface est d'une couleur cendrée. Sa gueule triangulaire contient nombre de petites dents. La machoire inférieure avance de deux lignes plus que la supérieure. Ses yeux sont petits, placés de chaque coté derriére les angles des lévres. Sur le sommet de sa tête, qui prise du bord de la machoire supérieure jusqu'au dos est de figure elliptique, il y a une espéce de bouclier très singulier, un

ſingulariſſimi. In planitie nimirum hujus ſcuti, quod palato alicujus animalis quadantenus ſimile eſſe diceres, rugæ XXII prominulæ, transverſales, pulcherrime juxta ſe invicem digeſtæ, numerentur, quas linea longitudinalis, extuberans, per medium ſcutum a principio ad finem usque decurrens, interſecat, duasque veluti ſcalas, inter ſe contiguas, efformat, ſingulas per XXII diaphragmata diviſas. Extrema iſtarum rugarum dorſa acutis veluti hamulis gaudent, quorum ope credibile eſt animal ſemet ad alia corpora defigere; maxime quum ſuctio etiam accedat. Sic ventri Tiburonis firmiter adhærescit, hocque capto una capitur. Navibus autem ſeſe adfigere, harumque curſum remorari; unde Remoræ nomen accepit; fabula eſt. Longitudo iſtius ſcuti eſt 2 unciarum, ac 5 linearum: latitudo unciæ unius. Singula ſeptula ad lineæ diſtantiam ab extremo margine demum incipiunt. Pone finem ejus in dorſo macula ſpadicea, ſemilunaris, conſpicitur. Pinnæ ſeptem habentur, 2 pectorales, totidem ventrales, dorſalis deinde atque ani pinna, tandemque flabellum, in quod cauda ſeſe expandit. Pectorales, paulo poſt branchias radicatæ, XIX oſſiculis ad extrema bifidis conſtant. Ventrales, pectoralibus magis poſticæ, in medio ventre ſitæ, inter ſe contiguæ, quinque ſingulæ oſſicula habent, quorum quodlibet in progreſſu in duos abit ramos, hique dein in plures minores nervulos dividuntur. Pinna dorſalis, aliquot unciarum intervallo ab extremitate ſcuti poſteriore incipiens, ad caudæ usque confinia ſeſe extendens, oſſiculis gaudet XXXVIII, quæ paullatim eo ſunt humiliora, quo caudæ propiora. Ani pinna, ſub initio pinnæ dorſalis exorta, oſſiculis firmatur XXXIV, itidem verſus caudam decrescentibus, primis tamen longioribus, poſtremis vero brevioribus, quam in pinna dorſali. Caudæ pinna fere in ſubrotundum finem deſinens, inſtar flabelli, XVIII oſſicula, in extremis ramoſa, gerit.

In manuſcriptis B. *Sebæ* memoratas invenio tres Remoræ ſpecies, colore potiſſimum inter ſe discrepantes, ceterum haud accurate deſcriptas, quarum unica duntaxat, quam exhibui, cum ad manus fuerit, de duabus reliquis quod dicam non habeo.

Num. 3. *Chætodon cærulescens, dorſo nigro; cauda fere æquali, ex albido & nigro varia; aculeo ad caudam utrinque uno verſus caput directo.*


Libet pulcherrimum Pisciculum, cujus nec iconem nec deſcriptionem adhuc ab ullo Ichthyologorum datam invenio, meo ex muſeo depromptum huic Tabulæ inſerere. Referendus omnino videtur ad novum illud ab Artedio conſtitutum genus Chætodontum, cujus inter ſpecies permultas ſane, quas ſuperioribus aliquot Tabulis exhibuimus, aut quarum in ſua Ichthyologia mentionem Artedius facit, nondum deſcriptus habetur. Amboinenſis an ſit, haud certo dixerim. Capite eſt & corpore cathetoplateis. Caput inde ab oculis admodum oblique ad roſtrum devergit. Oculi ab utroque latere ſiti, grandes. Roſtrum, non productum, rictu parvo dentes ſubulatos, albos, contiguos, ſerratos, in utraque maxilla monſtrat. Figura piscis ovata poſteriore, quam anteriore extremo, paulo magis tenuatur. Magnitudinem omnemque ejus dimenſionem icon accurate exprimit. Colorem ſuperficiei ex cæruleo cinereum diſtinguit nigra tæniola, quæ a ſummitate utriusque oculi

un peu plus large derrière que devant; On compte dans le plan de ce bouclier, qui reſſemble aſſés au palais d'un animal, XXII rides, transverſales, très joliment rangées l'une vis à vis de l'autre. Une raie très marquée, qui s'étend en long par le milieu du bouclier depuis ſon commencement jusques à la fin, le coupe en deux, & forme ainſi comme deux échelles contigues, dont chacune a XXII échellons. Le bord ſupérieur de ces rides eſt garni de petits crochets pointus, par le moien desquels il paroit que l'animal s'attache aux autres corps, ſur tout ſi l'on fait attention, que l'action de ces crochets peut encore être aidée par une ſorte de ſuction. C'eſt ainſi qu'il s'attache fortement au ventre du Chien de Mer & qu'en prenant celui-ci on prend celui-là. Il n'eſt pas vrai, qu'il s'accroche aux vaiſſeaux & les arrête dans leur courſe, d'où le nom de *Remora* lui eſt donné. La longueur de ce bouclier eſt de 2 pouces, 5 lignes & ſa largeur d'un pouce. Chaque échellon commence ſeulement à la diſtance d'une ligne du bord. On voit une tache brune, en forme de demi-lune, derrière ce bouclier ſur le dos. Ce Poiſſon a ſept nageoires, deux à la poitrine, autant au ventre, une au dos, & à l'anus, & enfin l'éventail que forme ſa queuë. Les nageoires de la poitrine, qui ont leurs racines après les ouies, ont XIX arrêtes dont les extrémités ſont fourchues. Les nageoires du ventre, placées plus en arrière que celles de la poitrine, au milieu du ventre, contigues l'une à l'autre, ont chacune cinq arrêtes, qui dans leur longueur ſe partagent toutes en deux branches, lesquelles ſe ſubdiviſent encore en pluſieurs petits rameaux. La nageoire du dos, qui commence à quelques pouces d'intervalle de l'extrémité poſtérieure du bouclier & qui s'étend jusqu'auprès de la queuë, a XXXVIII arrêtes, qui diminuent peu à peu de hauteur, à meſure qu'elles ſont plus proches de la queuë. La nageoire de l'anus, qui nait ſous le commencement de celle du dos, eſt affermie par XXXIV arrêtes, qui vont de même en décroiſſant vers la queuë; les prémières cependant étant plus longues & les dernières plus courtes que celle de la nageoire du dos. La nageoire de la queuë finit presque en rond comme un éventail & ſe forme de XVIII arrêtes branchues vers leur extremité.

Je trouve qu'il eſt fait mention dans les manuſcripts de *Seba* de trois espèces de Remora, qui diffèrent entr'elles ſur tout par les couleurs, mais dont les deſcriptions ne ſont pas exactes. L'espèce que je viens de décrire, étant l'unique que j'aie eu entre les mains, je ne puis rien dire de deux autres.

N°. 3. *Chætodon bleuatre, aiant le dos noir, la queuë terminé par une ligne presque droite, & variée de blanc & de noir, avec une pointe tournée vers la tête, à chaque côté de la queuë.*

J'ai ajouté à cette planche ce beau poiſſon, pris de mon Cabinet, ne trouvant pas qu'aucun Ichthyologue en ait donné ni la deſcription ni la figure. Il ſemble qu'on doit abſolument le raporter à ce nouveau genre de Chætodons, établi par *Artedi:* quoiqu'on ne trouve ſa deſcription, ni parmi ce grand nombre d'espèces que nous en avons données, dans quelques planches précédentes, ni parmi celles dont *Artedi* fait mention dans ſon Ichthyologie. Je dirai pas avec certitude qu'il ſoit de l'iſle d'Amboine. Il a la tête & le corps plus haut que large. Sa tête, va en descendant depuis les yeux jusqu'au bec. Ses yeux placés de deux côtés ſont grands. Son bec, qui n'eſt pas long, montre par une petite fente, dans l'une & l'autre machoire, des dents pointues, blanches, contigues, en forme de ſcie. La figure ovale du poiſſon s'exténue un peu plus dans ſon extrémité poſtérieure que dans l'antérieure. L'Eſtampe repréſente exactement ſa grandeur & ſes dimenſions. Sa couleur qui eſt bleu cendré eſt diſtinguée par une bandelette noire, qui commencant à l'extremité ſupé-



J. v. d. Spyk Sculps.

oculi incipiunt, paullatim latior, curvo ductu dorſum conſcendit, ac circa quartum pinnæ dorſalis oſſiculum maximopere ampliata, ultra tertiam latitudinis corporis partem verſus ventrem ſeſe diffundit, ubi ovali primum areola cærulescente intercepta, deinceps ad caudam æquabiliter pergens, ante hujus initium bifurcatur, binisque cruribus ſuis divergentibus ſecundum oras caudæ ad pinnæ usque extremitatem ſemet protendens, albo flavescentem caudæ colorem ſuo veluti ſinu excipit, ſingularemque in modum diſtinguit. Squamæ aſperulæ, perquam tenues, univerſum corpus tegunt. Aperturæ branchiarum parvæ. Pinnæ pectorales, ad radicem branchiarum ortæ, ventri quam dorſo propiores, baſi ſua nigricantes, reliqua parte flaventes, oſſiculis omnibus mollibus & ramoſis gaudent. Pinna dorſalis, inde ab occipite ad caudam usque porrecta, ex cinereo nigricans, octo priora oſſicula rigida habet & aculeata, reliqua mollia. Pinnæ ventrales, ano vicinæ, interventu membranulæ ad radicem ſuam ventri adfixæ, ut erigi ad perpendiculum non poſſint, duobus conſtant oſſiculis, priore robuſto, aculeato, longiore, altero molli, ramoſo. Pinna ani, inde ad caudam usque protenſa, anteriora tria oſſicula habet rigida, aculeata, gradatim grandiora; reliqua mollia. Cauda in pinnam abit fere æqualiter terminatam. Aculeus magnus in utroque latere caudæ, ſuo quilibet in ſulco latens, cuſpide antrorſum directa, conſpicitur. Hæc ſunt, quæ in pisce diu liquore ſpirituoſo macerato obſervare licuit.

TABULA TRICESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Squalus varius; naribus ori proximis; foraminibus pone oculos; ſpiraculis utrinque quaternis; cauda longiſſima.*

Piscis pro rapace generis ſui indole horrendus picturæ tamen varietate non inamœnum exhibet ſpectaculum: rufo enim colore undique ſuffuſus albicantibus lineis transverſis maculisque elegantiſſime diſtinguitur. Nec ſcio ab ullo Ichthyologorum deſcriptum eſſe. Indubium, ad Squalos vel Galeos pertinere; quanquam id præ quibusvis aliis hujus generis ſpeciebus hactenus deſcriptis privum ſibi ac proprium habet, quod quatuor modo ſpiraculis branchiarum utrinque gaudeat, dum quinarius numerus, tanquam univerſæ familiæ communis, etiam inter notas characteriſticas recenſetur. Nec dixero luſum eſſe, quando in duobus ſpeciminibus attente inquirenti occurrit. Rictus transverſus in prona capitis parte hiat. Ante hunc nares patent ſua ſingulæ barbula vel cirro munitæ. Pone oculos, ſatis quidem minutos, duo hiant foramina, auditui, ut nonnullis videtur, deſtinata. Ceterum duæ adſunt pinnæ pectorales, totidem ventrales, una ani, duæ autem dorſales, prior ad finem latiſſimæ partis dorſi, poſterior paulo ante pinnam ani; omnes molles, oſſiculis atque aculeis expertes. Poſt ani pinnam fimbria membranacea ſecundum imam caudæ regionem ad extremum usque ſeſe extendit maculis orbicularibus albis concinne notata. Cauda pro corporis mole longiſſima eſt. Totius piscis longitudo ſedecim uncias exæquat.

Num. 2.

ſupérieure des deux yeux, s'élargiſſant peu à peu, monte ſur le dos par un chemin tortu & s'étant extrémement dilatée, aux environs de la quatrième arrête de la nageoire du dos, occupe plus d'un tiers de la largeur du corps & ſe repand vers le ventre. Là elle entourre d'abord un petit plan ovale & bleuatre & court enſuite jusqu'à la queuë; avant le commencement de laquelle elle ſe fourche & la bordant de ſes deux jambes divergentes tout du long, jusqu'au bout de ſa nageoire, elle embraſſe, pour ainſi dire, ſa couleur blanc-jaune & la fait briller d'une façon toute particulière. Son corps eſt tout couvert de petites écailles âpres & fort minces. Les ouvertures de ſes oreilles ſont petites. Les nageoires de la poitrine, qui commencent à la racine des ouyes, plus proches du ventre que du dos, aiant la baſe noiratre & le reſte jaune, ont toutes leurs arrêtes molles & branchues. La nageoire du dos, qui s'étend depuis l'occiput jusqu'à la queuë, de couleur noire-cendrée, a les huit arrêtes antérieures, roides pointues, & les autres molles. Les nageoires du ventre, près de l'anus, attachées au ventre à leur racine, par le moien d'une membrane, de ſorte qu'elle ne peuvent ſe dreſſer perpendiculairement, ont deux arrêtes, dont la prémière eſt plus longue, roide & pointue, l'autre branchue & molle. L'aileron de l'anus, qui s'étend de là jusqu'à la queuë, a les trois prémières arrêtes rigides, pointues, s'aggrandiſſant par dégré; les autres ſont molles. La queuë finit par un aileron presque égal. On apperçoit, dans chacun des côtés de la queuë, un grand aiguillon, caché dans ſon ſillage & portant ſa pointe ſur le devant. Voilà ce que j'ai pu obſerver dans ce poiſſon, qu'une liqueur ſpiritueuſe a longtems mortifié.

PLANCHE TRENTE-QUATRIE'ME.

N°. 1. *Squalus ou Chien de mer bigaré; aiant les narines très près de la gueule; des ouvertures derrière les yeux; quatre ſoupiraux de chaque côté, la queuë très longue.*

Ce poiſſon, terrible par la rapacité qui eſt propre à ſon genre, ne laiſſe pas de plaire par la variété de ſes couleurs: il ſe fait remarquer par des lignes blanchatres qui s'étendent ſuivant la largeur de ſon Corps, & des taches repandues de tout côté ſur un fond roux. Je ne ſcais aucun Ichthyologue qui en ait fait la deſcription. Il appartient indubitablement à la claſſe des Squali ou Galei, c'eſt-à-dire, des Chiens de mer ou Requins; quoi qu'il ſe diſtingue particulièrement de toutes les eſpèces du même genre, jusqu'à préſent décrites, par quatre ſoupiraux qu'il a ſeulement aux ouyes, de chaque côté, au lieu que toutes les autres en ont cinq ſans exception, ce qu'on regarde comme l'un des caractères de ce genre. Puisque j'ai trouvé cela dans deux ſujets, je ne dirai pas que ce ſoit un jeu de la Nature. Son muſeau eſt fendu transverſalement à la partie inférieure de la tête. En devant s'ouvrent les narines, garnies chacune d'un filet. Derrière les yeux, qui ſont aſſés petits on apperçoit deux trous que pluſieurs prennent pour les organes de l'ouye. Du reſte il a deux nageoires à la poitrine, deux au ventre, une à l'anus, deux au dos; l'antérieure eſt à la fin de ſa partie la plus large & la poſtérieure un peu devant celle de l'anus: toutes ſont molles ſans arrêtes & ſans pointes. La Nageoire de l'anus eſt ſuivie d'une frange membraneuſe qui s'étend le long de la région inférieure de la queuë, jusqu'au bout, ornée de taches blanches & rondes, très bien rangées. La queuë eſt très longue par raport au volume du corps. La longueur du poiſſon eſt de ſeize pouces.

N°. 2.

Num. 2. *Baliſtes varius, dorſo monacantho; roſtro ſuillo; macula nigra in extrema cauda.*

Piſciculus elegans ad Baliſtas Artedi, aut ad Capriſcos Kleinii pertinere videtur, nondum tamen, quod ſciam, ab Autorum ullo accurate deſcriptus. Mole non major eſt, quam icone exhibetur. Superficiem griſeo flaveſcentem maculæ ſaturatiores, ordinatæ, areolarum inſtar, pulchre variegant. Roſtrum longe prominulum abſciſſo velut extremo aliquid ſuilli refert. Pone occiput ex dorſi initio unicus emergit aculeus oſſeus, longus, retrorſum reclinatus. Poſt hunc e medio fere dorſo prodit pinna, inde ad caudam usque protenſa, oſſiculorum circiter xxx. Pinnæ pectorales, breves, x oſſiculis conſtant. Pinnarum ventralium loco oſſiculum datur robuſtum, ſerratum, caudam verſus recurvum, quod ligamenti interventu ad ventrem defigitur, ut erigi ad perpendiculum non poſſit. Ani pinna, itidem ad caudam usque porrecta, xxix oſſiculis firmatur. Caudam ſeptem fere ramoſa oſſicula conſtituunt. Nigra autem macula in ejus extremitate conſpicitur. Ambitus quaſi rhomboideus eſt.

Num. 3. *Tetragonoptrus argenteus, capite grandi, exſerto; appendicula membranacea in extremo dorſo; cauda multum bifurca.*

Ad genus *Tetragonoptri* Kleinianum pertinere videtur piſciculus admodum concinnus, quem ad exemplum Muſei Sebani curate delineatum, ac dein ex icone deſcriptum exhibemus. Cathetoplateus, latus, tenuis, caput ſat grande protendit, oculis magnis, rubicundis, utrinque ſitis, præditum. Rictus amplus. Utraque maxilla, quarum inferior longior, acutos gerit denticulos. Pinna dorſalis è ſummitate dorſi prorumpit, non niſi xII conſtans oſſiculis, quorum primum brevius, alterum prælongum, reliqua deinceps ſingula ſingulis breviora ſunt, ut ordine poſteriora. In extremo dorſo, prope caudam, membranacea quaſi pinnula, admodum transparens prominet. Pinnæ pectorales, proxime poſt branchias, humiliore tamen loco, ſitæ xI ſingulæ oſſicula gerunt. Ventrales, longius ab illis remotæ, vI oſſiculorum. Pinna ani, inde a medio fere ventre ad caudam usque protenſa, oſſiculis firmatur xxxIII, quorum x anteriora rigida ſunt & aculeata, reliqua mollia, ramoſa. Cauda, profunde bifida, xIx gaudet oſſiculis ramoſis, extimis longiſſimis, verſus medium paullatim decreſcentibus. Linea lateralis a branchiis ad mediam fere caudam leviſſimo tantum curvamine decurrit. Tono argenteo undequaque reſplendet ſuperficies. Longitudo eſt ab extremo maxillæ inferioris ad mediam usque caudam 3 unciarum & 6 linearum: latitudo maxima unciæ 1 & 9 linearum.

Num. 4. *Solenoſtomus varius, roſtro cirrato; pinnis dorſali & ventralibus prælongis.*

Primo intuitu abnormis apparet hic piſciculus; at accuratiore examine, quidquid extrinſecus ad piſcem requiritur, oſtendit. Ad genus Solenoſtomi a Kleinio conſtitutum jure ſuo referendus eſſe vide-

N°. 2. *Baliſtes, bigaré, aiant le dos doué d'un aiguillon, le groüin d'un cochon; une tâche noire au bout de la queuë.*

Il ſemble que ce beau petit poiſſon appartienne à la claſſe des Baliſtes d'Artedi ou à celle des Caprisci de Klein. Je ne ſcache pas neantmoins qu'aucun Auteur jusqu'à préſent en ait donnée une deſcription exacte. Son volume n'excède pas celui que l'eſtampe repréſente. Sa ſurface de couleur gris-jaune eſt agreablement mouchetée de taches plus foncées, regulièrement diſpoſées. Son groüin, qui s'allonge & dont le bout eſt comme tronqué, reſſemble aſſez à celui d'un cochon. Derrière l'occiput, au commencement du dos, s'élève un os pointu, long, retournant en arrière. Au delà presque du milieu du dos nait la nageoire, qui s'étend jusqu'à la queuë, compoſée d'environ xxx arretes. Celles de la poitrine qui ſont courtes en ont x. Au lieu des nageoires du ventre il a un arrête, forte, en forme de ſcie, recourbée vers la queuë, laquelle s'attache au ventre par le moien d'un ligament, afin qu'elle ne puiſſe prendre une direction perpendiculaire. La nageoire de l'anus s'étend de même jusqu'à la queuë; elle eſt ſoutenue de xxix arretes. La queuë eſt compoſée de ſept arrêtes à peu près branchues. On voit une tache noire à ſon extremité. Son contour eſt presque rhomboide.

N°. 3. *Tetragonoptrus argenté, aiant la tête grande & diſtincte, une appendice membraneuſe à l'extrémité du dos, & la queuë très ſenſiblement fourchue.*

Il ſemble, qu'on peut rapporter au genre des *Tetragonoptres* de Klein, ce petit poiſſon fort régulier, que nous avons fait graver avec ſoin ſur l'original pris du Cabinet de Seba & dont nous donnons enſuite la deſcription faite ſur l'eſtampe. Sur un corps perpendiculairement applati, large, mince, il porte une tête groſſe avec des yeux grands & rougeatres ſitués des deux côtés. Sa gueule eſt grande & ſes deux machoires, dont l'inférieure eſt la plus longue, ſont garnies de petites dents aigues. De l'éminence du dos s'élève ſa nageoire qui n'a que xII arrêtes, dont la prémière eſt plus courte & la ſeconde très longue. Les ſuivantes vont toujours en diminuant de longueur à meſure qu'elles ſe ſuivent. Au bout du dos près de la queuë s'élève une eſpèce de nageoire membraneuſe fort tranſparente. Les nageoires de la poitrine ſuivent les ouyes de très près, placées neantmoins plus bas. Chacune a xI. arrêtes. Celles du ventre, qui en ſont plus éloignées, en ont vI. La nageoire de l'anus, qui du milieu du Corps ou du ventre s'étend jusqu'à la queuë, eſt ſoutenuë par xxxIII arrêtes, dont les x prémières ſont roides & pointues, les ſuivantes molles & branchues. La queuë profondément fourchue a xIx arrêtes branchues, dont les prémières & les dernières ſont très longues & vont en diminuant à meſure qu'elles approchent du milieu. Une raïure latérale, tant ſoit peu courbe, parcourt ſa longueur depuis les ouies, presque jusqu'au milieu de la queuë. Sa ſurface brille de tout côté comme de l'argent. La longueur du poiſſon, priſe du bout de la machoire inférieure jusqu'au milieu de la queuë, eſt de 3 pouces 6 lignes & ſa plus grande largeur d'un pouce 9 lignes.

N°. 4. *Solenoſtomus, bigaré, aiant la gueule armée de filets, & les nageoires du ventre & du dos très longues.*

A la prémière vuë ce petit poiſſon paroit un monſtre; mais ſi on l'examine plus attentivement, on lui trouve tout ce qui fait l'extérieur d'un poiſſon. Il ſemble qu'on doit le raporter au genre des

videtur. Roſtro gaudet tubuloſo, prælongo, cujus extremitas, paulo latior, ſurſum recurva, oblique veluti abſciſſa eſt. Ima roſtri ſede, per totam ejus longitudinem, ſex paria nigricantium cirrorum aut barbularum propendent. Pari poſtremo oculi ſuperimminent. Caput latiusculum, anguloſum, de poſtica ſua regione, tanquam de cervice, longam promit pinnam ex IV oſſiculis conſtantem. Initio ventris duæ itidem prægrandes conſpiciuntur pinnæ, ſacci inſtar expanſiles, ſingulæ ſeptem oſſiculis prælongis firmatæ. Ad finem harum pinnarum, qua corpus in caudam tenuari incipit, ſuperne ac inferne inſigne elevatur tuber, eque dorſo ſuperioris minima ſeſe effert pinnula trium oſſiculorum. Cauda tenuis in flabellum ſe expandit XIII. oſſiculorum. Univerſam pisciculi ſuperficiem flavescens tingit color, quem lineæ ac maculæ ſaturate fuſcæ perquam eleganter diſtinguunt. Longitudo eſt 3 unciarum & 9 linearum.

Num. 5. *Amphiſilen cauda recta.*

Aliquot hujus pisciculi, ſane quam ſingularis, ſpecimina, tum ſicca, tum ſpiritu demerſa, Muſeum B. SEBÆ nobis exhibuit. H. Ruyſchius *collect. nov. Piſc. Amboin. Tab.* III. *n.* 7. primus, ni fallor, inter Ichthyologos, utcunque ſimilem pingit, ac nomine *Ican Peixe* deſcribit, numerandum inter Acus eſſe exiſtimans. Kleinius deinde Hiſtor. Piſc. natur. miſſu IV. pag. 28. eundem curatius deſcriptum, atque icone 6. Tab. VI. exacte delineatum tradit, ob roſtratam capitis & caudæ productionem nomine *Amphiſilenis* donatum. Ab utroque, tum Ruiſchii, tum Kleinii, pisce noſter discrepat; ut diceres tres iſtius generis ſpecies notas eſſe, caudæ extremo potiſſimum diverſas. Prioris cauda, extremo bifida, in duas cuſpides, alteram rectam, alteram recurvam, deſinit. Kleinii exemplum cauda gaudet in aculeum aduncum, mediante articulatione, exeunte. Noſtro cauda uno eodemque recto acumine terminatur. Sic dati nominis ratio patet. Ceterum plurima in hoc pisce inuſitatiſſima occurrunt. Roſtrum valde productum, nec in maxillas diſtinctum, nec rictu diductile, tubo translucente excipere, atque in ventrem deferre alimentum videtur. Oculi ſat manifeſti, utrinque ad ſummum capitis marginem locati. Pinna dorſalis nulla. Branchiæ apertæ. Pinnæ pectorales duæ, multum tranſparentes, ſex linearum intervallo a branchiis poſitæ, XI oſſiculis conſtant. Juxta imam roſtri oram tenerrimæ duæ membranulæ, pendulæ, ex aureo perlucidæ, ad ventris usque initium decurrunt: inde vero alia ſimilis pinna veluti membranacea, quam ventralem diceres, exorta ad caudæ usque viciniam protenditur, diaphana, aciem quaſi cultri referens, ac XII albis ſtriis, tanquam vasculis, conſpicua. Pone hanc pinnula, forte ani dicenda, ſeſe offert ex X oſſiculis conflata. Quin & huic vicina alia cernitur pinnula, ex VI oſſiculis compoſita, cui lamella iterum membranacea juncta eſt tribus aculeis inſtructa. Vides Lector! totum piscem heteroclitum eſſe. Subſtantiam ejus fere corneam diceres pro maxima parte. Univerſa ſuperficies ex aureo reſplendet. Medio corpore velut ſpeculi ſpeciem efformat area quadrata eleganter tranſparens.

Num. 6.

des *Solenoſtomus* établi par Klein. Il a le bec formé en tube, très long, dont le bout, un peu plus large & recourbé en deſſus, eſt comme obliquement tronqué. De la partie inférieure de ce bec, ſelon toute ſa longueur, on voit pendre ſix paires de filets ou mouſtaches noiratres. Les yeux ſortent au deſſus de la dernière paire. Sa tête un peu large & angulaire produit, à ſa partie poſtérieure qui ſert de cou, une longue nageoire, qui a IV arrêtes. On en voit de même deux très longues, au commencement du ventre, qui peuvent s'ouvrir en forme de ſac, ſoutenues chacune par ſept arrêtes. Au bout de ces nageoires, là où le corps commence à s'exténuer pour former la queuë, s'élèvent en deſſus & en deſſous deux tubercules notables, dont le ſupérieur porte ſur ſon dos un très petit aileron formé de trois arrêtes. Sa queuë qui eſt mince s'ouvre en un éventail de XIII arrêtes. Toute la ſurface du poiſſon eſt d'un jaune très élégamment diſtingué par des lignes & des taches fort brunes. Sa longueur eſt de 3 pouces, 9 lignes.

N°. 5. *Amphiſilen, à queuë droite.*

Le Cabinet de *Seba* nous a fourni quelques poiſſons de cette eſpèce qui eſt très ſingulière. Les uns ſont ſecs, les autres ſont dans de l'eſprit de vin. Ruiſch ſi je ne me trompe, eſt le prémier des Ichthyologues, qui dans ſa collection nouvelle des poiſſons d'amboine Tab. III. n. 7. ait repréſenté & décrit un poiſſon, en quelque ſorte reſſemblant à celui ci. Il le nomme *Ican Peixe*, croiant qu'on doit le raporter au genre des Aiguilles. Klein enſuite en donne une deſcription plus exacte dans ſon Hiſt. nat. des poiſſons, *renvoi* IV. pag. 28. & le repréſente parfaitement par l'eſtampe 6 de la planche VI. ſous le nom d'*amphiſilen*, parce qu'il a la tête & la queuë longues en forme de bec. Notre poiſſon diffère tant de celui de Ruiſch, que de celui de Klein; vous diriés que ce genre a trois espèces connues, qui différent ſur tout par l'extrémité de la queuë. La prémière a le bout de la queuë fendu en deux pointes, dont l'une eſt droite & l'autre recourbée. Dans l'eſpèce de Klein, la queuë finit en une pointe crochue, qui lui eſt attachée par articulation. Dans le nôtre la queuë ſe termine par une ſeule & même pointe droite, à laquelle il doit évidemment ſon nom. Du reſte ce poiſſon a bien des caractères extraordinaires. Son bec qui eſt ſans macheoire & qui ne peut s'ouvrir, ſemble être un tube transparent qui reçoit les alimens & les conduit dans le ventre. Ses yeux aſſez apparens ſont placés des deux côtés ſur le plus haut bord de la tête. Son dos eſt ſans nageoire. Ses ouyes ſont ouvertes. Les deux nageoires de la poitrine, fort tranſparentes, placées à la diſtance de ſix lignes des ouyes, ont XI arrêtes. Le long du bas bord du bec ſont ſuſpendues deux petites membranes, dorées, diaphanes, très delicates, qui s'étendent jusqu'au commencement du ventre. De là ſort une ſemblable nageoire, presque membraneuſe, qu'on nommeroit celle du ventre, & s'étend jusques près de la queuë; elle eſt tranſparente, reſſemble presque à la lame d'un couteau & ſe diſtingue par XII canelures blanches, comme par autant de petits vaiſſeaux. Derrière elle on voit un aileron, fait de X arrêtes, peut-être celui de l'anus. On en voit même un autre, auprès, compoſé de V arrêtes, auquel ſe joint encore une petite lame, membraneuſe, à trois pointes. Le lecteur voit combien ce poiſſon eſt extraordinaire. On diroit que la plus grande partie de ſa ſubſtance eſt de corne, toute ſa ſurface brille comme l'or. Le milieu de ſon corps forme un plan quarré élégamment tranſparent, comme une eſpèce de miroir.

N°. 6.

Num. 6. *Gymnotus nigricans; capite plagioplateo; cauda curta, obtuſa: virtute* Torpedo.

Piscem hunc ad *Gymnoti* genus pertinere & dorſi nuditas ſatis oſtendit & caudæ attenuatio: at a ſpeciebus Tabula XXXII. exhibitis diſcrepare, ſuoque in genere ſingularem eſſe, facile intelliget, qui cum prioribus contulerit. Deprompſi eum ex Theſauro Rerum Naturalium, qui ad uſus publicos Academiæ Lugduno-Batavæ cum maxime colligitur, novis in dies acceſſionibus lætiſſime augeſcens. Dono autem datus eſt ab Ampliſſimo Viro s'GRAVESANDE, coloniæ Belgarum Americanæ, cui *Eſſequebo* nomen eſt, Præfecto, qui pro laudabili ſua munificentia, inter plurimos alios illius regionis pisces oppido raros, iſtum quoque transmiſit, adjunctisque literis teſtatus eſt, vivum, ſi contrectatur, ſimilem prorſus vim narcoticam exſerere, ſtuporemque inducere, ac Torpedinem Piscem. Quod quidem eo ſane mirabilius eſt, quum, ſi utriusque genus ſpectes, toto cœlo alter ab altero discrepet.

Caput plagioplateum, antrorſum cum inſigni latitudine veluti preſſulum, rictu perquam modico aperitur. Maxillæ æquales: minuti in utraque dentes, tactu magis, quam viſu, discernendi. Oculorum nulla fere invenias veſtigia: curioſius tamen inquirenti haud procul ab ore poſiti comparent quam minutiſſimi. Branchiæ parum patulæ ſunt. Statim pone eas pinnæ pectorales, pro piscis magnitudine perparvæ, molles, ambitu rotundato, extant, vix quatuor lineas latæ, at 30 tamen oſſiculis ſingulæ firmatæ. Dorſum convexum, craſſum, bene fartum, glabrum & æquale, ne notam quidem alicujus pinnæ exhibet. Linea lateralis, utrinque dorſo proxima, a capite ad extremam usque caudam decurrit. Cauda, ex corpore attenuato nascens, in extremum definit obtuſius, nec, uti in congeneribus, ſubulam protendit. Pinna unica, ad ventris initium exorta, per univerſam deinceps animantis longitudinem, non interrupta oſſiculorum ſerie, ad finem usque caudæ exporrigitur, obtuſo hujus extremo velut circumflexa. Tota autem mollis eſt, nuſpiam rigentibus firmata oſſiculis, ejusdem fere ubique latitudinis, niſi quod paulum amplietur, qua corpus in caudam gracilescere incipit. Ceterum nec deeſt membranacea illa appendix, ſupra in aliis Gymnoti ſpeciebus deſcripta, quæ ventrem inter atque longiſſimam ejus pinnam media decurrens pro hujus baſi ac fulcimento eſſe videtur. Inde & prona piscis facies ex craſſo dorſo paullatim verſus fimbriam pinnamque ſuam convergens utcunque cultri ſimilitudinem exprimit. Numerum oſſiculorum pinnæ inire ob mollitiem difficillimum eſt; quum ad 330 usque procedat. Cutis glabra eſt, ſine ſquamis, plurimis tamen pertuſa porulis, coloris cinereo nigricantis. Diceres maculatum aut variegatum aliquid interlucere: ſed dubium, anne nativum ſit, an attritui debeatur. Longitudo eſt 21 unciarum: latitudo maxima ad extremitatem usque pinnæ ventralis 2 lineas ſupra 2 uncias exæquat: craſſities dorſi eſt 1 unciæ ac 2 linearum. Capitis latitudo duabus unciis aliquanto major eſt.

Suffi-

N°. 6. *Gymnotus noirâtre, aiant la tête platte, la queuë courte & obtuſe, doué de la même vertu que la* Torpille.

La nudité du dos & l'exténuation de la queuë montrent aſſez que ce poiſſon eſt du genre des *Gymnotes*, mais ſi on le compare avec les espèces repréſentées à la Planche XXXII. on découvrira aiſément qu'il en diffère & qu'il eſt ſingulier dans ſon genre. Je l'ai tiré du Cabinet des Curioſités Naturelles de l'Académie de Leide, qui s'augmente de jour en jour par de nouvelles acquiſitions, deſtinées à l'utilité publique. On eſt redevable de ce Poiſſon à la généroſité de Mr. s'GRAVESANDE, Directeur de la Colonie Hollandoiſe d'*Eſſequebo* en Amerique; il l'a envoié avec un grand nombre d'autres de la même region extrêmement rares. Il aſſure dans ſa Lettre, que ſi l'on vient à toucher celui-ci vivant il a la même vertu narcotique & cauſe le même engourdiſſement que la Torpille. Ceci eſt d'autant plus merveilleux, que ſi vous comparés ces deux genres de poiſſons, vous les trouverés tout-à-fait différents.

Sa tête applattie & comme comprimée ſur le devant eſt fort large & a une très petite gueule. Ses machoires ſont égales, garnies l'une & l'autre de petites dents, plus faciles à diſtinguer par le toucher que par la vuë. A peine voiés vous quelques traces des yeux, ce n'eſt qu'à force d'attention qu'on les découvre; ils ſont très petits, & ſitués près de la gueule. Ses ouyes ſont peu ouvertes. Derrière elles commencent d'abord les nageoires de la poitrine, qui ſont très petites, eu égard à la grandeur du poiſſon, molles, d'un contour arrondi & larges à peine de quatre lignes, quoique compoſées chacune de 30 arrêtes. Son dos qui eſt convexe, gros, bien rempli, liſſe & égal, n'a pas la moindre apparence de nageoire. La raïure latérale, fort proche du dos des deux côtés, court depuis la tête jusqu'à l'extrêmité de la queuë. Le Corps en s'amoindriſſant forme la queuë, qui eſt terminée par un bout obtus & ne s'allonge pas en pointe comme dans les poiſſons du même genre. Une nageoire unique, qui nait du commencement du ventre, parcourt toute la longueur du poiſſon, ſoutenuë par une rangée d'arrêtes non interrompuë jusqu'à l'extrêmité de la queuë, vers laquelle elle ſemble un peu s'écarter de la ligne droite. Elle eſt toute mollaſſe & ſes arrêtes ne piquent nulle part; par tout également large, excepté qu'elle ſe dilate un peu à l'endroit où le corps s'extenuë pour former la queuë. Du reſte on lui trouve, comme aux autres espèces de Gymnotes, cette appendice membraneuſe, qui placée entre le ventre & cette longue nageoire, ſemble en être la baſe & le ſoutien. Ce poiſſon a le dos aſſez épais, mais ſon Corps devient plus mince à meſure qu'il approche de la nageoire, ce qui lui donne en quelque façon la figure d'un couteau. Il eſt très difficile de compter les arrêtes de cette nageoire à cauſe de ſa molleſſe, car elle en a jusqu'à 330. Ce poiſſon a la peau unie, ſans écailles & percée d'un très grand nombre de petits pores; elle eſt de couleur noiratre; on croit voir quelque choſe de tacheté ou de bigaré qui reluit à travers, mais il eſt douteux ſi cela eſt dû à la Nature ou au frottement. La longueur du poiſſon eſt de 21 pouces, ſa plus grande largeur jusqu'à l'extrêmité de la nageoire du ventre eſt de 12 pouces & 2 lignes. Le dos a un pouce & 2 lignes en épaiſſeur. La largeur de la tête excède un peu 2 pouces.

Il

Sufficere isthæc poterant pro Autoris instituto. Verum occurrit in Ejusdem splendidissimo piscium museo piscis oppido singularis, ab Artedio quidem Gener. piscium. pag. 25. memoratus, nec descriptus tamen, cujus quoque historiam in manuscriptis Artedianis, quæ ad museum Sebanum spectant, nequaquam invenire licuit. Is igitur tametsi interea temporis, industria Consultissimi L. T. Gronovii Mus. Ichthyolog. Tom. I. n. 32. pag. 12. descriptus atque adjecta icone publice exhibitus fuerit; quum tamen Autori nostro proprius sit; vindicari omnino atque auctarii loco superaddi meretur: & magis etiam ideo, quia haud pauca supersunt de eodem dicenda, notatu dignissima, quæ in modo laudato opere Gronoviano non attinguntur. Quin forte diversa hujus generis species est, quam hic exhibemus; nisi mavelis in sexu ponere differentiæ rationem.

Num. 7. *Anableps, lineis quatuor longitudinalibus ad utrumque latus; processu tubulato ad pinnam ani.*

Americæ incola hic piscis in aquis Surinami & Essequebo invenitur. Incertum tamen, dulces an salsas aquas habitet. Inter recentiores æque ac veteres Ichthyographos nemo est, ejus qui in scriptis suis ante Artedium mentionem fecerit. Hic autem, ut primum in museo Sebano conspexit, examinavitque, ad Malacopterygios in opere suo Ichthyologico retulit, ac singulare genus pro eodem constituit, nomenque pisci dedit pro more suo appropriatum, a singulari oculorum situ, quo piscis iste a ceteris sese distinguit, petitum.

Corpus, inde a capite ad pinnam usque dorsalem, plagioplateum, paullatim teretem deinceps formam induit; dorso tamen magis in planum depresso, quam ventre, cujus major aliqua convexitas est. Squamæ, universum corpus tegentes, per cervicem ad labia oris usque, inque ipsa branchiarum opercula sese diffundunt. Capitis vertex, utcunque intropressus, utroque latere emittit orbitas duas, osseas, sursum extuberantes, squamosas, oculis continendis dicatas. Labia, squamis nuda, acutis denticulis instructa, vi suorum musculorum, pro lubitu piscis, sub anteriore parte palati recondi possunt. Pisce resupinato diceres ex angulis labiorum minutos propendere duos cirrulos, qui tamen, rite examinati, non sunt, nisi laxiores plicæ ejus membranæ, quæ commissuram labiorum efformat. Dorsum ex fusco nigricat: venter ex albido flavescit: latera, ut huic illive propius accedunt, alterutrius etiam colore tinguntur, insuperque quatuor monstrant lineas, nigrescentes, quæ a pectore, secundum piscis longitudinem, parallelo ductu ad caudam usque protensæ, hujus in radice evanescunt. Caput superne fuscum, ad latera ex flavo resplendet. Oculi, ex flavo nitentibus globulis similes, orbitis saturate fuscis insident. Pinnæ omnes fusci sunt coloris, ad extrema utcunque dilutioris. Linea lateralis nulla. Pinnæ septem numerantur: una dorsalis; pectorales duæ; duæ ventrales; pro pinna ani processus tubiformis, ac denique cauda pinnata. Dorsi pinna, ab occipite quatuor unciarum intervallo dissita, caudæ hinc multo, quam capiti, propior, ossiculis constat septem, primo simplice, reliquis ramosis. Pectorales pinnæ, sesqui lineæ distantia ab operculis oriundæ, grandes, ossiculorum sunt 22, primo excepto, ramosorum. Pinnæ ventrales, in media fere piscis longitudine sitæ, sex gaudent ossiculis, quorum prius simplex, cetera divisa. Pinna ani, tribus instructa ossiculis, indivisis, aculeatis, oblon-go,

Il auroit pu paroître, que c'en est assés pour le but de l'Auteur. Mais on a trouvé dans son magnifique cabinet de poissons, un poisson des plus singuliers, cité à la vérité par *Artédi* à la pag. 25. de son traité intitulé *Genera Piscium*, mais qu'il n'a point décrit, & dont on n'a jamais pu trouver l'histoire dans les manuscrits qu'il a laissés pour le cabinet de *Seba*. Et quoique sur ces entrefaites le célèbre L. T. *Gronovius* en ait donné la description dans son *Musæum Ichthyologicum*, *Tom. I. n.* 32. *pag.* 12. & qu'il l'ait même fait connoître par la figure qu'il y a jointe; comme néanmoins il appartient proprement à *Seba*, j'ai cru devoir le revendiquer en sa faveur, & l'ajouter ici en manière de supplément: j'y suis même d'autant plus porté, qu'il reste encore à dire de ce poisson bien des choses curieuses & tout-à-fait dignes de remarque, dont M[r]. *Gronovius* n'a fait nulle mention dans l'ouvrage qui vient d'être cité. Peut-être aussi que le poisson, que nous représentons ici, forme une toute autre espèce; à moins qu'on n'aime mieux supposer que la différence qui s'y trouve, vient du sexe même.

N°. 7. *Anableps, garni de chaque côté de quatre raies longitudinales, avec une appendice tubuleuse tout près de l'anus.*

Ce poisson se trouve en Amérique dans les eaux de Suriname & d'Esséquébo. Il n'est cependant pas bien certain s'il se tient dans l'eau douce, ou dans l'eau salée. De tous les Ichthyographes, tant anciens que modernes, il n'y en a aucun qui en ait fait mention dans ses écrits avant *Artédi*. Dès qu'il l'eut vu & examiné dans le cabinet de *Seba*, il le raporta d'abord, dans son Traité des Poissons, à la classe des Malacoptérygiens, & en fit un genre particulier, qu'il désigna, suivant sa coutume, par un nom qui convient à la disposition singulière des yeux, laquelle distingue ce poisson de tous les autres.

Depuis la tête jusqu'à l'aileron du dos le corps va en s'aplatissant, & s'arondit ensuite insensiblement: le dos est cependant un peu plus plat que le ventre, dont la convexité se fait remarquer davantage. Les écailles, qui couvrent tout son corps, s'étendent le long de la nuque jusqu'aux lèvres de la bouche, & vont même se répandre jusque dans les couvercles des ouïes. A chaque côté du sommet de la tête, qui est un peu enfoncé, paroissent deux orbites osseuses, dirigées en-enhaut, écailleuses, destinées à contenir les yeux. Les lèvres, dénuées d'écailles, & armées de petites dents pointues, peuvent, à l'aide de leurs muscles, se retirer & se cacher sous la partie antérieure du palais, selon que le poisson le juge à propos. Lorsque le poisson est couché sur le dos, on diroit qu'il sort des angles des lèvres, deux petits filamens pendans, mais qui étant bien examinés de près, ne sont autre chose que les plis relâchés de la membrane qui joint les deux lèvres ensemble. Le dos est d'un brun noirâtre: le ventre est d'un blanc tirant sur le jaune. Les côtés participent de la couleur du dos ou de celle du ventre, suivant qu'ils sont plus près de l'un ou de l'autre; & l'on y remarque de plus quatre raies noirâtres, qui s'étendent en long & parallèlement, depuis la poitrine jusqu'à la racine de la queue, où elles disparoissent. Le dessus de la tête est brun, mais elle devient d'un jaune éclatant sur les côtés. Les yeux ressemblent à de petites boulettes aussi d'un jaune luisant, & reposent dans des orbites d'un brun foncé. Tous les ailerons sont bruns, mais leur pourtour est un peu plus clair. Il n'y a point de ligne latérale. On compte sept ailerons: un sur le dos; deux sur la poitrine; deux sur le ventre; une appendice tubuleuse, qui tient lieu d'aileron à l'anus; & enfin l'aileron qui sert de queue. L'aileron du dos est distant de quatre pouces du derrière de la tête, & se trouve par conséquent beaucoup plus près de la queue que de la tête: il est composé de sept petits os ou arêtes, dont le premier est simple, & les autres divisés en rameaux. Il y a une ligne & demie de distance entre les ailerons de la poitrine & les couvercles des ouïes: ces ailerons sont grands, & ont 22 petits

go, tereti, membri genitalis fere æmulo, innititur tubulo, proxime pone anum emergenti. Cauda, rotundo ambitu in ventilabri formam expanſilis, 24 oſſiculis conſtat ramoſis, apparatu ſquameo prope ad mediam usque longitudinem ſuam conteſtis.

Atque hæc generatim de iſto piſce dicta ſufficiant. Supereſt, ut binæ partes, perquam ſingulares, quas ſibi privas hoc animal habet, oculi nimirum ac tubiformis pone anum proceſſus, paulo accuratius exponantur. Poſterior certe cum in piſce Gronoviano deſit, deſcribi quoque ab Autore non potuit. Nec vereor dicere, oculos etiam nondum cum cura examinatos proſtare. Etenim Artedius, qui primus nomen piſci a viſu ſurſum directo dedit, exiſtimaſſe videtur, eo quod globi oculorum ſurſum valde extuberent, eadem directione viſionem quoque a piſce exerceri. Gronovius autem, Artedium ſequutus, notata ſaltem oculorum de ſummo capite exſtantia, absque ulteriore indagine, acquievit. Unde operæ pretium fuerit, hoc loco ſuperaddere, quæ diligentiore contemplatione iſtarum partium detegere licuit.

Ad latera frontis, primo intuitu, comparent duo tubera, oſſea, ſquamis veſtita, interiore præſertim facie, qua ſeſe mutuo reſpiciunt, hemiſphærica. Has orbitas recte dixeris, eo quod oculos contineant, qui, forma globi, cavo ſuæ quisque orbitæ ita inſident, ut media fere parte recondantur, altera parte media inſigniter protuberent, nequaquam tamen ſurſum verticaliter directi, ſed extrorſum lateraliter. Pars iſta globi oculi protuberans duabus conſtat tunicis corneis, quarum altera ad inferiorem, altera ad ſuperiorem orbitæ oſſeæ marginem adnaſcitur, ſingulæ autem, extrorſum convexæ, quartam ſphæræ partem æquantes, qua ſeſe mutuo in medio contingunt, interventu chordulæ nigricantis, veluti tendineæ, inter ſe colligantur, ſicque univerſum, quod modo dixi, tuber hemiſphæricum conſtituunt. Extimæ iſtæ tunicæ admodum diaphanæ ſunt, ut prope per eas omnem oculi fabricam interiorem diſtinguere liceat. Quodſi ſuperiorem corneam de orbita ac de inferiore cornea reſecas, ſubtus conſpicuum ſe dat globulus flaveſcens, durus, lenti cryſtallinæ piſcium coctu induratæ ſimilis, qui & ipſe ſpiritu, quo conſervatus fuit piſcis, ita induruiſſe videtur. Iſte globulus cum per corneam ſuperiorem admodum diſtincte tranſpareat, Artedio forte impoſuit, ut crederet oculum ſurſum verſum eſſe. Verum tamen, aperta cornea inferiore, omnis ſtatim evaneſcit iſtius opinionis probabilitas. Etenim pone inferius hoc corneæ ſegmentum mox conſpicitur membranula, quæ, intermediæ cornearum chordulæ adnata, utcunque convexa, introrſum ſeſe usque ad fundum oculi protendit, diſtans aliquantum ab interna ſuperficie corneæ, cui ſubjacet, & cum hac veluti anteriorem oculi cameram efformans. Quin & in medio interioris hujus membranulæ circulare foramen, quæ pupilla eſt, patet, argentei nitoris margine fimbriatum, averſa facie, interventu tenuis membranulæ, cum ſupra memorato globulo conjunctum. Unde fit, ut, cum per corneam ſuperiorem introſpicis, globulum pupillæ inſidere videas. Quæ ſi quis accurate perpendit, ei manifeſtum eſſe debet, longe abeſſe, ut oculus iſte ſurſum perpetuo directus dici poſſit. Imo vero valida ejus ad orbitam ſuam adhæſio ne permittit quidem, ut unquam ſurſum convertatur. Ipſa quoque orbita ita poſita eſt, ut fere lineæ latitudine a perpendiculo verticis extrorſum declinet. Eluceſcit itaque omnia hic eum in modum com-

petits os, tous rameux, excepté le premier. Les ailerons du ventre, ſitués presque au milieu de la longueur du poiſſon, ſont garnis de ſix petits os, dont le premier eſt ſimple, & les autres diviſés. L'aileron de l'anus a trois petits os, non diviſés, pointus: il repoſe ſur un petit tuyau, allongé, arrondi, qui reſſemble presque à un membre viril, & ſort du voiſinage du derrière de l'anus. La queue a le pourtour arrondi, & peut s'étendre en manière d'éventail: elle eſt formée de 24. petits os rameux, couverts d'écailles, presque jusqu'au milieu de ſa longueur.

En voila aſſez pour ce qui concerne ce poiſſon en général. Il ne nous reſte plus qu'à faire mieux connoître deux parties bien extraordinaires, qui ſont particulières à cet animal, ſavoir ſes yeux, & l'appendice tubuleuſe qui eſt derrière l'anus. Ce tube ou tuyau ne s'étant pas trouvé dans le poiſſon de M[r]. *Gronovius*, on ne doit pas s'étonner qu'il n'en ait donné aucune deſcription. J'oſe même avancer, qu'on n'a pas encore jusqu'à préſent examiné les yeux avec toute l'exactitude requiſe. Car *Artédi*, qui eſt le premier qui ait déſigné ce poiſſon par un nom qui indique la manière dont il dirige ſa vuë en-enhaut, ſemble avoir cru, qu'il regardoit effectivement ſuivant cette direction, parce que les globes de ſes yeux ſont fixement pointés en-enhaut. M[r]. *Gronovius*, aïant ſuivi *Artédi*, s'eſt contenté de marquer comment les yeux débordent du ſommet de la tête, ſans faire ſur cela aucune autre recherche. Il eſt donc bon d'ajouter ici ce qu'on a pu découvrir de ces parties, après les avoir examinées avec plus d'attention.

On voit d'abord, ſur chaque côté du front, deux tubercules oſſeux, couverts d'écailles, faits en demi-globes, ſur-tout à la partie où ils ſe trouvent vis-à-vis l'un de l'autre. On peut avec raiſon les regarder comme les orbites, puisqu'ils contiennent les yeux, qui y ſont placés en forme de globe, comme dans un creux, de manière que presque une moitié eſt cachée, tandis que l'autre moitié déborde conſidérablement: ils ne ſont cependant pas dirigés verticalement en-enhaut, mais latéralement en dehors. La partie ſaillante du globe de l'œil eſt compoſée de deux tuniques cornées, dont l'une eſt attachée au bord inférieur de l'orbite oſſeuſe, & l'autre au bord ſupérieur. Ces deux membranes, convexes en dehors, faiſant chacune un quart de ſphère, ſe réüniſſent à l'endroit où elles ſe touchent dans le milieu, à l'aide d'un petit ligament noirâtre, qui paroît être tendineux, & forment de cette manière tout le tubercule demi-ſphérique dont je viens de parler. Ces tuniques extérieures ſont ſi transparentes, qu'on peut voir à travers presque toute la ſtructure intérieure de l'œil. Lorsqu'on ſépare la cornée ſupérieure de l'orbite & de la cornée inférieure, on aperçoit diſtinctement au-deſſous une petite boule jaune, dure, ſemblable au criſtallin des poiſſons durci par la cuiſſon, & qui paroît elle-même avoir été durcie par l'eſprit de vin, où l'on a conſervé le poiſſon. Comme ce criſtallin ſe fait voir très-diſtinctement à travers la cornée ſupérieure, cela a peut-être donné lieu de croire à *Artédi*, que l'œil eſt tourné en-enhaut. Mais on eſt bientôt deſabuſé, lorsqu'on vient à ouvrir la cornée inférieure; car on voit immédiatement derrière, une autre petite membrane un peu convexe, qui étant attachée au ligament intermédiaire des cornées, s'étend en-dedans jusqu'au fond de l'œil; &, comme elle ſe trouve à quelque diſtance de la ſuperficie interne de la cornée, ſous laquelle elle eſt ſituée, elle paroît former avec elle la cavité ou chambre antérieure de l'œil. On aperçoit même, au milieu de cette petite membrane intérieure, un trou circulaire, qui eſt la prunelle, dont le pourtour frangé eſt d'un blanc argenté, & qui tient par derrière à la lentille ou criſtallin, au moyen d'une petite membrane mince. D'où il arrive que, lorsqu'on regarde en-dedans par la cornée ſupérieure, on voit le criſtallin repoſer ſur la prunelle. Tout cela bien peſé, il n'y a plus lieu de croire, que l'œil de ce poiſſon ſoit toujours pointé en-enhaut; & même ſa forte adhérence à l'orbite ne permet pas qu'il puiſſe jamais y regarder. D'un autre côté, l'orbite elle-même eſt ſituée de telle manière, qu'elle s'écarte en-dehors, de presque la largeur d'une ligne, du perpendicule du ſommet de la tête. Il eſt donc évident que tout eſt ici diſpoſé de telle ſorte, que ce poiſſon ne ſauroit voir que les objets, qui ſont ou à côté, ou au-

comparata esse, ut non nisi visus objectorum, quæ a latere & infra sunt, concedatur.

Operæ autem pretium fuerit, quæ verbis modo descripsimus, adjectis etiam iconibus illustrare: ita clarius intelligentur.

Fig. A. exhibet globum oculi secundum axem suum perpendiculariter dissectum.

a. notat segmentum tunicæ superioris, quam corneam dixi.
b. segmentum inferioris.
cc. chordulam vel ligamentum, quo superior & inferior una coalescunt.
dd. tunicam interiorem, in qua Iris.
e. lentem.
fb, fb. partem hujus sectionis, quæ intra orbitam est.
gf, gf. partem, quæ extra orbitam protuberat.

Fig. B. monstrat tunicam interiorem, Iride conspicuam, pone cujus pupillam globulus luteus, quæ lens est, cernitur.

aa. ligamentum cornearum.
b. lens in medio pupillæ.
ccc. ambitus tunicæ interioris, cum iride & pupilla.

Fig. C. conspiciendam dat orbitam oculi, paulum resupinatam, ut ablatis tunicis externis, interior tunica, una cum iride & pupilla, naturali suo situ compareat.

a. Orbitæ pars superior. *b.* inferior.
c. Iris ac pupilla tunicæ interioris, prout demta lente a foris introspicienti se monstrant.
d. Cavum orbitæ, ablata lente, pone pupillam conspicuum.
ee. ligamentum cornearum.
ffff. circumferentia orbitæ.

Fig. D. sub lit. *a.* lentem exemtam seorsim exhibet, una cum ligamentulo suo *b*, cujus interventu pupillæ adnectitur.

Fig. E. Globus oculi transversaliter, juxta ductum ligamenti cornearum, dissectus. Unde lentis pone pupillam positio, qua fit, ut per superiorem æque, ac per inferiorem corneam, integro oculo, conspici queat, clarius patet.

aa. ligamentum cornearum.
b. Lens.
cc. Tunica interior, cujus in medio Iris *dd*, per circulare foramen, lentis partem visui exponit.

Fig. F. Caput piscis, rictu diducto, situm naturalem oculorum in suis orbitis ita monstrat, ut hinc innotescat, nequaquam sursum directos esse, sed videndis, quæ subtus sunt, pulchre accommodatos.

aa. Uterque oculus.
bb. Orbitæ oculorum.
cc. Superior tunica externa, per quam lens utcunque transparet.
dd. Chorda vel ligamentum, quod superiorem ac inferiorem tunicam externam colligat.
ee. Oculi, qua parte lucem admittunt.
f. Rictus oris patens.

gggg.

au-dessous de lui.

Mais pour répandre encore plus de jour sur ce que nous venons d'exposer, nous allons ajouter à cette description quelques figures, qui pourront donner une juste idée de chaque partie.

La *Figure* A. représente le globe de l'œil coupé perpendiculairement suivant son axe.

a. indique le segment de la tunique supérieure, à laquelle j'ai donné le nom de cornée.
b. Le segment de la tunique inférieure.
cc. La corde ou le ligament, à l'aide duquel les deux tuniques sont jointes ensemble.
dd. La tunique intérieure, dans laquelle l'Iris est placée.
e. Le cristallin.
fb, fb. La tranche de l'œil, qui est dans l'orbite.
gf, gf. La partie saillante, qui est hors de l'orbite.

Fig. B. fait voir la tunique intérieure, qui contient l'iris; & derrière la prunelle se trouve la petite boule jaune qui est le cristallin.

aa. Le Ligament des cornées.
b. Le cristallin au-milieu de la prunelle.
ccc. Le contour de la tunique intérieure, avec l'iris & la prunelle.

Fig. C. représente l'orbite de l'œil, un peu renversée, afin qu'après avoir enlevé les tuniques extérieures, on puisse voir la membrane intérieure, avec l'iris & la prunelle, dans leur situation naturelle.

a. La partie supérieure de l'orbite.
b. Sa partie inférieure.
c. L'iris & la prunelle de la membrane intérieure, telles qu'elles paroissent, lorsqu'on les regarde de dehors, après avoir ôté le cristallin.
d. La cavité de l'orbite, que l'on aperçoit derrière la prunelle, quand on a écarté le cristallin.
ee. Le ligament des cornées.
ffff. La circonférence de l'orbite.

Fig. D. On voit à la lettre *a.* le cristallin mis à l'écart, avec son petit ligament *b*, qui sert à l'attacher à la prunelle.

Fig. E. Le globe de l'œil, coupé transversalement, suivant le cours du ligament des cornées. On voit alors beaucoup mieux, comment le cristallin est placé derrière la prunelle, puisqu'on peut le regarder ou à travers la cornée supérieure, ou à travers l'inférieure, lorsque l'œil est encore en son entier.

aa. Le ligament des cornées.
b. Le cristallin.
cc. La membrane intérieure, au milieu de laquelle est l'iris, qui laisse apercevoir une partie du cristallin à travers le trou circulaire.

Fig. F. La tête du poisson, dont la bouche est élargie: la situation naturelle des yeux dans leurs orbites y est représentée de telle manière, qu'on remarque clairement, qu'au-lieu d'être dirigés en-enhaut, ils sont si bien disposés, qu'ils peuvent voir commodément ce qui est au-dessous d'eux.

aa. Les deux yeux.
bb. Leurs orbites.
cc. La tunique supérieure externe, à travers laquelle on entrevoit le cristallin.
dd. Le ligament qui joint ensemble la tunique supérieure & l'inférieure externe.
ee. Les yeux, tournés du côté qu'ils reçoivent la lumière.
f. La bouche toute ouverte.

 gggg.

gggg. Branchiæ.

hhhhhh. Radii lucis recta linea in pupillam tendentes. Unde patet non modo ad latera, sed & recta deorsum *h* h** visionem exerceri posse.

Fig. G. lineas ducit capitis in verticem reclinati, quo clarius appareat positio oculorum ad deorsum videndum aptata.

a. Rictus.

bb. Oculi cum iride sua ad latera prominentes.

cccc. Branchiæ.

Altera hujus piscis particula, curiosorum attentione digna, est tubus ille pone anum retrorsum protensus, qui loco pinnæ ani est, qua Anableps Musei Gronoviani gaudet. Utrum is pro membro virili, an pro vagina uterina, haberi debeat, dubium est: neque enim ob interanea per diuturnam asservationem corrupta determinare sexum hujus animalis licuit. An potius aculei loco est, quo sese defendat, aut prædam suam capiat piscis? Anatome hujusmodi quid subinnuere videtur. En! quæ facta dissectione notavi. Integumento externo juxta longitudinem dissecto tubus detegitur cartilagineus, conicus, cujus basi aliquousque adjacent moleculæ irregulares, bullulis similes, lutea materie, glutinosa, distentis: pari ratione, ac in Fucis & Vespis circa aculeum observare est. Quodsi porro & tubus iste cartilagineus aperiatur, subest alius quidam tubulus, ex annulis cartilagineis juxta se mutuo positis ac colligatis, fabrica fere simili, ac in antennis nonnullorum insectorum, constans. Interior hic tubulus in apicem bifidum exit, ac juxta se habet officulum æqualis longitudinis, utcunque cartilagineum, acuminatum, quod fere dixerim, interventu mollis canaliculi, in radicem tubuli accumbentis inseri. Id asseverare ausim, nullum ejus cum intestino recto commercium esse. In pisce vivo aut recente plura forte accurato scrutinio detegi possent, ex quibus declarare usum istius membri liceret. Addam ære expressas, quas vidi, partes, ut lucem verbis affundam.

Fig. I. Tubus integer, una cum officulis suis externis *a.*

Fig. II Idem apertus.

a. Intestinum rectum.

bbb. Integumentum externum.

cc. Tubus interior.

dd. Massulæ accumbentes, quasi bullulæ materie lutea repletæ.

Fig. III. Tubus interior apertus.

aa. Duo articuli corneæ velut naturæ, inter se congruentes, qui extremum tubi faciunt.

b. Officulum acuminatum, flexile, aculei æmulum.

cc. Tubulus intimus, duobus articulis cartilagineis terminatus.

dd. Bini articuli modo memorati.

Suffi-

gggg. Les ouïes.

hhhhhh. Les raions de la lumière, qui vont se rendre en droite ligne dans la prunelle. D'où il paroît, que le poisson peut non-seulement voir de côté, mais aussi directement en-enbas *h* h**.

Fig. G. représente la tête renversée sur son sommet, avec des lignes tirées exprès, pour faire voir encore plus clairement, que les yeux sont très-bien disposés pour regarder en-enbas.

a. L'ouverture de la bouche.

bb. Les yeux saillans sur les côtés avec leur iris.

cccc. Les ouïes.

L'autre singularité de ce poisson, qui mérite l'attention des Curieux, c'est cette espèce de tuyau qui lui pend tout près de l'anus par derrière, & occupe la place de cet aileron de l'anus, que l'on remarque dans l'Anableps de Mr. *Gronovius.* On ne sait si l'on doit regarder ce tuyau, ou comme la verge d'un mâle, ou comme le vagin de la matrice d'une femelle: car les viscères, situés près de l'anus, s'étant corrompus, pour avoir été gardés longtems, il n'a pas été possible de déterminer le sexe de ce poisson. Lui tiendroit-il peut-être lieu d'aiguillon, soit pour se défendre, ou pour prendre sa proie? Il semble que la dissection fait soupçonner quelque chose d'approchant. Voici ce que j'ai observé en l'anatomisant. Lorsqu'on a coupé le tégument externe dans sa longueur, on découvre un tuyau cartilagineux, conique, à la base duquel se trouvent des molécules irrégulières, semblables à des bulles, remplies d'une matière jaune & gluante, comme on en voit autour de l'aiguillon des Guêpes & des Bourdons. Ouvre-t-on ce tube cartilagineux, on en rencontre encore un autre plus petit en-dedans, composé d'anneaux cartilagineux, placés les uns contre les autres & attachés ensemble, d'une structure à-peu-près semblable à celle des antennes de certains insectes. Ce tubule intérieur se termine par une pointe fourchue, & est accompagné d'un petit os de même longueur, aussi un peu cartilagineux, pointu, que je croirois presque s'insérer dans la racine du tubule, à l'aide d'un petit vaisseau molasse. Ce que j'ose bien assurer, c'est qu'il n'a aucune communication avec l'intestin droit. Si l'on examinoit avec plus de soin & d'exactitude un de ces poissons, encore vivant ou frais, on pourroit peut-être faire d'autres découvertes, qui serviroient à fixer l'usage de ce membre. Pour éclaircir ce que je viens d'exposer, je joindrai ici les figures des parties que j'ai observées.

Fig. I. Le tuyau ou tube en son entier, avec ses petits os externes *a.*

Fig. II. Le même tuyau ouvert.

a. L'intestin droit.

bbb. Le tégument externe.

cc. Le tubule intérieur.

dd. Les molécules contiguës, semblables à des bulles remplies d'une matière jaune.

Fig. III. Le tubule intérieur ouvert.

aa. Les deux articles, de substance cornée, qui s'enchassent l'un dans l'autre, & font l'extrémité du tube.

b. Le petit os pointu & flexible, qui ressemble à un aiguillon.

cc. Le tubule intérieur, terminé par deux jointures cartilagineuses.

dd. Les deux jointures qu'on vient de nommer.

Il

de Eerste Lade

de Tweede Lade

P. Tanjé fecit.

Sufficiant hactenus de Piscibus dicta atque exhibita: neque enim nostri heic est instituti, integrum Piscium systema delineare; verum duntaxat illos, qui nostro in Museo asservati rariores sunt, aut ante nondum ab Ichthyologis descripti. Sequitur ergo, ut proxime agamus de aliis rebus naturalibus, quæ vel ideo etiam Piscibus mox subjungendæ esse videntur, quoniam in eodem cum illis medio, aqua nimirum Oceani atque fluviorum, maximam partem habitant, vigent, & vegent. Concharum volo genus omne, sive, ut hodie vocantur voce magis universali, *Ostracoderma* aut *Sclerostrea*. Namque in his etiam tam multiplicia dantur genera, tot fere innumeræ species diversæ, tam mirabiles formæ & colores, ut vel inde pariter summi Conditoris omnipotentiam, sapientiam infinitam, atque absolutissimam libertatem perspicere, imo & manibus quasi palpare liceat.

Actum agerem, si nunc generales familiæ Ostracodermων divisiones & subdivisiones in classes, genera, & species prolixius exponerem. Effecere id ante me Viri harumce rerum quam peritissimi, *Plinius*, *Listerus*, *Rumphius*, alii, quorum uti scripta inter Naturæ Curiosos longè tritissima sunt; ita Eorum opera uti, atque, quam monstravere, viam insistere nulli dubitabimus nostræ tenuitatis eousque conscii, ut persuasissimi simus, melius equidem nihil a nobis hanc in rem proferri posse: præterquam quod & extra nostri propositi cancellos sic evagaremur. Ut enim aliquoties jam diximus, ita vel iterato nunc inculcare juvat, quod quam longissime absimus ab instituto systematicum quidpiam heic exhibendi: imo nonnisi stylo simplici & bona fide eos describere Naturæ partus animus est, quos longo a tempore, multo labore, sumptu non exiguo, e quibuscunque orbis angulis nostrum in Museum collegimus. Non omnia possumus omnes.

Ego dum conquisivi, collegi, collecta descripsi, atque, qua par est, accuratione aere incidi curavi, meam quidem spartam satis ornasse mihi videor, aliisque relinquo hæc digerere, sylvamque a me suppeditatam ordinare & in series justas distribuere. Exspectet igitur curiosus Lector rursus heîc aliud a nobis nihil, nisi genuinas icones, atque simplices descriptiones illarum Concharum, quæ rariores sunt & nostri in Museo asservantur ab honesto quovis Philophysico quotidie apud me oculis usurpandæ: dum interim ejusmodi utemur, quantum licebit, denominationibus, quæ inter Authores hoc in themate celebres receptæ & civitate donatæ sunt. Sit ergo

TABULA TRICESIMA ET QUINTA.

Heic exhibemus prima veluti Ostracodermων rudimenta, in quibus variæ generum & specierum quoad varias formas differentiæ distincte satis jam pervideri queunt: quin & hinc aliquo modo patet, quanam ratione suo quælibet e semine in vasto mari, fluviis, atque in tellure semet multiplicent, Musculi v. g, Ostrea, Cochleæ terrestres; siquidem in fundo Oceani, circa saxa, & in tellure commoda sibi deligere loca norint, in quibus coire, suaque tuto deponere ova possunt, ut absque impedimento excludantur. Haud immorabimur huicce rei diutius; quum varii Authores, præsertim vero F. *Redi*, M. *Lister*, & alii complures, Cochlearum terrestrium generandi modum perquam accurate descripserint. Præterea cum Ostracodermων classis admodum ampla sit & numerosa, dubio procul Lectori tædium moveretur, si species quaslibet, magnas, parvas, seorsim singulas nunc describere adgrederemur. Interim ne sicco penitus

Il nous paroit que ce que nous avons dit des Poissons mols, jusqu'à présent, peut suffire; car ce n'est pas notre dessein de donner un Traité complet sur ces Animaux, mais seulement de décrire & de représenter les plus rares que nous possedons, ou ceux qui n'ont point encore été décrits par aucun Naturaliste. Ainsi nous passons à d'autres Curiosités de l'Histoire Naturelle, savoir au Genre complet des Coquilles, que nous joignons aux Poissons mols, parce que d'ordinaire on les prend aussi dans les Fleuves, ou dans la Mer qui est encore plus leur élément. Les Grecs & les Latins apellent par le seul mot *Ostracoderma* (qui signifie *Coque*, *Croûte dure*,) tout Coquillage quelconque, ou tout Poisson couvert de test dur; & le mot général de *Coquille*, ou de *Coquillage*, s'employe ordinairement en François pour l'enveloppe des Animaux à coquille, laquelle enveloppe est dure comme test, pierre, ou os. Il y a un nombre si prodigieux de Genres de Coquilles, de variétés d'Especes, toutes differentes par leurs figures & par leurs couleurs, qu'on ne peut s'empêcher d'y reconnoitre avec admiration l'Ouvrage de l'Etre suprême.

Nous n'avons pas intention de ranger ici les Coquillages par divisions & subdivisions, en Classes, en Genres, & en Especes, puisque c'est ce qu'ont a déja fait avant nous de très-habiles gens en ces matieres, comme Pline, Lister, Rumphius, & d'autres, dont les Ecrits sont entre les mains de tout le monde; ainsi nous n'hésiterons point de nous servir de leurs travaux, & de suivre la route qu'ils ont battu. D'ailleurs, convaincus de nos foibles lumieres, nous sommes persuadés que nous ne pourrions rien produire de mieux sur ce sujet; outre qu'en l'entreprenant nous passerions les bornes que nous nous sommes imposés. En effet, nous l'avons dit quelquefois, & nous jugeons à propos de le repeter encore, ce seroit absolument nous écarter de notre plan, d'entrer ici dans des détails Systematiques. Nos seules vuës sont de décrire fidelement & simplement les Curiosités Naturelles que nous avons rassemblé de toutes les parties de la Terre, non sans beaucoup de tems, de peines, & de dépenses. Un même Homme n'est pas en état de tout faire.

Pour moi, je pense qu'en recherchant, en ramassant des Pieces rares, en en donnant des descriptions & des représentations avec l'exactitude dont je suis capable, j'ai assez bien rempli ma charge; & je laisse volontiers à d'autres le soin de digérer, d'arranger, de mettre en ordre les matériaux que je leur fournis en abondance pour cette entreprise. Que le Lecteur donc n'attende de nous autre chose que de bonnes Figures & de simples descriptions des Coquillages que nous conservons dans notre Cabinet, & que nous nous faisons un plaisir de montrer aux Amateurs. Au reste, nous n'employerons dans ces descriptions, autant qu'il sera possible, que les dénominations déja reçues, & pour ainsi dire consacrées par les Auteurs les plus célèbres.

PLANCHE TRENTE-CINQUIEME.

Nous représentons dans cette Planche comme les premiers rudimens des Poissons à coquille, entre lesquels on peut découvrir assez distinctement les differences des Genres & des Especes par leurs différentes figures; même on peut apercevoir en quelque façon la maniere dont chacun se multiplie dans la Mer, dans les Fleuves, & sur la Terre, comme par exemple, Moules, Huitres, Limaçons Terrestres. Ces sortes d'Animaux savent choisir des endroits commodes au fond de la Mer, autour des rochers, & sur la terre, où ils frayent & posent leurs œufs dans des lieux sûrs, afin qu'ils viennent à éclorre sans obstacle. Nous ne nous arrêterons pas sur ce sujet, puisque divers Auteurs, mais principalement Redi & Lister, ont décrit avec beaucoup d'exactitude la maniere dont se produisent les Limaçons. De plus, comme la Classe des Poissons à coquille est extrêmement vaste & nombreuse, nous ne pourrions qu'ennuyer le Lecteur si nous nous attachions à décrire chaque Espece en particulier, grande, & petite. Mais néanmoins pour ne point passer absolument sous silence les moin

penitus pede minima isthæc prætereamus, sed eorum saltem præcipua, quantum par est, in conspectum producamus, in capsis quibusdam nostri Musei ea ordinate digerere allaboravimus, omnium quidem exilissima in medias arcas primæ sive supremæ capsæ eo, quo heic repræsentantur, modo collocando.

Vocantur autem isthæc plerumque *Cochleæ speculandi materiem præbentes*, atque ab aliis harum rerum Curiosis in cistulas profundiores, quadratas, digeri solent: at vero hac ratione haud adeò distincte perlustrari queunt, ac quidem quando in ordinem redactæ ope gummi in aqua soluti suo quælibet loco firmantur. Neque difficile jam erit peritioribus, internoscere ad quodnam genus & speciem quælibet earum, quas heic proposuimus, pertineat; modo nativis suis singulæ coloribus illuminatæ sint.

In prima quidem capsa Num. 1. in medio circulo Cochleæ exhibentur minutæ, oblongæ, turbinatæ, e mari Mediterraneo eductæ, quæ *Buccina* vocantur, & in varias spiras, uti cochleæ tympanorum, circumactæ sunt. Attamen potius inter Cochleas tenues & longissimas, læves, debent referri.

Has proxime ambiunt binæ areolæ subrotundæ, minima cochlearum, quæ nostras ad oras, circa Medenblickum, collectæ sunt, specie consitæ: harum pars adeo est minuta, vix ut dignosci visu queat, Cochleæne an arenulæ sint. Interim ex his lapsu temporis indigena nostra Buccina excrescunt. Eadem illa ora maritima bivalves quoque conchulas etiamnum clausas profert, in quibus vivens adhuc pisciculus hæret, uti in Ostreis. In his quoque conchulis, quæ æque ac Cochleæ in varias species distinctæ, variisque pictæ sunt coloribus, forma definita, pictura atque colores quam exactissime discerni possunt, ut hoc in studio exercitatus ilico suam cuilibet adsignet speciem.

In reliquis deinde areolis exoticæ Conchæ atque Cochleæ digestæ sunt, cum ab oris Mediterranei maris, tum ab Indicis, Italis atque Gallicis litoribus adlatæ. Quin & ex minima illa Margaritarum specie, quæ ob parvitatem viliores in pulverem medicatum teruntur, ejusmodi Ostracoderma seligenda curavi, quippe quæ inter illas plerumque reperiuntur; ut ita omnigenas atque ab omni ora depromptas exhibere possem species. Majores tamen species postmodum describentur.

In altera capsa Num. 2. variæ iterum Ostracodermatum species ordinatæ sunt, præcique autem rariora parva *Buccina*, *Cochleæ*, *Trochili*, *Rhombi*, *Cylindri*, *Umbilici*, *Conchæ Veneris*, &c. quæ nostro more collocavimus, ut accurate dignosci possent singula. Quantumvis vero plura exempla ad unam pertinentia speciem simul sistantur; tamen pleraque inter se differunt ratione picturæ, aut molis. Denique ut Curiosis innotescat, quanam ratione minutiora isthæc in capsulis mei Musei concinne disposuerim, sex istarum capsarum æri incidi curavi, spe fretus, fore ut opera hæc mea ipsis arrideat.

TABULA TRIGESIMA ET SEXTA.

Capsa tertia.

Arcum ostendit, è variis Conchis rarioribus atque eleganter pictis compositum, cujus utroque a latere collocatur corbis, perpulchris conflata e Cochleis, quarum nulla non rara est atque minus frequenter occur-

moindres Coquillages, nous les exposerons ici à la vuë autant que cela se peut dans des Figures, & suivant la maniere dont nous les avons rangé dans des Tiroirs de notre Cabinet, où se présentent d'abord les plus petites Coquilles disposées par compartimens dans les Tiroirs de dessus, & les autres Coquilles viennent ensuite toujours par gradation.

Ces petites Coquilles que nous appellons communément *Coquilles à speculation*, sont placées d'ordinaire par les autres Amateurs de Coquillages dans des Layettes quarrées & profondes; mais de cette maniere on ne peut point les examiner aussi distinctement que quand après les avoir rangé avec ordre, on les fixe & on les retient chacune dans leur place par le moyen d'une gomme dissoute dans l'eau. Même il ne sera pas difficile à des connoisseurs de distinguer à quel Genre & à quelle Espece il faut raporter chaque Coquille que nous leur montrons ici, pourvu qu'elles soient enluminées de leurs couleurs naturelles.

Dans le premier de nos Tiroirs désigné par le N°. 1, au cercle du milieu sont dépeints de petits Coquillages oblongs, contournés en toupies, pris dans la Méditerranée, qu'on nomme *Buccinum*, *Cor*, *Cornet de Mer*, & qui forment diverses spirales comme les Limaçons. Il semble pourtant qu'on doit plutôt les mettre au rang des Coquilles longues, lisses, & menues.

Autour de ce premier cercle, il y en a deux autres, mais composés de si petits Limaçons, qu'on peut à peine les distinguer des grains de sable. On les a ramassé sur nos côtes près de Medenblick, & c'est néanmoins de tels Coquillages que se forment avec le tems les Cors de notre pays. On trouve sur les mêmes côtes de petites Coquilles à deux battans fermées, & renfermant comme les Huitres, un petit Poisson vivant. Ces petits Coquillages se divisent, ainsi que les Limaçons, en plusieurs Espece, peintes de couleurs differentes, & d'une figure uniforme, de maniere qu'un connoisseur peut aisément les distinguer.


Les autres compartimens de cette Layette sont formés de Coquillages & de Limaçons étrangers, soit des Indes, soit des côtes de la Méditerranée en France, & en Italie; on voit encore ici cette petite Espece de Perles qu'on trouve parmi ces sortes de Coquilles, & dont on se sert en Médecine réduites en poudre. J'en pourrois représenter quantité d'Especes différentes, mais je me contenterai de décrire dans la suite les plus grosses & les plus précieuses.

La seconde Layette contient un assemblage de petits Cornets rares, de Limaçons, de Toupies, de Rhombes, de Pyramides, de Nombrils de Mer, de Coquilles de Vénus &c. toutes ces Coquilles arrangées à notre maniere, afin de connoitre exactement chaque Espece. Quoiqu'on en représente plusieurs d'une même Espece, ils different tous cependant en couleurs & en grosseur. Enfin pour montrer aux Curieux comment je dispose artistement les plus petits Coquillages dans mon Cabinet, je donne exprès dans cette Planche la représentation de six Tiroirs qui les renferment, persuadé que ma méthode ne déplaira point.

PLANCHE TRENTE-SIXIEME.

Troisieme Tiroir.

Représentant d'abord un Arc formé de Coquilles également rares, & peintes de belles couleurs. Cet Arc soutient au dessus de chaque côté une Corbeille, faite des plus beaux Limaçons & des moins communs. Sous la Corbeille descendent les jambages de l'Arc


de Derde Lade.
de Vierde Lade.
I. de Bakker del. et fecit 1735.

occurrens. Sub corbe dein utrinque producitur arcus in propaginem crispatam, deorsum pendulam, quarum cuilibet insidet Avis itidem de Ostracodermis constructa. Scilicet caput ejus testaceæ constituunt Conchæ, Latinis *Patellæ* vocatæ, parte superna convexæ, extuberantes, atqua oculorum instar radios in circuitum evibrantium pictæ: has minutæ ambiunt è mari Mediterraneo Cochleæ: Rostrum de Ambaro Griseo petitum est, quod mari innatans, quando etiamnum molle est, & quasi calore solis colliquatum, rostra Sepiarum ibidem pariter natantia invisat, & hinc plerumque ea hinc inde sibi infixa ostendit. Crista de lapillis intra cranium Asellorum reperiundis est confecta. Thoracem constituit concha inversa, *Radius Solis* vocata, aut & *Tellina virgata* Latinis, albis, flavis & rubentibus radiis tæniisque distincta. Alarum vices bini supplent Musculi oblongi, quorum interior pars concavam quasi alarum faciem, corpori contiguam, mentitur; dum interea loco pennarum & plumarum rubentibus percarum pinnis usi sumus. Infima corporis pars constat ex operculis Cochlearum; quas Belgæ vocant *Alykruiken.* Pedes & horum digiti sunt Echinorum marinorum aculei. Caudam formant binæ soleæ, quarum extremos fines Percarum pinnæ itidem fimbriant. Encarpa sub arcu pendentia è Cochleis constant, quæ *indigenæ Scalares, variegatæ* vocantur nostras ad oras reperiundæ, tum & è variis Cochlearum umbilicatarum, & ejusmodi aliis speciebus, marginem infimum constituentibus, Cochleæ octo majores, in medio sitæ, Listero audiunt *Cochleæ marinæ, apice mediocri producta, striatæ*, alias vero vocantur Alvearia, vel Infantes fasciis involuti, aut & Nymphæ Bombycum.

Capsa quarta

Septum exhibet varie inflexum, cujus in medio sex hærent Cochleæ oblongæ, acuminatæ, intortæ, eleganter pictæ, stellam veluti sex radios emittentem repræsentantes, Latinis *Strombi*, Belgis Cochleæ longæ, tenues, vocatæ, variis gyris juxta longitudinem in acumen convolutæ, acuum & aculeorum instar. Rumphius ad Buccina spinalia eas refert. In medio hujus stellæ Cochlea exotica, dilute rubens, ex albo umbilicata, Latinis *Neritis* dicta, reponitur: inter verò istius Stellæ radios sex sitæ sunt Cochleæ longe rarissimæ, singulari quælibet modo pictæ, reticulatim circulatæ. Hanc Cochlearum speciem vel locupletissimis in Museis perquam raro datur invenire. Listero *Rhombus* audit *parvus, cylindro-pyramidalis, ex ruffo minutissimis maculis reticulatus & fasciatus.* Binas adhuc alias ad eandem speciem pertinentes a latere ibidem exhibemus.

Porrò ab omni parte, supra, infra, & utrinque a latere, quatuor habentur congeries Volutarum exquisitissimarum, quoad genera, species, picturam, colores, multum inter se discrepantium, atque profecto dignissimarum, quæ a curiosis & peritis attento oculo perlustrentur. Rumphius *Volutæ* nomen in genere huicce Cochlearum classi imposuit: at species tamen quælibet pro varietate præsertim externæ picturæ alio insignitur desuper nomine peculiari, quod nos in sequentibus, dum majores ad species perventum erit, cuivis adponemus.

Præterea juxta priores variæ adhuc sitæ sunt species *Porcellanarum Granulatarum*, sive *Nussatellanarum margaritiferarum*, quæ quia margaritis quasi consitæ sunt, ita nominantur: tum & ejusmodi, quæ penitus candidæ & splendentes, nodis similes, supra gibbosæ, utrinque extremo protuberante terminatæ, *Globuli, Nodi, Aselli, Ursulæ, Pediculi* vocatæ. Porro duplex illa spira lateralis è *cylindris* dictis *minoribus* atque Achatæ instar pictis *Dactylis* variorum colorum & picturæ composita est: in medio spiræ unius variæ congestæ sunt species Cochlearum, quas *valvatas, albas, nigras, striatas*, vocant: in medio alterius acervus

l'Arc en courbure repliée, qui portent tant à droite qu'à gauche un Oiseau de Coquillages. Sa tête est composée de ces Coquilles qu'on nomme *Berdins* & *Berlins* sur les côtes de Normandie, & ailleurs *Yeux de Bouc*, lesquelles sont relevées en bosse, & imitent par leurs cannelures comme des yeux d'Animaux. Tout autour regne un cordon d'autres petites Coquilles de la Méditerranée. Le bec de notre Oiseau est taillé de cet Ambre-gris qui étant amolli & comme fondu par la chaleur du soleil, surnage sur la mer, s'attache au bec des Seches qu'il rencontre, & les glue d'ordinaire de cette façon. La crête est prise des cheveux qu'on trouve dans la tête des Merlus. La poitrine est imitée par la Coquille qu'on apelle *Teline sillonnée*, qui est renversée sur le plat, où on la voit toute vergettée de rayures blanches, jaunes, & rouges. Les ailes sont représentées par deux Moules oblongues, dont l'intérieur contrefait la partie concave des ailes qui est contiguë au corps, & pour en imiter les grosses & les petites plumes, nous nous sommes servis de nageoires vermeilles de Perches. Le dessous du corps est fait de coques de Crevettes. Les pieds & les doigts des pieds sont formés des pointes de Hérissons de mer. Deux Coquillages qu'on apelle *Couteaux* forment la queuë, dont l'extrêmité est tissue de nageoires de Perches. Les Festons qui pendent de l'Arc sont composés de Limaçons qu'on ramasse sur nos côtes, & de pareilles Especes de Coquilles qui ourlent la bordure inférieure. Les huit grosses Coquilles du milieu sont nommées par Lister, *Limaçons de Mer, canelés, finissant en pointe obtuse*; d'autres Auteurs les apellent differemment, & selon leur fantaisie.

Quatrieme Tiroir.

Il offre comme un Parterre de Coquilles jointes ensemble avec simmetrie. On remarque au milieu six Limaçons oblongs, pointus, tournés en vis, joliment colorés, lesquels représentent par leur arrangement une Etoile à six rayons. Les François nomment cette sorte de Coquille *Sabots*, & les Hollandois Limaçons longs, minces, contournés en vis, & terminés en pointe. Rumphius les range parmi les *Cornets pointus* Le milieu de l'Etoile est occupé par une Coquille Exotique, d'un rouge-pâle, & blanche dans son bout fait en vis; nous appellons cette Coquille *Nerite*, d'après les Grecs. L'espace qu'il y a entre chaque rayon de l'Etoile est rempli par six Coquilles, especes de Limaçons qu'on trouve très-rarement même dans les plus riches Collections des Amateurs, peintes chacune de couleurs singulieres, & cerclées de rayures lozangées. Lister caractérise cette sorte de Coquille du nom de *Petit Rhombe, cylindrique, marqueté de petites taches rousses en rézau, & cerclé de bandelettes.* On voit encore aux côtés deux semblables Coquilles.

De plus, cette Etoile est entourée de toutes parts, à droite & à gauche, dessus & dessous, de quatre compartimens, formés des plus précieuses *Trompes* ou *Coquilles tournées en Sabot*, toutes differentes entre elles en grosseur, en couleur, en tacheté, & en cannelures, dignes certainement d'être examinées avec attention par les Curieux, & les Connoisseurs. Rumphius a mis à cette Classe de Coquilles le nom général de *Volutes*, nom qu'il accompagne toujours ensuite d'Epithetes propres à distinguer chaque Espece particuliere, principalement à l'égard de leurs couleurs extérieures; ce que nous ferons aussi ci-dessous, quand nous viendrons à décrire les plus grandes Especes de ce Genre de Coquilles.

Auprès des Coquilles dont on vient de parler, l'on a rangé celles qu'on nomme *Porcelaines granulées*, ou *Perles de Nussatello*, ainsi dites parce qu'elles sont comme semées de perles. L'on voit ici diverses Especes de ces sortes de Coquilles qui sont toutes blanches, brillantes, semblables à des nœuds, convexes par dessus, terminées par deux bouts béants; on leur donne à chacune divers noms particuliers, pris de leur figure, ou de l'imagination.

La chaine de Coquillages qui tourne de chaque côté en maniere de spirale, est composée de ceux qu'on appelle *Petits Cylindres*, ou *Pyramides*, & de *Couteaux* madrés de moucheture en façon d'Agate

vus habetur nonnullarum Cochlearum *umbilicatarum*, elegantium & perquam tenuium, quæ alias *Bullæ fasciatæ* vocantur; earum species maxima ex albo & purpureo lineata est, minor vero tenuibus lineis in latas tænias distincta. Bullæ ideo vocantur, quia testa gaudent admodum tenui, quasi membranacea, facile fragili, hinc prudentissime tractanda.

TABULA TRIGESIMA ET SEPTIMA.

Capsa quinta

Satyri repræsentat caput, è Conchis & Cochleis conflatum, oculis, auribus, naso, ore, reliquisque ad caput pertinentibus partibus præditum. Barbam facit subtilius quoddam Ceratophyton. Supremum capitis ornamentum Cochleæ rubræ marinæ constituunt, in semicirculum dispositæ, quæ eleganter omnes pictæ, & quasi coralliis obsitæ sunt. Sub dimidio hoc circulo quatuor prominent acuta, incurvata cornua, *Denticuli Elephantis*, aut nomine male flexo, *Dentali virides.* vocati. Tum vero variæ minores, dilute flavescentes Cochleæ, Belgis *Alykruiken* dictæ, ad oras Gallicas captæ, in septa partitæ cernuntur, spectaculum sua præbentes varietate amœnissimum. Et profecto minora isthæc maris producta, Cochleæ æque ac Conchæ, quam aptissima sunt, è quibus pro suo quilibet phantasmate varias effingat formas, non adeo de majoribus parabiles: nisi quis grandiora illa opera spelaeorum, quæ *Grotwerk* vocant, inde conficere malit; quo in negotio species quæcunque Ostracodermum usu veniunt: prout specimine magnificentissimo in villa sua suburbana, ad Amstelam sita, TULPENBURG vocata, monstravit D. PINTO, itemque D. VAN MOLM, celebris mercator Amstelædamensis, in sua villa proxime extra urbem Trajectinam sita. Unde hodieque Viri reperiunter curiosi; qui mirificam rerum naturalium, quas mare offert, suppellectilem, ex merito magni faciunt, ejusque curam gerunt, ne, ut vulgares conchæ, pedibus conculcetur.

At ut ad capsam nostram redeamus, sunt in ea præterea inter reliquas quatuor admodum elegantes Conchæ, ad illarum pertinentes speciem, quæ Belgis *Bontemantels*, Latinis *Pictines* dicuntur: profundioribus nimirum sulcis & costis quasi distinctæ, tum asperæ, aculeatæ & transversim tenuiter liratæ, albis, purpureis, rubris, aliorumque colorum tæniis ornantur; dum parte superna utplurimum albescunt ex rubro vel purpureo guttatae. In binis reliquis septis variæ aliæ Cochleæ pulchriores & rariores, variæ magnitudinis margaritis hinc inde distinctæ conspiciuntur.

Capsa sexta

Septum medium hujusce capsæ ellipsin exhibet, e variis admodum elegantibus rarisque Cochleis, globulis nimirum, iisque, quas *Alykruiken* vocant, exoticis, partim fastigiatis, partim convexis, compositam. In medio areae hujus ellipticae stella conspicitur, è Cochleis limacum sinistrorsum apertis, exoticis, rarioribus, conflata, quas inter & repeiriuntur penitus flave, multas in spiras circumactæ, aliæque, quarum spiræ purpureis & cæruleis tæniis latis, augustis, fasciatæ sunt; tum & quæ *Aplustra Principis* vocantur, versicolo-

d'Agate & peints de diverses couleurs. Au milieu d'une dès spirales se trouvent rassemblées diverses Especes de Limaçons blancs, noirs, cannelés, à un battant. Le centre de l'autre spirale est formé d'un amas de beaux Limaçons *tournés en vis*, & couverts d'une coque membraneuse, mince, & si facile à casser qu'on ne les doit manier qu'avec beaucoup de précaution. La plus grande Espece de ce Genre de Limaçons est sillonnée de rayures blanches & purperines; tandis que la petite Espece est partagée en larges bandes par de fines rayures.

PLANCHE TRENTE-SEPTIEME.

Cinquieme Tiroir.

Il présente au milieu la tête d'un Satyre, ses yeux, ses oreilles, son nez, sa bouche, & toutes les autres parties de sa tête formées de divers Coquillages. Une fine Plante cornue compose la barbe. Des Limaçons de Mer, rouges, rangés en demi-cercle, tous nuancés de charmantes couleurs, & comme chargés de coraux, font les ornemens du sommet de la tête. Sous ce demi-cercle sortent quatre Cornes courbées, & pointues, qu'on a contrefait avec les Coquilles qu'on nomme *Petites Dents d'Eléphant*, & assez improprement *Dentals verds*, Especes de petits *Dails* ou de *Couteaux*. Ensuite s'offrent à la vuë diverses sortes de Limaçons jaunâtres, connus sous le nom de *Salicoques*, ramassés sur les côtes de France, & formant ici par leur arrangement differens enclos; ce qui donne une variété charmante. Véritablement, tous ces divers petits Coquillages, Limaçons, & autres, sont propres à représenter toutes les figures que l'imagination peut fournir, ce qu'on n'exécute pas aussi facilement avec de plus grosses Coquilles, excepté peut-être pour de grandes *Grottes*, où elles semblent nécessaires tant les unes que les autres, comme cela paroit en particulier par deux superbes Grottes de Coquillages, qu'il y a dans ces Provinces, l'une à la Compagne de Mr. *Pinto* près d'Amsterdam, & l'autre celle de Mr. *Van Molm* près d'Utrecht; de sorte qu'on trouve aujourd'hui des Hommes curieux, qui font cas avec raison des productions merveilleuses de la Mer, & les rassemblent avec soin, pour qu'on ne les foule pas aux pieds comme les Coquilles ordinaires.


Mais pour revenir à celles de notre Tiroir, il en renferme entre plusieurs autres, quatre extrêmement belles, qui appartiennent à une Espece de *Petoncle*, autrement *Coquille de Saint Jaques*, en Hollandois *Bontemantels*. Elles sont âpres, semés de petites pointes, sillonnées profondement de cannelures dans leur longueur, partagées comme par côtes, légerement rayées en travers, & vergettées comme de bandelettes de diverses couleurs, blanches, rouges, pourpres; sur le dessus elles sont le plus souvent toutes blanches, ou picotées de pourpre & de rouge.


Les deux autres compartimens faits en cœur, sont composés de beaux & rares Limaçons de différente grandeur entremêlés ça & là de Perles régulierement simmetrisées.

Sixieme Tiroir.

Ce Tiroir expose d'abord aux yeux un cordon elliptique de beaux & rares Limaçons étrangers, ou convexes, ou taillés en pointes qui sortent du cercle. Au centre de l'Ellipse est une étoile formée d'autres Genres de Limaçons exotiques, tous rares, dont les uns ont leur fente ouverte à gauche; d'autres entierement jaunes, sont contournés en spirale; d'autres encore ont leurs spirales accompagnées de bandelettes plus ou moins larges, bleues ou purpurines. Entre les Coquilles qui composent cette Etoile, il y en a deux Especes qu'on ne trouve presque dans aucun Cabinet de Curieux, & qui méritent de tenir le premier rang

TAB. XXXVII.




TAB. XXXVIII.
N°.55.
N°.22.
N°.52.
N°.51.
N°.53.
N°.23.
N°.54.
N°.11.
N°.8.
N°.9.
N°.65.
N°.10.
N°.66.
N°.8.
N°.60.
N°.30.
N°.61.
N°.13.
N°.32.
N°.33.
N°.13.
N°.44.
N°.31.
N°.42.
N°.59.
N°.41.
N°.45 *
N°.45.
N°.40.
N°.58.
N°.57.
N°.43.
N°.62.
N°.28.
N°.63.
N°.39.
N°.56.
N°.14.
N°.37.
N°.15.
N°.26.
N°.24.
N°.38.
N°.20.
N°.69.
N°.27.
N°.25.
N°.25.
N°.49.
N°.67.
N°.47.
N°.68.
N°.35.
N°.34.
N°.36.
N°.50.
N°.12.
N°.48.
N°.29.
N°.70.
N°.6.
N°.33.
N°.64.
N°.46.
N°.7.
N°.17.
N°.16.
N°.21.
N°.18.
N°.19.
N°.2.
N°.3.
N°.4.
N°.1.
N°.5.
F. Morellon la Cave del et sculpsit

versicolorum tæniarum angustarum & latarum vario apparatu circulatæ; & quæ Latinis *Buccina marina varii coloris*, *Orbes*, &c. vocantur, rubris tantum, flavis, griseis, aut cæruleis lemniscis distinctæ. Sunt hæ sane inter rarissimas, nec fere uspiam ullo in Museo Curiosorum reperiuntur, dignissimæ interim, quæ suam ob raritatem in circulo specierum magis vulgarium principem locum teneant. Has circumstant *Cochleæ* quædam *marinæ* & *Trochi* dicti, suo singuli externo velamento orbati, ut subucula quasi in conspectum prodeat de materie matris perlarum conflata atque vividissimo nitore coruscans.

Extra memorata isthæc septa quatuor repositæ sunt admodum venustæ *Lutariæ Cochleæ*, quæ utplurimum ad oras maritimas Indiarum, tam Orientalium, quam Occidentalium, in luto reperiuntur, maximam partem sordida quadam & mucosa cuticula obductæ, qua detracta subtus conspicitur pulchra quædam testa, tenuis, pellucida, alias dilutius, alias saturatius flava, fasciata & sine fasciis. Curiosi quidam hancce speciem umbilicatis, alii Ammonis cornubus accensent: nos inter Cochleas lutarias referri debere putamus.

Bina reliqua septa sive dimidiati circi utrinque è Cochleis constant *valvatis* atque *lutariis*, majoribus, venuste tæniatis & variegatis. Exteriorem sane seriem ejusmodi constituunt cochleæ valvatæ, quæ, quantum novi, ab Authorum hactenus nemine descriptæ aut icone expressæ sunt, mihi ex Indiis Orientalibus transmissæ, non commemorato littore, in quo captæ sunt. Quædam earum marmoris instar variegatæ sunt, nubilatæ, undatæ, flavis, albis, rubris & cærulescentibus tæniis fasciatæ, quædam fuscæ sunt ex nigro lemniscatæ; quædam binis, ternis, & pluribus tæniis, vel spiralibus, vel sursum deorsumve recta porrectis, ornatæ: quin & intersunt altùm fastigiatæ, & planæ, Cochleas verticillatas, umbilicatas & lutarias referentes, &c.

Reliquas nostri Musei capsas, simili apparatu exornatas, præteribimus, quodlibet potius Ostracodermων genus & speciem nunc sigillatim, at breviter tamen, descripturi.

TABULA TRIGESIMA ET OCTAVA.

Sectio hæc prima de Turbinibus marinis & terrestribus minus vulgaribus aget, qui maximam partem apice intorto, instar turbinis aut pyri, terminantur. Sunt aliæ species, quæ Capræ avis, aliarumve volucrum ovis similes, introrsum retractum gerunt apicem suum turbinatum, instar umbilici, latoque orificio patent; unde inter Veneris Conchas relatæ *Bullæ* vocantur.

Num. 1. *Cochlea fasciata, turbinata, major, marina.*

Coloris est dilute spadicei, saturatioribus paulo fasciis frequentissime circulata; ore peramplo patens; testaque constans tenui. Oculos Bovis vulgo vocant. Nobis suppetunt, quæ vel plus quadruplo hac majores sunt, & nimium spatii his in Tabulis sibi deposcerent. Piscis intus hærens sapidiores inter cibos à quibusdam habetur. Variæ earum tam picturæ quam magnitudinis ratione species ex Orientalibus æque ac Occidentalibus Indiis nobis missæ sunt.

Num. 2.

rang, même parmi les plus rares. Autour de l'Etoile regne un cercle de ces Coquilles qu'on apelle *Toupies*, dépouillées de leur croûte extérieure, afin de montrer pour ainsi dire à l'œil, qu'elle est tissue de matiere de Nacre de Perles, & qu'elle brille d'un blanc argentin.

Num. 11. Turbo teres, Cucurbitæ minori, quam *Kabas* vocant, forma ſimilis, dilute fuſco colore per univerſam teſtæ ſuperficiem pictus. Gyri ejus haud formant turbinem prominulum, ſed contra profunde introrſum demerſi ſimilem fere, ac parte inferna in Cochleis majoribus turbinatis obſervatur, fabricam, ad regulas optices comparatam, exhibent. In ſinu Auſtrali hæc ſpecies reperitur.

Num. 12. Idem ſupinus, intus albicans, labio oris tenui, in fimbriam extuberante, gaudens.

Num. 13. Turbo Orientalis verus, cinereo-luteus, ſaturate ſpadiceis tæniis albiſque funiculis, in margaritas veluti quam elegantiſſime diſtinctis, in omni ambitu ad prominentem uſque apicem circulatus.

Num. 14. Idem ſupinus, qua ſpira profunde introrſum demerſa, gyrique ad normam Optices digeſti, parte interna omnes ſerrati atque ex ſaturate ſpadiceo denticulati cernuntur.

Num. 15. Cochleæ binæ Limacum, minores, quarum altera parte ſuperna dilute purpuraſcit, infra autem ex violaceo purpurea eſt; altera minuſcula, dilute fuſca, umbilicata, alto apice terminatur.

Num. 16. Cochlea umbilicata major, Americana, è fluviis *Surinami*, ſupra dilute cinereo-lutea, &, inſtar Cepæ, plano-rotunda.

Num. 17. Eadem ſubtus lactea, labiis latis, retorridis, roſei coloris, ornata.

Num. 18. Cochlea Limacum fluviatilis, Auſtrina, ſupra altum faſtigiata, ad gyros albicans, tribus funiculis anguſtis, ſubtilibus, obvoluta, atque ex ſubruffo leviter variegata. Subtus ſaturate ſpadicea faſcia ſupra craſſiorem gyrum decurrit cornu; unde venatici veluti figura emergit.

Num. 19. Eadem ſupina, hac parte penitus lactea, ut Cochleæ turbinatæ, profunde introrſum, atque ad normam Optices, gyrata, ore prorſus rotundo, & craſſiuſcule fimbriato, prædita.

Num. 20. Cochlea turbinata minor, ex dilute ſpadiceo unicolor, Americana, cujus turbo planiuſculus quaſi introrſum repreſſus eſt.

Num. 21. Eadem ſupina, ore lunato, labiis fimbria alba, terete, munitis.

Num. 22. Cochlea turbinata, elegans, Americana, ſupra dilute ſpadicea, in fundo ex albo variegata, lævigati inſtar Achatæ: apex turbinis paulo dilutioris eſt coloris.

Num. 23.

N°. 5. Autre Limaçon en nombril, de la même Espece & grandeur, blanc, cerclé de ſix bandes brunes. Ses convolutions ſont auſſi très-profondes intérieurement.

N°. 6. Autre pareil Limaçon, beau, de couleur chatain, à large bande blanchâtre, qui s'étend par derriere ſur la ſpirale inférieure, & diſparoit au ſecond contour; ici à ſa place regne une autre bandelette, étroite, jaune, qui regne jusqu'à l'extrêmité du bout. Sa bouche & ſes lêvres renverſées ſont d'un rouge de corail. On me l'a apporté de l'Amerique Méridionale, & je le fais voir par deſſous au N°. 7.

N°. 8. Celui-ci vient auſſi du même lieu. Il eſt chatain, & cerclé de trois bandes blanches. Sa pointe ſupérieure eſt plus applatie que dans le précedent.

N°. 9. Limaçon fait en ſabot, grand, brun, contourné en ſix ſpirales, & finiſſant en pointe platte-arrondie. Il eſt intérieurement cendré-jaune. Sa lêvre eſt épaiſſe, ſon ouverture étroite.

N°. 10. Limaçon ſemblable au précedent, mais peint diverſement, car il eſt cendré-roux, avec une marbrure brune & jaune tant deſſus que deſſous. Sa bouche étroite a une mince bordure, mais ſans lêvres.

N°. 11. Toupie ronde, ſemblable de figure à cette petite Courge qu'ils apellent *Kabas*. Sa couleur eſt d'un brun-clair. Ses contours ne finiſſent point en pointe avancée, mais ſont tous compaſſés exactement avec régularité. Cette Espece de Limaçon vient de la Mer du Sud.

N°. 12. Le même vu par deſſous, blanc intérieurement, montrant ſes lêvres minces retournées. On trouve cette Espece dans la Méditerranée.

N°. 13. Sabot d'Orient, véritable, cendré-jaune, ceint dans ſon contour jusqu'à ſa pointe de bandelettes bai-brunes, & de cordons blancs qui ſemblent comme tiſſus de perles.

N°. 14. Le même expoſé par deſſous, où ſe voit ſa ſpirale profonde, & ſes contours compaſſés avec ſimmetrie, & bordés partout d'une dentelure bai-brune.

N°. 15. Deux petits Limaçons, dont l'un eſt purpurin en deſſus, & par deſſous d'un pourpre violet; l'autre eſt d'un brun clair, contourné en nombril, & terminé en pointe élevée.

N°. 16. Grand Limaçon fait en nombril, d'Amerique, ſavoir de la Riviere de Surinam. Il eſt cendré-jaune par deſſous, du reſte d'une forme ronde-applatie, comme celle d'un Oignon.

N°. 17. Le même, qui vû par deſſous eſt d'un blanc de lait, montrant des levres larges, renverſées, couleur de roſe.

N°. 18. Limaçon de Riviere, des Pays méridionaux, finiſſant en pointe élevée, blanc dans ſes ſpirales, & ceint de fines bandelettes étroites, un peu rouſſâtres. Par deſſous regne autour de ſa plus grande convolution une bande bai-brune, ce qui imite la figure d'un Cor de chaſſe.

N°. 19. Le même vu par deſſous, qui eſt blanc comme lait, ainſi que les Limaçons de ſon Espece; ſes convolutions ſont pareillement profondément cannelées, & géometriquement compaſſées; ſa bouche eſt ronde à rebords épais.

N°. 20. Limaçon en ſabot, petit, d'Amerique, bai-clair, à pointe applatie & comme comprimée intérieurement.

N°. 21. Le même préſenté par deſſous. Sa bouche eſt ronde; ſes levres ſont ourlées d'un bord rond.

N°. 22. Autre Limaçon en ſabot, d'Amerique, joli, chatain-clair par deſſus, ſur un fond marbré de blanc & liſſé en maniere d'Agate; la pointe du ſabot eſt d'une couleur un peu moins brune.

N°. 23.

Num. 23. Eadem subtus conspicua, dilute cinereo-lutea, ore intus penitus lacteo, tenuiter fimbriato.

Num. 24. Rarissima hæc est Cochlearum turbinatarum species, undique spadicea, cute quasi pellucida, tenui, per quam spadiceus color transparet, obducta.

Num. 25. Eadem subtus, uti supra, colorata, cavo profundo, in quo gyri terminantur, donata, ore gaudens aurem humanam referente, angustum hiante, in ambitu fimbriato, ansa deorsum pendula prædito.

Num. 26. Cochlea Limacum marina, Orientalis, elegantissima, ex viridi & albo, instar Achatæ Orientalis, variegata. Turbo ejus de materie matris perlarum constructus tonum viridem reflectit.

Num. 27. Cochlea Limacum Perlata, Amboinensis, cujus turbo dissolutus gyris constat sibi mutuo non contiguis, instar tubæ. Interiora pariter superficie gaudent Conchæ margaritiferæ æmula.

Num. 28. Cochlea ex rotundo turbinata, pulcherrime picta, gyris eminentibus crispata, luteis, spadiceis, albisque funiculis & tæniis venuste circulata. Subtus simili modo comparata est, ac quæ sub Num. 14 hujus Tabulæ repræsentatur.

Num. 29. Cochlea Limacis arboreæ, quam venustissima, fuscis, albis, ex ruffo-luteis, & dilute flavis, latis, angustis, fasciis obvoluta, instar cornu venatici formata, labiis late fimbriatis.

Num. 30. Cochlea turbinata, teres, Americana, majoris cujusdam globuli plani formam referens, lactea, lemnisco cæruleo per sulcos circulata.

Num. 31. Eadem supina, ore non multum hiante, binis dentibus, labioque late fimbriato, gaudente conspicua.

Num. 32. Cochlea marina, valvata, cærulea, *Alykruik* dicta, maxima, nostris in oris ad littus *Schevelingæ* reperta. Pertinet autem ad illarum Cochlearum genus, quæ heic locorum in mari captæ, coctæ, multis inter delicias sunt. Attamen rarius majores hæ species inveniuntur.

Num. 33. Cochlea Limacis fluviatilis, exotica, minor, venusta, corniculo venatico forma similis, ex ruffo & albo elegantissime variegata, apice sive extremo spirarum saturate fusco gaudens.

Num. 34. Eadem Cochlea subtus ex cinereo-luteo unicolor est, profundo pollens cavo, in quo gyri terminantur, prout in Cochleis turbinatis obtinet. Os parvum, rotundum, labio albo, fimbriato, gaudet.

Num. 35. Cochlea umbilicata, terrestris, spadicea, albo lemnisco cincta. Hæc species, hyeme sub tellure delitescens, æstate arborum foliis vescitur.

Num. 36. Eadem supina, dilute spadicea, ore amplo, labii experte, testa tenui, gaudens.

Num. 37. Buccinum umbilicatum, albissimum, sex gyris ambientibus, sinistrorsum obtortis, constans, rarissime obvium, nitidissimum, leve, & testa tenui præditum. Ima pars pariter jucunde candida est, fossaque gaudet transversali, amplam supra peripheriam, quæ amœne purpurascit, decurrente, atque in os semet expandente. Labium crassum est lateque fimbriatum.

Num. 37*. Hæc priori eadem est, sed ex luteo eleganter picta, itidem sinistrorsum gyrata.

Num. 38. Buccinum, *Aplustre Arantium* vocatum, ab imo ad summum usque apicem versicoloribus tæniolis, albis, nigris, rubris, luteis, cæruleis, viridibus, fasciatum. Oris, quod Arantii intus coloris est, limbi pertenues sunt & acuminati. In fluviis æque ac in terra semet multiplicat hæc species, quæ tamen raro in Museis occurrit.

Num. 39.

N°. 23. Le même vu par dessous, qui est cendré-jaune. Son ouverture est intérieurement d'un blanc de lait, & légerement rebordée.

N°. 24. Voici la plus rare Espece de Limaçons, faits en sabots. Sa couleur est entierement chatain. Sa coque est mince, membraneuse, presque transparente.

N°. 25. Le même vu par dessous, où il est semblablement chatain. Ses convolutions se terminent en un creux profondément sillonné. Son ouverture ressemble de forme à une oreille, ayant le trou étroit, avec une bordure tout autour, & un bout pendant en bas.

N°. 26. Limaçon de Mer, Oriental, très-beau, peint de verd & de blanc en façon d'Agate Orientale. Sa pointe faite de Nacre de perle jette une couleur verte.

N°. 27. Limaçon d'Amboine, perlé, dont la pointe est contournée en maniere de trompette. Sa surface interne ressemble à celle de la Nacre de perle.

N°. 28. Limaçon taillé en sabot-arrondi, magnifique par ses couleurs, ayant ses contours de spirale relevés, ceints de bandelettes & de cordons chatain, jaunes, & blancs. Il est fait par dessous de même que le Limaçon du N°. 14.

N°. 29. Limaçon qui s'attache aux Arbres, très-joli, ceint de bandes larges, étroites, brunes, blanches, d'un jaune roux, & d'un jaune-pâle. Il est fait en Cor de chasse avec de larges bordures.

N°. 30. Limaçon en sabot, d'Amerique, tout rond, mais ressemblant à une boule applatie, d'un blanc de lait, & cerclé sur ses cannelures d'une bande bleue.

N°. 31. Le même présenté par dessous, pour faire voir sa fente étroite, ses deux dents, & ses larges rebords.

N°. 32. Limaçon de Mer, bleu, qu'on apelle *Saillecoque*, grande, de notre Hollande, trouvé sur la côte de Scheveling. Il apartient à ce genre de Limaçons qu'on prend sur nos côtes, & que le petit peuple fait cuire pour s'en régaler; mais néanmoins on en rencontre rarement de cette grande Espece.

N°. 33. Limaçon de riviere, exotique, petit, charmant, ressemblant de figure à un petit Cor de chasse, joliment marbré de blanc & de roux. Sa pointe est d'un brun-obscur.

N°. 34. Le même vu par dessous qui est tout cendré-jaune, formant un creux profond où ses spirales se terminent, ainsi que dans les Limaçons faits en sabot. Son ouverture est ronde, petite, relevée d'une bordure blanche.

N°. 35. Limaçon de terre, taillé en nombril, bai, à bandelette blanches tout autour. Cette Espece se cache sous la terre pendant l'Hyver, & vit l'Eté de feuilles d'Arbres.

N°. 36. Le même qu'on voit par dessous, où il est bai-clair, & couvert d'une coque mince. Son ouverture est large, sans rebord.

N°. 37. Cornet de mer fait en nombril, d'une extrême blancheur, très-net, très-rare, ayant la coque mince. Il est composé de six contours en spirale qui regnent à gauche. Le dessous de la Coquille est blanc, & a un creux en travers qui s'étend jusqu'à l'ouverture de la bouche, dont les rebords sont épais & dentelés.

N°. 37*. Celui-ci ressemble parfaitement au précedent, hormis que sa couleur est bleue.

N°. 38. Cornet de Mer, ceint d'un bout à l'autre de bandelettes de diverses couleurs, blanches, noires, rouges, jaunes, bleues, vertes. Sa bouche est intérieurement de couleur orangée, & a ses rebords minces & pointus. Cette rare Espece de Limaçon vit également sur terre & dans l'eau.

N°. 39.

Num. 39. Buccinum umbilicatum, binis tæniolis, una purpurea, altera ruffula fasciatum. Priori proxime adfine est: at labio lato, fimbriato, gaudet.

Num. 40. Priori compar, fasciis carens, at profunde liratum, ex lutescente pictum, in quinque circumeuntes spiras contortum.

Num. 41. Cochlea turbinata pallide alba, maculis fuscis distincta, affinis illi, quæ sub Num. 1 hac in Tabula fuit exhibita, cujus tæniæ, funiculi, maculæ regulariter digesta erant: at contra in hâc maculæ temere nulloque ordine sitæ sunt. Funiculus albus eam ambit.

Num. 42. Eadem supina, elegantissime albicans, ad normam Optices profunde cava, spira interiore intus undique denticulata, aut quasi margaritis fimbriata, spira autem infima, crassa, punctis fuscis pulchre circumscriptâ, gaudens.

Num. 43. Cornu Ammonis parvum, in tellure pariter ac in fluviis reperiundum. Inter Cochleas umbilicatas quoque hæc species refertur, profundaque subtus fovea gaudet.

Num. 44. Buccinum umbilicatum, album, in quinque contortum gyros, acute terminatos, lato pollens circum os limbo, reflexo, fimbriis quasi elaborato.

Num. 45. Idem supinum.

Num. 46. Cochlea valvata, *Alykruik* dicta, minor, elegantissima, lutea, fasciola alba, integra, aliaque nigricante, dimidia, supremum apicem circumscripta, rarior, ex Austrino mari protracta.

Num. 47. Eadem supina.

Num. 48. Num. 49. Num. 50. Num. 51. Num. 52. Num. 53. Num. 54. Num. 55. Num. 56. Num. 57. Num. 58. Num. 59. Num. 60. } Tredecim heic exhibemus Cochleas Limacum terrestrium, peculiaris singulas formæ & picturæ; de quibus ulterius dicendum restat nihil, nisi quod infinitæ dentur hujusce generis species, quæ picturæ elegantia aliæ aliis excellentiores de palma inter se mutuo contendunt.

Num. 61. Cochlea umbilicata, elegantissime variegata & fasciata, in fluviis Americæ degens.

Num. 62. Buccinum umbilicatum, marinum, testa gaudens crassa, dilute cinereo-fuscum, supra læve, splendens, flammisque veluti pictum.

Num. 63. Cochlea umbilicata, alba, striis capillaribus ornata, lataque circum os fimbria.

Num. 64. Eadem supina, amplo ore patula.

Num. 65. Cochlea umbilicata, ejusdem, ac prior, formæ, sed ex ruffo-flavo variegata, gemina fascia, inferiorem crassam peripheriam ambiente, prædita.

Num. 66. Eadem supina

Num. 67. Cochlea umbilicata, marina, priori forma similis, at pallide alba, lineolis capillaribus, tenuissimis, striata.

TABULA

N°. 39. Cornet de Mer fait en nombril, cerclé de deux bandes étroites, l'une roussâtre, l'autre pourpre. Il approche beaucoup du précedent, excepté que l'ouverture de sa bouche est ourlée de larges rebords.

N°. 40. Celui-ci est aussi fort semblable, mais sans bandes, à profondes cannelures, peint de jaune, & contourné en cinq spirales.

N°. 41. Limaçon fait en sabot, blanc, à taches brunes, ressemblant au Limaçon du N°. 1 de cette Planche, hormis que dans celui-ci les taches sont semées sans ordre. Il est cerclé d'une bandelette blanche.

N°. 42. Le même vu par dessous, d'une grande blancheur, creusé régulierement: le contour intérieur de sa spirale est partout dentelé ou comme bordé de perles. La spirale inférieure est épaisse, avec une piqure de points bruns tout autour.

N°. 43. Corne d'Ammon, petite, qu'on trouve également sur la Terre & dans les Rivieres. On la range aussi parmi les Limaçons faits en nombril. Elle a dessous un creux profond.

N°. 44. Cornet de Mer, formé en nombril, blanc, contourné en cinq spirales qui finissent en pointe. Sa bouche est accompagnée d'une large bordure, renversée & comme effrangée.

N°. 45. Le même vu par dessous.

N°. 46. Limaçon nommé *Saillecoque*, petit, joli, jaune, rare, pris dans la Méditerranée, ceint d'une bandelette blanche tout autour, & à moitié cerclé d'une bande noirâtre vers la pointe.

N°. 47. Le même vu par dessous.

N°. 48. N°. 49. N°. 50. N°. 51. N°. 52. N°. 53. N°. 54. N°. 55. N°. 56. N°. 57. N°. 58. N°. 59. N°. 60. } Nous représentons sous ces divers N°. treize Limaçons terrestres, d'une forme & d'une madrure particuliere, sur lesquels nous ne dirons rien de plus, sinon qu'il y a quantité d'Especes de ce Genre de Limaçon qui se disputent ensemble la magnificence du tacheté.

N°. 61. Limaçon fait en nombril, qui vit dans les Rivieres de l'Amerique, orné de taches & de bandelettes charmantes.

N°. 62. Cornet de Mer en nombril, cendré-brun, couvert d'une coque épaisse, lisse & luisant par-dessus, & marqueté de taches qui regnent comme en maniere de flammes.

N°. 63. Autre Limaçon en nombril, blanc, sillonné de très-fines rayes, avec une large bordure autour de la bouche.


N°. 64. Le même vu par dessous, où l'on voit sa large ouverture.

N°. 65. Autre Limaçon de même Espece & figure que le précedent, marbré de jaune-roux, & ceint d'une double bande autour de sa péripherie inférieure.

N°. 66. Le même, offert à la vue par dessous.

N°. 67. Limaçon de Mer, semblable de figure au précedent, mais d'un blanc-pâle, & sillonné de rayures aussi menues que des cheveux.

PLAN-



N.° 21.
N.° 22.
N.° 20.
N.° 18.
N.° 19.
N.° 17.
N.° 16.
N.° 1.
N.° 6.
N.° 5.
N.° 2.
N.° 8.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 7.
N.° 27.
N.° 28.
N.° 26
N.° 29.
N.° 25.
N.° 23.
N.° 26
N.° 30.
N.° 24.
N.° 12.
N.° 13.
N.° 9.
N.° 11.
N.° 10.
N.° 15.
N.° 14.
F. de Bakker del. et fecit 1736

TABULA QUADRAGESIMA ET PRIMA.

Sectio quarta.

Quamplurimas complectitur rariores species valvatarum, sive lunatarum Cochlearum, crassa tenuique testa constantium: quibus testa crassa est, eæ breves sunt & conglobatæ, aliæ costulis latis angustisve, aliæ quasi funiculis, striis, fasciis, distinctæ, variegatæ, maculosæ, annulatæ, granulis asperæ, aliæ rursus guttatæ, & peregrinis quasi literis sive Characteribus pictæ; haud paucæ vero ineffabili colorum varietate quam excellentissime elaboratæ sunt, aliæ unicolores, plurimæ tamen versicolores, ut sane pro dignitate describi non possint. Propterea præcipua tantum specimina in medium producemus: cum sufficiat demonstrasse, quod genus hocce tam multiplicibus e speciebus constet.

Rumphius in *Museo Amboinensi* Tabula XXVII viginti & duas ejus generis species exhibet, & nomine universali *Valvatas striatas* adpellat, interque Cochleas elegantiores, quas *Alykruik* vocant, refert. In nostra Collectione ultra ducentas species hujus generis continentur, quas tam formæ, quam colorum varietate elegantissimas ad oculum demonstrare possumus, earumque maximam partem in Tabulis depictam exhibemus. Quæ crassa testa constant, plerumque rotundæ & lunatæ sunt. Quæ vero tenui gaudent testa, utplurimum prominulum gerunt turbinem, suntque nonnihil oblongæ & acuminatæ.

Num. 1. Cochlea hæc est umbilicata, varii coloris, ex sinu Austrino, mira elegantia, viridis instar Achatæ, variegata, intus conchæ margaritiferæ æmulâ superficie ornata, tum & extus in turbine.

Num. 2. Aliud specimen raræ pulchritudinis, itidem ex sinu Austrino, materie pariter conchæ margaritiferæ constans, profunde liratis rursumque elevatis fasciis, tanquam tæniis argenteis, quæ Smaragdini viroris cylindrulis elaboratæ sunt, superbiens. Sulci turbinem ambientes fasciis albis ornati sunt.

Num. 3. Hæc tota de materie conchæ margaritiferæ est, ex ruffo resplendens, nigraque fascia turbinem circumdata.

Num. 4 & 5. Bini hi sunt Trochi plani, profundis quasi rugosi sulcis, qui circum variegatum turbinem convexi fiunt.

Num. 6. Ejusdem speciei Cochlea tota de materie conchæ margaritiferæ parata.

Num. 7. Minor alia, itidem tota materie conchæ margaritiferæ constans, altiore apice turbinato donata.

Num. 8. Pariter tota hæc de materie matris Perlarum conflata, extuberantibus funiculis dense cincta, apice ex viridi resplendente gaudet.

Num. 9. Hi Vitelli compressi vocantur, quum plani sint ovorumque vitellos referant, gyro præditi amplo, grandi, parvoque turbine, coloris dilute spadicei.

Num. 10. Eâdem de specie & hæc est Cochlea, ante ex albo emortui instar capitis pallens, postica parte per latum gyrum ex fusco & albo striatæ.

Num. 11. Eadem supina.

Num. 12 & 13. Hæ binæ parum a se mutuo discrepant, pariter ad vitellos pertinentes, oblongæ, prioribus proxime succedentes.

Num. 14 & 15. Binæ sunt spadiceæ Cochleæ valvatæ, marinæ, Orientales. Prior testam crassam alba fascia cinctam gerit; posterior fascia flava, striisque transversalibus gaudet.

Num. 16.

PLANCHE QUARANTE-UNIEME.

Quatrieme Section.

Cette Section contient plusieurs differentes Especes de Limaçons faits en Croissant, du nombre desquels les uns ont la coque épaisse, & les autres l'ont mince. Parmi ceux qui ont la coque forte, il regne une prodigieuse varieté. Les uns sont courts, ramassées en peloton; d'autres distingués par côtes larges, étroites, ceux-ci ceints de bandelettes ou de cordons; ceux-là canuelés, tachetés, chagrinés, pointillés, & relevés de taches en guise de caracteres étrangers. Il y en a peu dont la diversité des couleurs ne soit admirable; quelques-uns sont d'une couleur uniforme, mais la plupart sont peints de differentes couleurs qu'il est difficile de bien exprimer par le discours. Aussi nous ne parlerons que des principales Especes de ce Genre de Limaçons, car il suffit d'indiquer que ces Especes sont en très-grand nombre.

Rumphius dans son Ouvrage écrit en Hollandois des *Curiosités Naturelles d'Amboine*, représente à la XXII Planche, vingt-deux Especes de ce Genre de Limaçons, qu'il range parmi les belles Saillecoques Exotiques; & nous en avons ramassé dans notre Collection au delà de deux-cens, remarquables par la varieté de leur figure & de leurs couleurs, ce que nous allons démontrer en donnant ici le portrait & la description d'une grande partie de ceux qui composent notre Recueil. Les Limaçon de ce Genre dont la coque est épaisse, sont ordinairement ronds ou faits en Croissant. Ceux dont la coque est mince sont un peu plus oblongs & pointus.

N°. 1. Limaçon fait en nombril, de diverses couleurs, de la Mer Méditerranée, beau, peint de verd en façon d'Agate, formé extérieurement en toupie, & ayant sa surface intérieure qui imite la Nacre de perles.

N°. 2. Autre Limaçon de la Méditerranée d'une beauté rare, semblable par sa coque à la Nacre de perles, sillonné de profondes cannelures, que tapissent des bandelettes argentines, semées sur de petits Cylindres d'un verd d'émeraude. Les cannelures de la pointe du sabot sont entourées de bandelettes blanches.

N°. 3. Celui-ci est tout entier de la matiere des Nacres de perles, d'un roux reluisant. Sa pointe est cerclée d'une bandelette noire.

N°. 4 & 5. Voici deux autres Toupies, plattes, à profondes rayures qui deviennent convexes tout autour de sa pointe.

N°. 6. Autre Limaçon de même Espece, & tout de Nacre de perles.

N°. 7. Autre plus petit, de même coque, mais à pointe plus élevée.

N°. 8. Autre Limaçon de Nacre de perles, cerclée de bandes relevées en bosse, à pointe d'un verd-lustré.

N°. 9. Limaçons applatis, imitant la forme d'un jaune d'œuf, larges dans leur contour, finissant en une courte pointe d'un bai-clair.

N°. 10. Limaçon de l'Espece précedente, d'un blanc pâle antérieurement, & sillonné dans sa partie postérieure de cannelures brunes & blanches.

N°. 11. Le même vu par dessous.

N°. 12 & 13. Ces deux Limaçons assez ressemblans, & de forme oblongue, appartiennent aux trois dernieres Especes. C'est pourquoi nous les plaçons ici.

N°. 14 & 15. Couple de Limaçons de Mer, Orientaux, faits en Croissant, & chatains pour la couleur. Le premier a la coque épaisse, cerclée d'une bandelette blanche. L'autre est entouré d'une bande jaune, & est coupé de cannelures transversales.

Num. 16 & 17. Binæ aliæ Cochleæ, valvatæ, ex ruffo flammarum in modum variegatæ.

Num. 18. Cochlea valvata, alba, perrara, funiculis intortis, arcte sibi mutuo junctis, gaudens.

Num. 19. Eadem supina.

Num. 20. Valvata Albula, paucis donata gyris, apice paulum elatiore, ore amplo, supra corpus sordide albescens, ex ruffo luteis fasciis, haud distincte conspicuis, picta, Amboinensis.

Num. 21. Ejusdem hæc speciei est, itidem sordide alba, ad apicem ruffis literis, quasi characteribus, notata.

Num. 22. Et hæc eandem ad speciem pertinens tota lactea est.

Num. 23. Valvata nigra, alias etiam rubella & Erythrophthalmos dicta, quum subtus labio interno Corallini ruboris gaudeat, oculi figuram referente. In testa superiore atro nigra rotundi ocelli, tanquam ovula Erucarum, hærent accreti, quæ forte ipsa sunt Limacum intus habitantium ovula, è quibus pulli proveniunt. Uno tantum gyro, nulloque, ut aliæ, gaudet apice turbinato: hujus tamen locum supplet parvus quidam processus eminens, dentiformis.

Num. 24. Ejusdem hæc est speciei, nigricante sua cute orbata, sub hâc lactis instar candida, lævis, splendens.

Num. 25. Eadem supina, rubrum ostendens labium, quod extrorsum ex rubro pellucet. Cæterum lunata subtus macula, nigra, in medio datur, oculum referens: unde *Rubella* vocatur.

Num. 26. Binæ ad eandem speciem pertinentes, adhuc ita comparatæ, uti se habent, quando recens, è mari protractæ sunt, altera dilute, altera saturate spadicea, suis ovulis obsitæ.

Num. 27. Hæc de maximis est Cochleis lunatis, intus alba, quatuor dentibus armata, extus variis coloribus, ambientibusque funiculis ornata, apice parum prominulo. albo.

Num. 28. Ex albo & nigro flammarum in modum picta hæc est, & filis tenuibus circulata.

Num. 29. Alia penitus lævis, splendens, variis coloribus Achatæ in modum maculata, subtus alba, dentata.

Num. 30. Alia rursus nigerrima, fasciis albis, transversis, serpentino ductu decurrentibus, ornata.

Isthæc sufficiant: neque enim, quæ reliqua sunt, seorsim singula nunc describemus, quum tot & tam variæ adhuc dentur species, ut omnium descriptio fieri vix possit; quod jam in limine memoravimus.

TABULA QUADRAGESIMA ET SECUNDA.

Sectio quinta.

Varias exhibet Rhomborum dictorum species majores & minores.

Num. 1. Rhombus maximus ex ruffo maculatus & nubilatus, clavicula muricata. Minores majoresque maculæ nubesque eum variegant; dorsum latæ fasciæ quasi circulares ornant: fundus pallide albescit: interiora versus nonnihil violacei cernitur. Testa tenuis est: clavicula, muricis instar conformata: os amplum hiat: corpus in cylindri formam convolutum est.

Num. 2.

N°. 16 & 17. Deux autres Limaçons de la même Espece, parsemés de taches rousses qui décourent en maniere de flammes.

N°. 18. Semblable Limaçon très-rare, blanc, cerclé de cordons tortillés & serrés les uns près des autres.

N°. 19. Le même vu par dessous.

N°. 20. Limaçon en Croissant, d'Amboine, blanchâtre, taillé en un petit nombre de convolutions, ayant une pointe élevée, & l'ouverture large. Il est par dessous d'un blanc sale mêlé de roux, à bandes jaunes qui ne paroissent pas distinctement.

N°. 21. Autre Limaçon de même Espece, d'un blanc sale, marqueté sur la pointe de taches rousses qui ressemblent à des lettres.

N°. 22. Celui-ci, tout blanc comme lait, appartient à la même Espece.

N°. 23. Limaçon fait en Croissant, noir & corallin, d'où vient qu'on l'appelle *Oeil-rouge* car la lèvre interne de son ouverture par dessous est d'un rouge de corail & a la figure d'un œil. Sa coque de dessus est noire, parsemée de boutons ronds, semblables à des œufs de Chenille, & qui sont peut-être les œufs du propre Limaçon renfermés dans la coquille, d'où naissent ensuite ses Petits. Cette coquille n'a qu'une seule convolution, & ne se termine point en pointe à la maniere des autres, ayant seulement à la place une espece d'appendice taillée en façon de dent.

N°. 24. Limaçon de même Espece, dépouillé de sa coque noire, sous laquelle il se montre d'un blanc de lait, lisse, & luisant.

N°. 25. Le même présenté par dessous, où l'on voit sa lèvre vermeille dont le rouge paroît extérieurement. Il a sous le milieu du corps une tache noire ronde, qui ressemble à un œil.

N°. 26. Deux autres Limaçons de la même Espece & figure. Quand on vient de les tirer de la Mer, & qu'ils sont couverts d'œufs, l'un est d'un chatain-clair, & l'autre d'un bai-brun.

N°. 27. Voici un des plus grands Limaçons de la même Espece; il est extérieurement peint de diverses couleurs, & ceint tout autour de bandes; sa pointe un peu avancée est blanche; intérieurement il est blanc, & armé de quatre dents.

N°. 28. Limaçon vergetté de blanc & de noir en maniere de flammes, & cerclé de filets.

N°. 29. Autre Limaçon, lissé, luisant, marqueté de diverses couleurs en façon d'Agate, blanc & dentelé par dessous.

N°. 30. Autre Limaçon extrêmement noir, & parsemé de bandelettes blanches, transversales, qui vont en serpentant.

Ces Exemples de Limaçons peuvent ici suffire: nous ne nous arrêterons pas à décrire présentement ceux qui nous restent chacun en particulier; il y en a un si grand nombre, & une si grande varieté d'Especes, qu'il est difficile de donner la description de toutes, ainsi que nous l'avons dit dès le commencement.


PLANCHE QUARANTE-DEUXIEME.

Cinquieme Section.

Nous traiterons dans cette Section des Coquilles *Volutes* ou Cylindriques, grandes & petites.

N°. 1. Volutes très-grande, tachetée de roux en forme de nuage, à pointe en chausse-trape. Ses taches ou nuages sont de diverses grandeurs. Son dos est cerclé de larges bandes presque circulaires; le fond est d'un blanc-pâle, avec quelques nuances violettes vers l'intérieur. Sa coque est mince; sa bouche fort large, la figure du corps contournée en façon de cylindre.

N°. 2.



F. Morellon la Cave del. et Sculpsit.

Num. 2. Ejusdem est speciei, atque coloris, at pictura discrepat; cum maculæ nubilosæ magis heic inter se mutuo contorqueantur atque implicentur. Apex etiam coronæ magis prominulus est, quam in præcedente.

Num. 3. Idem supinus.

Num. 4. Ejusdem speciei & coloris alter, elegantius tamen maculatus. *Nebeculas* vocat Rumphius hasce species.

Num. 5. *Voluta Tigrina*, ab aliis *Leo scandens*, Listero *Rhombus Cylindro-pyramidalis, clavicula sulcata*, vocatus. In Museo Kircheriano, sub Num. 130, ejusmodi Cochlea exhibetur, haud tamen distincte ibi descripta. Quod ea cylindri instar convoluta sit, & antica parte, in modum pyramidis, acutissime & eleganter terminetur, atque supra, posteriora versus, circa claviculam, in angustum coëat crasso ibidem sulco excavata, a Listero equidem liquido indicatum est. Merito videtur species hæc inter Volutas Achatinas posse referri, quarum nonnullas postmodum exhibebimus. Dura crassaque iis testa est. Quam hoc Numero repræsentamus, lactei est coloris, ex spadiceo maculata, & marmoris instar variegata more quorundam Achatarum Orientalium. Qua spadicea est superficies, tenuibus tota filamentis distinguitur cujusmodi nihil in candida ejus parte animadvertitur.

Num. 6. Ejusdem speciei alia, dilutius ruffula, majoribus maculis notata, tenuibus fibrulis, qua ruffus color regnat, distincta, perquam glabra, splendida, & quasi lævigata.

Num. 7. Hujusce superficies alba, intermixto malini floris rubore varia, maculis, tanquam nubeculis, atro-fuscis atque albicantibus distincta, nigris desuper fasciolis circulatur. Cæterum & tenues heic lineolæ capillares albæ, uti in priore, visuntur. Antica pars paululum intropressa est, & turbine angustiore donata.

Num. 8. Et hæc de Volutarum est speciebus, penitus albicante gaudens testa, ex spadiceo nubilata, variegata, eleganterque notata.

Num. 9. Eadem supina. Genus hoc multis pollet speciebus, quarum quælibet peculiari gaudet apparatu: absit vero omnes heic figuris verbisque exponere, quas nostro in Museo asservamus; quandoquidem earum numerus modum excedit.

Num. 10. Rhombus cylindro-pyramidalis, ex ruffo nebulatus. Aliam hic ad speciem pertinet, quam priores: antica enim parte circa extremum turbinatum late extumescit; & superficie gaudet saturate spadicea, pallide albescentibus maculis, nubilosis, veluti subtus transparentibus, more multorum Achatarum, distincta. Species hæc itidem in formam pyramidis arcte convoluta est, supra circa caput lata, in claviculam angustam coiens.

Num. 11. Ejusdem hic est speciei, sed ex flavescente fuscus, oblongis latis maculis, albicantibus, tanquam annulis, ornatus, supra verticem eleganter variegatus. Rarior autem est, & ex America Hispanorum adfertur.

Num. 12. Decorticatam heic exhibeo Volutam Tigrinam, illi, quæ Num. 5 habetur, geminam, sub veste exteriore ex albo & pallido malini floris rubore inter se mistis undique picta, quæ, si ulterius lævigando detereretur, rubicundior adhuc apparitura foret.

Num. 13. Alia ejusmodi species, quoque lævigata, lactea, dilute purpurascentibus fasciis latis, angustisque, ornata, anterius circa verticem saturatius Amethystino colore tincta.

Num. 14. Nubecula arantii coloris, ornatu insusitato conspicua, anterius in apicem acutissimum turbinata, super arantium testæ colorem dilute albis pallentibus nubibus atque punctis variegata.

Num. 15.

N°. 2. Volute de même Espece & couleur, mais un peu differente pour sa madrure, ses taches étant plus entremêlées & embarassées ensemble; la pointe de sa couronne s'avance devantage que dans la précedente.

N°. 3. La même Volute, vuë par dessous.

N°. 4. Autre Volute de même couleur & Espece, mais mieux tachetée.

N°. 5. Volute Tigrée ou Tavelée en maniere de Tigre. Les Auteurs la caractérisent encore de différens noms. Dans l'Ouvrage intitulé *Musæum Kircherianum*; on trouve au N°. 130 une description de cette Coquille, mais qui n'est pas bien exacte. Lister a indiqué clairement dans la description qu'il en fait, que cette Coquille est contournée en cylindre, que dans sa partie antérieure elle se termine en pointe pyramidale, qu'au dessus vers la partie postérieure elle s'étrécit, & que là elle est sillonnée d'une profonde crénelure. Il semble qu'on peut avec raison ranger cette Coquille parmi les Volutes peintes en façon d'Agate, dont nous donnerons ci-après quelques Exemples. Leur coque est épaisse & dure. Notre Volute est d'un blanc de lait, marbré de taches chatain, à la maniere de quelques Agates Orientales. Sur sa surface chatain elle est encore toute vergettée de fines rayures, mais il n'y en a aucune sur sa surface blanche.

N°. 6. Volute de même Espece, polie, lissée, & luisante, d'un roussâtre plus clair, marbrée de plus grandes taches, avec de fines rayures sur sa surface rousse.

N°. 7. Volute blanche mêlangée d'un peu d'incarnat, ombrée de taches noires & blanches en forme de nuage, & cerclée par dessus de bandelettes noires. Elles est aussi parsemée de rayures blanches & menues comme des cheveux. Sa partie antérieure est un peu enfoncée intérieurement, & sa pointe est moins large.

N°. 8. Autre Volute dont la coquille est toute blanche, pointillée, & relevée de taches chatain en maniere de nuage.

N°. 9. La même Coquille vue par dessous. Au reste ce Genre de Coquille a plusieurs Especes qui different en couleurs & en tacheté, mais nous n'avons pas dessein à cause de leur nombre de décrire ici toutes celles que nous possedons.

N°. 10. Volute ombrée de roux. Cette Volute est d'une autre Espece que les précedentes, car sa pointe faite en Toupie est extrêmement large. Sa couleur est chatain-brun, marquetée de taches blanchâtres en maniere de nuage, mais transparentes par dessous, à la maniere de plusieurs Agates. Cette sorte d'Espece est contournée en pyramide, large vers sa base & finissant en pointe.

N°. 11. Volute de même Espece, d'un jaune-roux, variée sur le sommet, de taches blanchâtres oblongues, larges, qui la cerclent. Cette Volute vient de l'Amerique Espagnole, & est rare.

N°. 12. Volute Navelée semblable a celle du N°. 5, dépouillée de sa croûte extérieure, sous laquelle elle paroit colorée de blanc mêlé d'incarnat, & paroitroit encore plus rouge si par le frottement on usoit davantage la Coquille.

N°. 13. Autre Volute lissée, d'un blanc de lait, cerclée de bandes purpurines de differente largeur, & peinte à la pointe d'un violet foncé.

N°. 14. Volute orangée, remarquable par ses ornemens singuliers, & finissant en pointe très-aiguë. Sa coque orangée est sursemée de points, & de taches blanches en forme de nuage.

N°. 15.

Num. 15. Minor ejusdem ſpeciei, itidem Arantii coloris, ſubtus conſpicua, intus pariter ex ſaturate Arantio picta, anterius circa labrum dilutius colorata.

Num. 16. Et hæc ad eandem pertinet ſpeciem, ſed obſcurioris eſt Arantii coloris, nubeculis pallide albeſcentibus variegata, tenuibusque Arantii coloris punctis, ſtriatim nitido ordine, æqualiter atque denſe juxta ſe mutuo digeſtis, circumdata. Caput longum, & in apicem prominulum contortum eſt. Inter Nubeculas refertur, quia tenui teſta gaudet.

Num. 17. Hæc lactea eſt, Arantii coloris nubeculis & funiculis, uti prior, circumdata. Capitis apex, longum prominens, minutis globulis in ambitu gyrorum obſitus eſt. Species hæc non adeo frequenter occurrit.

Num. 18. Ejusdem ſpeciei alia, priori per omnia ſimilis, niſi quod ex cæruleſcente albicans nubeculis ſaturatioris Arantii coloris diſtinguatur.

Num. 19, 20 & 21. Hæ tres itidem ejusdem ſunt ſpeciei, ſed lævigatæ: qua de cauſa funiculi evanuêre, colorque Arantius in purpureo rubrum, albus in dilute cærulum, veluti in nubeculas efformatum, abiit. Ex Indiis Orientalibus adferuntur.

Num. 22. Strombus Americanus, rariſſime reperiundus, craſſa teſta gaudens, ex cæruleſcente albicans, ſpadiceis nubeculis diſtinctus. Pertinet ad eandem cum prioribus Num. 10 & 11, in hac Tabula, ſpeciem.

Num. 23. Voluta filoſa, capite ſubrotundo, marginibusque obtuſis donata: gyrata ejus volumina anterius rugoſa & profunde lirata ſunt. Medium albicantis teſtæ faſcia lata, perplexa, Arantii coloris, inſtar annuli, ambit. Corpus reliquum tenuibus Arantii coloris filamentis more ſerpentino ſtriatum eſt; claviculam vero ſaturate fuſca lata faſcia, elatioribus annulis diſtincta, ſuccingit.

Num. 24. Ejusdem eſt ſpeciei; ſed faſcia medium corpus ambiens, lævigando detrita, obſcure purpuraſcit, ejusque filamenta perplexa, rudiora, nonnullisque in locis ex Arantio maculoſa ſunt.

Num. 25. Volutarum filoſarum ſpecies maxima, qua pulchriorem aliam haud nobis unquam videre contigit. Liſtero audit *Rhombus cylindratus, pyramidalis, faſciatus & radiatus, roſtro late nigricante.* Faſcia corpus ambiens haud adeo lata eſt, ac in binis prioribus: cæterum cum Num. 23 maxime convenit.

Num. 25*. Eadem ſpecies, minor tamen, & ſubtus conſpicua.

Num. 26. Voluta faſciata. Hujusce generis multæ ſunt ſpecies, non pictis ſolum faſciis atque ſtriis ſerpentinis, ſed & magnitudine inter ſe diſcrepantes. Teſta quoque craſſior ipſis eſt, & forma conica; ſiquidem ſubtus circa claviculam in acumen convergânt, ore veluti tæniola tenui, fuſca, cincto: anterius rotundæ ſunt & latæ, marginibus donatæ lævibus, in quibus circumvoluti gyri elegantiſſime ex lacto & ſpadiceo maculati, marmorisque in modum ad obtuſum usque apicem variegati, apparent. Exterius viridi flavus regnat color; binæque faſciæ, altera prope caput, altera inferiora verſus, albicantes, nigris maculis ſuccinctæ, corpus ambiunt: has inter faſcias oblongæ, quaſi vermiformes ſtriæ, a ſuperioribus veluti deorſum criſpatæ, funiculi mediocris craſſitie præditæ, conſpiciuntur, quæ ſub faſcia altera, inferiore, evaneſcunt. Utplurimum vulgo Caſeoli virides vocantur.

Num. 27. Eadem ſpecies, ſed admodum confuſe picta. Caput ejus maximum partem, ut in priore, comparatum eſt. Cæterum ob picturæ perplexitatem vix exacte deſcribi poteſt.

Num. 28, 29, 30 & 31. Hæ omnes Volutæ ad eandem illam pertinent ſpeciem, quam Caſeolos virides vocant: coloribus autem & pictura inter ſe differunt.

Num. 32 & 33. Hæ ſupinæ jacent, ut & hac facie conſpicuæ ſint.

Num. 34.

N° 15. Volute de même Espece, plus petite, orangée, vuë par deſſous où ſa couleur eſt intérieurement plus chargée, excepté vers la bouche.

N°. 16. Coquille de même Espece, d'un orangé plus obſcur, picotée tout autour de points de la même couleur, ſemés près les uns des autres avec ſymmetrie, & mouchetée de taches blanchâtres qui regnent en façon de nuage. Sa tête longue eſt contournée en pointe aſſez longue. La Coquille eſt mince.

N°. 17. Volute ſemblable, d'un blanc de lait, ceinte comme la précedente de bandes orangées, avec de longues taches. La pointe de la tête eſt grande, & ſemée de tubercules dans ſes convolutions. Cette Espece eſt aſſez rare.

N°. 18. Volute pareille, entierement reſſemblante, excepté que ſon fond bleuâtre eſt ſurſemé de nuages d'un orangé couvert

N°. 19, 20 & 21. Trois Volutes de même Espece, mais liſſées par le frottement, de ſorte que ſes bandes ont diſparu, ſa couleur orangée dévenue d'un pourpre rouge, & ſon blanc, d'un bleuâtre en forme de nuage. Ces Coquilles viennent des Indes Orientales.

N°. 22. Trompe d'Amerique, fort rare, à coquille épaiſſe, bleuâtre mêlée de blanc, & ombrée de taches chatain. On raporte cette Espece au rang des N°. 10 & 11. de cette Planche.

N°. 23. Volute dont la tête eſt arrondie, & les bords obtus. Ses convolutions ſont profondément cannelées. Sa coquille blanchâtre eſt cerclée par le milieu d'une large bande orangée. Le reſte de ſon corps eſt ſillonné de fines rayures orangées, qui décourent en ſerpentant. Sa pointe eſt entourée d'une large bande brune, diſtinguée par anneaux.

N°. 24. Volute de même Espece que la précedente, mais dont la bande qui ceint le milieu du corps, effacée par le frottement, eſt devenue d'un pourpre-brun. Ses rayures filamenteuſes ſont plus groſſieres, plus embaraſſées, & pointillées çà & là de taches orangées.

N°. 25. Volute ſemblable de la plus grande Espece, & d'une beauté ſupérieure à toutes celles que nous ayons vues. Liſter la caractériſe en Latin du nom de Rhombe Cylindrique, pyramidal, radié de bandes, & à large bec noirâtre. La bande qui le cercle au milieu n'eſt pas ſi large que dans les Volutes précedentes. En général cette Espece de Volute reſſemble beaucoup à celle qu'on a décrit au N°. 23.

N°. 25*. Volute de même Espece, plus petite, vue par deſſous.

N°. 26. Volute à pluſieurs bandes. On compte pluſieurs Especes de ce Genre de Volute, differentes non ſeulement par les couleurs, le tacheté des bandes & les cannelures, mais encore par leur grandeur. Leur Coquille eſt épaiſſe & d'une figure conique; car d'une part elles ſe terminent en pointe, & ont leur ouverture cerclée d'une petite bandelette brune; antérieurement elles ſont rondes & larges avec des bords liſſes, autour desquels les contours ſont marbrés de taches blanches & chatain. Leur couleurs extérieure eſt d'un verd-jaune. Le corps de la Coquille eſt environné de deux bandes blanches, mouchetées de taches noires; chacune des bandes eſt à l'une des extrémités, & ont entre elles des cannelures qui vont en ſerpentant de haut en bas, où elles diſparoiſſent vers la bande de l'extrêmité inférieure.

N°. 27. Autre Volute de même Espece, mais tachetée trèsconfuſément. Sa tête eſt faite ainſi que dans la précedente; mais on ne peut gueres exactement décrire cette Coquille-ci, à cauſe de la confuſion de ſa madrure, de ſes couleurs, & de ſes bandes.

N°. 28. 29. 30. 31. Ce ſont des Volutes de la même Espece, différentes entre elles ſeulement par leurs ornemens.

N°. 32. 33. On les voit ici par deſſous.

N. 34.

N.° 34. N.° 7. N.° 8. N.° 9. N.° 35. N.° 36.

N.° 29. N.° 30. N.° 28. N.° 32. N.° 33. N.° 6.

N.° 23. N.° 31. N.° 24. N.° 25. N.° 26. N.° 27.

N.° 17. N.° 18. N.° 20. N.° 21. N.° 22. N.° 19.

N.° 15. N.° 11. N.° 12. N.° 13. N.° 14. N.° 16.

N.° 1. N.° 2. N.° 3. N.° 10. N.° 5. N.° 4.

Num. 34, 35 & 36. Minusculæ hæ sunt species, pictura semper discrepantes, quarum aliæ ex dilute flavo unicolores albis tæniis nigrisque punctis distinguuntur; aliæ, ex viridi flavo unicolores, ex albo fasciatæ & guttatæ sunt; aliæ ex Arantio maculatæ & guttatæ; aliæ rursus pallide luteæ punctis rubris, in tænias congestis, circulantur. Ob multiplices varietates hoc loco haud describemus minores illas, quæ in medio collocatæ sunt, species: sufficiat eas æri incisas simul exhibuisse.

Num. 37. Et hic Rhombus est, prioribus, Caseolis viridibus dictis, affinis. Quercini, ligni colore simplice conspicuus binis albicantibus gaudet annulis, altero supra, ad caput, primum gyrum ambiente, altero inferius sito. Antica parte gyri omnes penitus candicant, atque serrati in apicem latum, prominentem, terminantur.

Num. 38. Eadem species lævigata, pellucentem exhibens purpuram. Caput album, serratum, apice rubro gaudet.

Num. 39. Hæc magis adhuc lævigando detrita amœnum Amethysti colorem, albis fasciis distinctum, monstrat. Caput hujus quoque lævigatum est, gyrosque exhibet ex purpureo annulatos & crispatos, spectaculo elegantissimo.

Num. 40 & 41. Binæ Volutæ Arantiæ, albis oblongis striis, tanquam fasciis, circumscriptæ.

Num. 42. Ejusdem speciei alia, ex Arantio fusca, albis, latis fasciis circumdata.

TABULA QUADRAGESIMA ET TERTIA.

Sectio sexta.

Elegantissima heic exhibemus specimina, in quibus equidem depingendis naturam ars satis exacte imitata est. Quum vero largissima hujusmodi rerum supellectile simus instructi, exquisitissima semper atque perfectissima suo in genere exempla selegimus, ut iis, qui hæc amant atque intelligunt, satisfaciamus, materiemque demus, è qua mirifica omnipotentis Conditoris opera magis magisque cognoscere discant.

Num. 1. Voluta Arantia elegans, maculis inæqualibus, albis, venuste elaborata. Listero *Rhombus Cylindro-pyramidalis* audit; Rumphio *Voluta pennata*. Nos, quod modo dedimus nomen, ipsi præ aliis competere arbitramur. Neque ex vilioribus ea est speciebus. Arcte convoluta apice pyramidali, eminentiore, gaudet.

Num. 2. Eadem subtus conspicua, qua parte haud minus elegans pictura, quam supra, effulget.

Num. 3. Paulo hæc brevior est & latior anterius, circa caput, itidem tamen Arantio picta colore, maculisque inæqualibus, albis & flavis, in fascias quasi formatis, sufferta atque exornata.

Num. 4. Nonnihil tenuior hæc & angustior est, turbine terminata acutissimo; coloris ex fusco Arantii; maculis oblongis, inæqualibus, albis, variegata; extus perquam lævis & splendida.

Num. 5. Eadem subtus conspicienda, æquè venusta hac parte.

Num. 6. Voluta dilutioris Arantii coloris, priore minor, maculis reticulatis, inæqualibus, albis & ex fusco Arantiis varia.

Num. 7, 8, 9 & 10. Vocantur *Rhombi Attagenes*, panni auro contexti, aut & Fimbriæ denticulatæ; siquidem simili fere modo, ac plumæ in pectore Attagenum, variegentur, picturâ interim atque coloribus usque discrepantibus: cernitur enim dilute flavum, Arantio-flavum, Arantio-fuscum, atro-fuscum, album, tum

N°. 34, 35, & 36. Especes de Volutes plus petites, & toujours diversement peintes & tachetées; car les unes sont d'une seule couleur jaune-pâle, relevées de bandes blanches & de points noirs; les autres sont d'un verd-jaune, à bandes & à points blancs; celles ci pointillées & marquetées de taches orangées; celles-là d'un jaune-clair à bandes sursemées de points rouges. Nous ne décrirons pas ici ces petites Volutes, qui sont placées au centre à cause de leurs variétés; il suffit d'en donner la représentation.

N°. 37. Volute assez semblable aux dernieres qu'on vient de décrire. Elle est remarquable par sa couleur de bois de Chêne, cerclée de deux bandes blanchâtres, l'une vers la tête, autour de la premiere convolution, & l'autre à la pointe. Ses contours dans la partie antérieure sont tout blancs, dentelés, & se terminent en une grande pointe large.

N°. 38. Pareille Espece de Volute, lissée, montrant un pourpre transparent. Sa tête blanche & dentelée a la pointe rouge.

N°. 39. Cette Volute, qu'on a encore lissé davantage par le frottement, fait voir un charmant violet, que partage des bandes blanches. Sa tête polie est sillonnée tout autour de cannelures qui vont en serpentant, ce qui est très-beau à l'œil.

N°. 40. 41. Deux Volutes orangées, rayées dans leur circonference de rayures blanches comme d'autant de bandes.

N°. 42. Autre Volute de même Espece, d'un orangé-brun, cerclée de larges bandes blanches.

PLANCHE QUARANTE-TROISIEME.

Sixieme Section.

Nous offrons ici de très-belles Volutes, dans la représentation desquelles l'Art a imité la Nature avec assez d'exactitude. Comme nous possedons une vaste collection de ces sortes de Curiosités, nous nous bornons à ne faire représenter dans cet Ouvrage, que ce qu'il y a de plus parfait & de plus exquis en chaque Genre de Coquilles, pour satisfaire le goût des Amateurs intelligens, & rassembler sous leurs yeux un choix de ces merveilleuses productions, dont la connoissance ne doit tendre qu'à nous conduire au Souverain Etre qui les a créées.

N°. 1. Volute orangée, belle, décorée de taches blanches de differente grandeur. Lister l'apelle Rhombe Cylindro-Pyramidal; Rumphius la nomme Volute Pannachée; mais nous aimons encore mieux le nom que nous venons de lui donner. Cette Coquille est d'une des plus belles Especes. Ses contours serrés finissent en une grande pointe pyramidale.

N°. 2. La même, vue par dessous, où sa madrure & ses couleurs ne sont pas moins éclatantes.

N°. 3. Cette Volute est plus courte & plus large, à la partie antérieure de la tête. Elle est pareillement à fond orangé, chargé d'une madrure de taches jaunes & blanches inégales, & disposées en façon de bandes.

N°. 4. Celle-ci plus mince & plus étroite se termine en sabot très-aigu. Sa couleur est d'un orangé-brun, vergetté de taches blanches, oblongues, de grandeur inégale; sa surface extérieure est polie, luisante.

N°. 5. La même, vue par dessous, où elle ne paroit pas moins belle.

N°. 6. Volute plus petite que la précedente, d'un orangé plus clair, sursemé de taches inégales blanches & orangées-brunes faites en réseau.

N°. 7. 8. 9. 10. Coquilles Univalves à Volute, rares, & précieuses; nommées en François *Draps d'Or*. Quelques Auteurs les apellent encore en Latin *Rhombi Attagenes* parce que leur tacheté & leurs couleurs sont mélangées à la maniere du plumage de l'Estomac de ces Oiseaux que les Latins nommoient *Attagenes*, & que

tum & aureis alicubi filis quasi intertextum. Sunt sane specimina quam elegantissima, & longe dignissima, quæ in Museis asserventur atque a curiosis perlustrentur. Cum priore Num 6 ratione brevitatis & crassitiei satis conveniunt, anterius apice gaudentia turbinato, prominentiore, postica parte in claviculam angustam convergentia.

Num. 11. Priores hic Rhombus ad species pertinet, corpore est crassiore, & rariore pictura, plus flavi monstrante, præditus.

Num. 12. Idem supinus.

Num. 13 & 14. Volutæ binæ cordiformes, ex flavo Arantiæ, albis maculis & filamentis capillaribus circumdatæ, rarissimæ. Ex Amboina Indiarum Orientalium adferuntur, sed rarius; unde & plurimi æstimantur. Pertinent autem inter *volutas*; quum arcte in figuram coni convolutæ sint.

Num. 15 & 16. *Rhombi bini Cylindro-pyramidales, Americani*, quoque perquam rari, ex spadiceo, dilute flavo, albo & Arantio maculati & nubilati.

Num. 17. Elegans Nubecula, sive Haustellum, Cochleari, quo hauritur, simile, obscure fuscum, dilute cæruleis flavisque nubeculis ornatum. Testa gaudet tenui hæc species, unamque duntaxat convolvitur in spiram: unde & Pisciculus ejus major & crassior est, quam qui habitat in arctius convolutis.

Num. 18. Specimen idem subtus conspicuum.

Num. 19, 20, 21, 22. Omnes hæ Cochleæ testis sunt tenuibus, atque coloribus variis, variisque figuris quam elegantissime nubilatæ: earum quædam pictura Chartam dictam Turcicam referunt; aliæ minutis punctis annulatæ, oblongisque striis, catenarum in modum dispositis, distinctæ sunt.

Num. 23, 24, 25, 26, 27, 28 & 29. Rariores hæ sunt species Stromborum, qui ex America Hispanorum adlati picturam speculandi materie plenissimam ostendunt. Testa ex albo perfundata nubeculis obscure fuscis, Arantiis, rubris, flavis, & dilute cæruleis, variegatur. Dantur & inter eos, qui tenuissimis veluti villis tæniati & circulati sunt.

Num. 30. Et hic Strombus est, at obscure fuscus, ex albo cærulescente nubilatus, rubris punctis, in funiculos compositis, annulatus.

Num. 31. Volutæ breves, crassæ, coactæ, funiculis, rubris, tenuibus, cinctæ, ex saturate Arantio perfundatæ, ex albo & dilute cæruleo marmoris in modum variegatæ, anterius in gyris dilute flavæ, & ex ruffo variæ. Inter Cochleas Americanas, quas *Katjes* vocant, referuntur.

Num. 32 & 33. Ad eandem hæ petinent speciem, verum prior simpliciter flava striis longis, rubris, catenatis, ambitur; altera perquam pallide albicans ruffis tæniis, vel filis, tenuium funiculorum æmulis, circumdatur.

Num. 34, 35 & 36. Hæ Volutæ inusitata quadam elegantia nubilatæ sunt, singularibus quælibet coloribus & pictura superbientes, incomparabiles, itidem ex America Hispanorum delatæ, quarum posterior punctis circulatur.

TABULA QUADRAGESIMA ET QUARTA.

Sectio septima.

Num. 1. *Volutam Regularem* heic exhibemus, quæ Listero *Rhombus Cylindro-pyramidalis* audit; Rumphio autem *Meta Butyri* vocatur. Vocabulum *Rhombus* variarum est significationum: primo enim magicam

& que nous apellons *Francolins*, ou *Gelinotes de bois*. On voit en effet sur ces Coquilles un mélange de jaune-pâle, de jaune orangé, d'orangé-brun, de grivelé, qu'entrecoupent çà & là comme des filets d'or. Celles que nous montrons ici sont extrêmement belles, & meritent d'être examinées des Curieux; par leur épaisseur & leur petitesse elles ressemblent assez à la Volute du N°. 6, finissant par devant en pointe de toupie, & s'étrecissant par derriere.

N°. 11. Volute de la même Espece que les précedentes, quoique plus grosse, & moins variée en couleurs, le jaune dominant davantage.

N°. 12. La même, vue par dessous.

N°. 13 & 14. Deux Volutes faites en cœur, extrêmement rares, d'un jaune-orangé mouchetées de taches blanches, & vergettées tout autour de fines rayes. Elles viennent d'Amboine, d'où on ne les apporte que rarement, ce qui les rend plus précieuses. Leurs convolutions serrées allant en forme de cone, font qu'on les met au rang des Volutes.

N°. 15 & 16. Deux Volutes d'Amerique, peu communes, tachetées en maniere de nuage de chatain, de jaune-pâle, de blanc & d'orangé.

N°. 17. Volute d'un brun sombre, relevée de taches jaunes & bleues en forme de nuage. Cette Espece est d'une Coquille mince contournée en une seule spirale; de sorte que le Poisson renfermé dans la Coquille, doit être plus grand à proportion que ceux d'autres Volutes dont les convolutions sont plus serrées & plus nombreuses.

N°. 18. La même, vue par dessous.

N°. 19. 20. 21. 22. Toutes ces Coquilles sont minces, joliment nuées de diverses couleurs, & ombrées de taches diversement figurées. Quelques-unes de ces Coquilles ne ressemblent pas mal par leur madrure au Papier de Turquie; les autres sont picotées tout autour de petits points, & de rayures faites en petits chainons de chaine.

N°. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Voici des plus rares Especes de Sabots de l'Amerique Espagnole, & dont les ornemens méritent bien d'être considerés. Leur coque à fond blanchâtre est sursemée de taches brunes, orangées, rouges, jaunes, & bleues-pâle. Il y en a dans ce nombre qui sont comme cerclés de menus filets.

N°. 30. Autre Coquille de même Espece, d'un brun obscur relevée d'une madrure blanche & bleue en maniere de nuage, & piquée de points rouges qui forment des bandes tour autour.

N°. 31. Petites Volutes, épaisses, ferrées, cerclées de bandelettes rouges, & partie orangées, qu'accompagne une marbrure de blanc & de bleu-pâle, & qui sont jaunâtres dans leurs convolutions avec un mélange de roux. On range ces Coquilles parmi celles d'Amerique que les Hollandois nomment *Katjes*.


N°. 32 & 33. Deux Coquilles de l'Espece précedente, dont la premiere jaune, est cerclée de rayures rouges, faites en forme de chaines; l'autre d'un blanc blafferd, est entourée de fins cordons ou filamens roux.

N°. 34. 35. 36. Volutes de l'Amerique Espagnole, toutes superbes par leurs couleurs & leur madrure. La Volute du N°. 36 est entourée de points en guise de bandes.

PLANCHE QUARANTE-QUATRIEME.

Septieme Section.

N°. 1. Nous représentons ici une Volute réguliere, que Lister apelle *Rhombus*, Rhombe, *Cylindrus Pyramidalis*, Cylindre-Pyramidal, & Rumphius *Meta Butyri*, Pyramide de Beurre. Le mot Latin *Rhombus*, a differentes significations: premierement il signifie


N.° 30.
N.° 27.
N.° 19.
N.° 21.
N.° 28.
N.° 20.
N.° 25.
N.° 26.
N.° 17.
N.° 18.
N.° 12.
N.° 15.
N.° 23.
N.° 29.
N.° 24.
N.° 22.
N.° 16.
N.° 10.
N.° 7.
N.° 14.
N.° 13.
N.° 11.
N.° 3.
N.° 9.
N.° 5.
N.° 4.
N.° 1.
N.° 6.
N.° 8.
N.° 2.

magicam quandam rotam indicat, quo sensu huc quadrare haud potest; secundo Piscem notat, significatione pariter heic non congruente; tertio & Chirurgicum quendam deligandi modum exprimit; tandemque & Rhombus Geometricam significat figuram tessellatam, sive quadratam obliquangulam, cujus æqualia inter se sunt latera, sed anguli non recti. Postremo hoc sensu Rhombus quodammodo figuram vel formam Cochlearum, quas *Volutas Regulares* vocamus, æmulatur: sunt enim eæ testæ, quam arctissime in sese convolutæ, crassæ & ponderosæ, regulari quodam modo quasi contortæ, angustis latisque chordis vel tæniis per superficiem ex Arantio unicolorem circulatæ, quarum superius extremum latum, rotundum, in apicem acuminatum excurrens, per sulcos ex spadiceo maculatur & variegatur; clavicula vero angustior est & coacta.

Num. 2. Isthæc saturate Aurantii est coloris, nec minus eleganter fasciata, pertusis veluti tæniis regulariter obvoluta, cui parem rarissime datur conspicere. Apex supremus, in quem multiplices spiræ coëunt, & vertex variis admodum coloribus quam venustissime variegatus, heic præcipue emicant.

Num. 3. Tertia species citrinæ est flavedinis, latioribus fasciis, albis, tænias veluti, saturate spadiceis figuris, oblongo-quadratis, distinctas, referentibus, circulata. Forma sat regularis conoidea est.

Num. 4. Species quarta dilutissime flavescit, angustioribus tæniolis albis, & ruffis parallelepipedis circumdata, superius, ad caput, binis punctorum rubrorum seriebus, tanquam fasciola quadam, succincta, ad claviculam vero rubris tæniolis ornata.

Num. 5. Quinta species, pallide alba, saturate spadiceis maculis, tigrino veluti more, variegata, & funiculis flavis, quorum nonnulli rubris punctis distinguuntur, circumdata est.

Num. 6. Sexta species, dilute vel pallide lutea, perplexis parallelepipedeis figuris, ex saturate Arantio pictis, circulariter ambitur, spectaculo sane haud injucundo.

Num. 7. Species septima externam testæ superficiem præ se fert albicantem, oblongis spadiceis maculis, oblique deorsum vergentibus, hasque interstinguentibus funiculis tenuibus, flavis, sat regulariter circumscriptam.

Num. 8. Voluta simplex, alias *Quercina* dicta, ex flavo ruffula, maculis nonnullis pallide albescentibus, veluti rhomboideis, circulariter notata, præsertim circa latius extremum capitale, & gyros ibidem in acumen desinentes. Sulci striati, non adeo distincte conspicui, a superioribus deorsum tendentes, haud profundi sunt, sed plani fere, ut in ligno Quercino. Posteriora versus, circa claviculam, plurimæ harumce Volutarum ab uno latere oblique incurvatæ sunt.

Num. 9. Altera Volutarum Quercinarum species, croceo-lutea, saturate fuscis striis perplexis dense obtecta, sub quibus veluti pictæ ex albo fasciolæ latæ & angustæ transparent. Cætera similis est priori.

Num. 10 & 11. Ejusdem fere hæ sunt coloris, nisi quod posterior lata fascia, alba, ambiatur. Extrema earum superiora in gyris ex albo, luteo & saturate fusco æqualiter maculata & variegata sunt.

Num. 12. Quercina pariter hæc est Voluta, superficies cujus albicans flavis & ex Arantio-fuscis maculis oblongis, tum capillaribus filis rubris, juxta longitudinem æque ac crassitiem ductis, tandemque fascia alba, medium corpus ambiente, ornatur. Superius extremum eleganter pictum est. Latera longissima haud curvantur, verum recta procedunt ad finem usque. Rarissima quædam hæc est species: nobis tamen plures adhuc in nostro Museo restant, quas omnes in hisce Tabulis exhibere non licet; quia opus hoc nimium excresceret, & secuturis speciminibus rarioribus nullus superesset locus.

Num. 13.

signifie une Roue de fer ou d'airain pour faire des fortileges; en second lieu il désigne le Poisson que nous nommons Turbot; en troisieme lieu il se prend en Chururgie pour une Espece de Bandage à qui l'on a conservé en François le nom de *Rhombus*; mais aucune de ces trois significations ne convient ici. Enfin le mot *Rhombus* ou Rhombe en François, marque en Géometrie une figure dont les quatre côtés sont égaux entre eux, mais dont les angles ne sont pas droits; dans ce dernier sens le mot de Rhombe exprime en quelque maniere la figure des Coquilles que nous appellons Volutes Régulieres; car ces Volutes sont épaisses, pesantes, faisant plusieurs convolutions formées assez régulierement, à fond orangé, cerclées dans leurs contours de bandes ou de cordons plus ou moins larges, ayant le bout superieur large, rond, allant insensiblement en pointe étroite, ferrée, & marbré ou marqueté d'une madrure chatain dans les diverses cannelures.

N°. 2. Cette Volute-ci est orangé-brun, & d'une beauté très-rare; elle est ceinte régulierement tout autour de bandelettes qui paroissent comme criblées de trous. Sa pointe supérieure où aboutissent un grand nombre de spirales, de même que son sommet, brillent principalement par la varieté des belles couleurs qui y regnent.

N°. 3. Troisieme Volute d'un jaune de citron, cerclée de larges bandes blanches, découpées en plusieurs petits quarrés-oblongs de couleur chatain. Sa forme est un cone assez régulier.

N°. 4. Quatrieme Espece de Volute d'un jaune très-clair, ceinte de bandes blanches étroites, partagées en parallelépipedes d'une couleur rousse. Son sommet est picoté dans son enceinte de deux rangées de points rouges, disposés en façon de bandes. Sa pointe est semblablement entourée de bandelettes rouges.

N°. 5. Cinquieme Espece de Volute à fond blanc-pâle, tigrée de taches bai-brunes, & cerclée de cordons jaunes, dont quelques-uns sont sursemés de points rouges.

N°. 6. Sixieme Espece d'un jaune-clair, ceinte dans son contour de bandes découpées en parallelépipedes entrelassés ensemble, & peints d'un orangé brun, ce qui fait à l'œil un charmant effet.

N°. 7. Septieme Espece blanchâtre sur toute sa surface, cerclée assez régulierement de taches oblongues chatain, allant obliquement en bas, entrecoupées de menus cordons jaunes.

N°. 8. Volute simple, d'un jaune-roussâtre, marquetée dans sa circonference de quelques taches blanchâtres faites en rhombes, qui regnent principalement sur sa plus large extrêmité, & autour de ses convolutions terminées en pointe. Ses sillons vont de haut en bas, & ne sont ni bien marqués ni profonds, mais plats, presque comme dans le bois de Chêne; plusieurs des Volutes de cette Espece sont courbées obliquement d'un côté, savoir dans leur pertie posterieure vers la pointe.

N°. 9. Seconde Volute de même Espece que la précedente, d'un jaune de saffran, irrégulierement sillonnée de cannulures brunes, fort près les unes des autres, sous lesquelles paroissent des bandes de diverse largeur peintes comme de blanc: du reste elle est semblable à la précedente.

N°. 10. & 11. Autres Volutes de même Espece, & presque aussi de même couleur, excepté que celle du N°. 11. est entourée d'une large bande blanche. Leurs extrêmités superieures sont également tachetées & mêlangées dans leurs spirales de blanc, de jaune, & de brun-obscur.

N°. 12. Cinquieme Volute de même Espece, dont la surface blanchâtre est décorée de taches oblongues, jaunes, & d'un orangé-brun, avec des filets rouges sur toute sa longueur & sa largeur, & une bande blanche qui la cercle au milieu. L'extrêmité superieure est joliment peinte. Ses côtés sont très-longs, & droits jusqu'au bout sans courbure. Cette sorte de Volute est extrêmement rare; cependant nous en possedons encore plusieurs semblables que nous ne pouvons représenter ici, parce que leur nombre grossiroit trop cet Ouvrage, & que nous manquerions de place pour diverses autres Coquilles qui ne sont pas plus communes, & que nous ne devons par passer sous silence. Telles sont les suivantes.

N°. 13.

Num. 13 & 14. Rariores hæ ſunt & perpulchræ, ab oris Caracicis dictis profectæ, quarum prima dilute cæruleſcente eſt colore, radiis ſaturate fuſcis, tanquam flammis, diſtincto. Gyri in ſupremo apice ex cæruleo plumbei ſunt coloris, fuſcis maculis variegati. Altera haud abſimilis priori pictas tamen illas flammas non radiatas, ſed potius veluti nubilatas monſtrat.

Num. 15. Iſthæc priori Num. 13 maximam partem ſimilis eſt ratione picturæ lapides Achatas æmulantis: at color fuſcus heic dilutior, alterumque latus ad claviculam curvum ſive obliquatum eſt, uti in Volutis quercinis.

Num. 16. Voluta grandis, ovata, Achatina, ad ſcapulas lata & rotunda, apice prædita anguſto & obtuſo, cujus gyri arcte in ſe mutuo contorti, ſulcique minutis globulis circumſcripti ſunt. Externa ſuperficies olivino gaudet virore: longa macula alba dorſum variegat: cætera dilute & ſaturate fuſco, & flavo colore, tum punctis ſtriisque rubris, Achatarum in morem, in nubeculas veluti & flammas diſtinguuntur. Poſterius ad claviculam ſubrotundum, obtuſum eſt extremum. Teſta craſſa eſt & ponderoſa.

Num. 17 & 18. Ad priores & hæc ſpecies pertinet, Liſtero vocata *Rhombus ex ruffo nebulatus, anguſtior, lineisque quibusdam interſectis circumſcriptus.* Superiora extrema his non rotunda ſunt, ſed magis intropreſſa, gyrique magis in acumen aſſurgentes pyramidem veluti formant. Per nubeculas eleganter heic depictas minores lineæ quaſi transparentes cernuntur.

Num. 19——22. Rhombi altera ſpecies. Sunt hi ex ſaturate Arantio fuſci, albis nubeculis & maculis, tanquam bullulis, ſtriisque tenuibus, capillaribus, denſiſſime in ambitu per totam ſuperficiem teſtæ quaſi veſtiti. Apex ſupremus in ſingulis longe aſſurgit; quum gyri permulti heic arcte inter ſe convolvantur, quorum ſulci globulis parvis, albis, repleti ſpectaculum perelegans exhibent. Poſterior Num. 22 ſubtus repræſentatur.

Num. 23——28. Sex hæ Volutarum ſpecies, una cum aliis multis ex America Hiſpanorum ad nos pervenerunt, ſingulari fere quælibet gaudentes pictura, magnis parvisque punctis guttatæ, maculatæ, tæniatæ, funiculis circumſcriptæ, aliisque diverſis modis pictæ atque coloratæ; ut ex iconibus ſatis colligi queat, quot ornamentis eæ polleant: quodſi enim ſeorſim ſingulas nunc deſcribere vellem, tædium Lectori benevolo eſſem moturus. Num. 24 & 28 repræſentantur ſupinæ.

Num. 29 & 30. Binæ adhuc ſunt Volutæ nubilatæ, Americanæ, pervenuſtæ, quarum poſterior potiſſimum funiculis guttatis, atque catenulis, nubeculas cæruleas, fuſcas & albas ſuperequitantibus, mirum in modum ſuperbit.

TABULA QUADRAGESIMA ET QUINTA.

Sectio octava.

Ulterius heic inciſas ære exhibemus Volutas quasdam craſſiores, majores, ut multiplex varietas atque colorum picturæque diverſitas, in hoc genere occurrens, tanto fiat manifeſtior.

Num. 1. Strombus Cylindricus Pyramidalis, magnus, dilute ruffulus, maculus oblongis, nigris, tanquam parallelepipedeis, in circulos diſpoſitis, aliisque præterea, circulis, minoribus e punctis conſtantibus, interpoſitis, circumſcriptus.

Num. 2.

No. 13. & 14. Rares & magnifiques Volutes, qui viennent de la Côte de Caracas dans l'Amerique Méridionale. La premiere eſt bleuâtre-pâle, surſemée de rayons bruns-obſcur qui vont en maniere de flammes. Les convolutions de ſa pointe ſupérieure ſont d'un bleu-plombé, marqueté de taches brunes. L'autre Volute eſt aſſez ſemblable à celle-ci; ſeulement ſes rayons vont plutôt en façon de nuages que de flammes.

No. 15. Cette Volute differe peu de celle du No. 13. Mais ſon tacheté imite celui des Agates; ſa couleur eſt d'un brun plus clair, & un de ſes côtés ſe courbe vers la pointe, comme dans les Volutes des No. 8. 9. 10 & 11.

No. 16. Grande Volute, ovale, peinte en façon d'Agate, large & ronde par derriere, ayant une pointe étroite, obtuſe, les convolutions ſerrées, & les cannelures environnées de petits tubercules. Sa ſurface externe eſt d'un verd olivâtre. Son dos eſt marbré d'une longue tache blanche; le reſte eſt tacheté de brun-clair, de brun obſcur, & de jaune, comme en maniere de flammes ou de nuages, surſemées de points, & de cannelures rouges. Sa pointe eſt arrondie, mouſſe. Cette Coquille eſt épaiſſe, forte, peſante.

No. 17. & 18. Ces deux Volutes appartiennent encore à l'Eſpece précedente que Liſter caracteriſe du nom de Rhombe étroit, ombré de roux en façon de nuage, & ſillonné de quelques rayures qui s'entrecoupent les unes les autres. Leurs bouts ſupérieurs ne ſont pas ronds, mais un peu enfoncés intérieurement, & leurs contours s'élevant davantage en pointe, forment comme une Pyramide. Au travers de leur tacheté on aperçoit de petites cannelures.

No. 19——22. Autres ſortes de Rhombes. Ceux-ci ſont à fond orangé-brun, chargés partout de taches blanches en nuages, & vergettés de rayures auſſi menues que des cheveux. Leur pointe ſupérieure eſt fort longue. Leurs convolutions ſont preſſées, & leurs cannelures ſont remplies de petits tubercules blancs, ce qui eſt charmant à la vue. La Pyramide du No. 22. eſt repréſentée par deſſous.

No. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Ces ſix Eſpeces de Volutes nous ſont parvenues de l'Amerique Eſpagnole. Chacune d'elles a preſque ſa madrure & ſes ornemens particuliers. Elles ſont picotées de points, marbrées de taches, cerclées de cordons, de bandes, & colorées diverſement, comme on peut le juger par leurs ſimples repréſentations ci-jointes; nous ne nous attacherons pas à les décrire à part, pour éviter d'ennuyer le Lecteur. Les deux Volutes des No. 24 & 28. ſont repréſentées par deſſous.

No. 29 & 30. Deux Volutes d'Amerique très-jolies, ombrées de madrure en façon de nuages. La derniere eſt principalement ſuperbe par ſes taches en nuages, qui ſont bleues, blanches, brunes surſemées de bandes annulaires picotées de points, & de cordons faits en maniere de chaines.


PLANCHE QUARANTE-CINQUIEME.


Huitieme Section.

Nous repréſenterons ici quelques autres Volutes plus grandes & plus groſſes que celles qui précedent, afin de montrer d'autant mieux la prodigieuſe diverſité d'ornemens qui ſe rencontrent dans ce Genre de Coquillages.

No. 1. Volute on Pyramide, grande, d'un roux-clair, marquetée tout autour de taches noires, oblongues, formées comme en parallélépipedes, qu'entrecoupent d'autres cordons faits de petits points.

No. 2.


TAB. XLV.
Nº 9.
Nº 8.
Nº 7.
Nº 10.
Nº 11.
Nº 16.
Nº 17.
Nº 6.
Nº 4.
Nº 5.
Nº 13.
Nº 12.
Nº 3.
Nº 1.
Nº 2.
Nº 14.
Nº 15



TAB. XLVI.
Nº 26.
Nº 27.
Nº 24.
Nº 25.
Nº 28.
Nº 29.
Nº 22.
Nº 21.
Nº 20.
Nº 23.
Nº 12
Nº 7.
Nº 8.
Nº 18.
Nº 19.
Nº 11.
Nº 10.
Nº 5.
Nº 6.
Nº 9.
Nº 13.
Nº 1.
Nº 14.
Nº 2.
Nº 15.
Nº 16.
Nº 17.
Nº 3.
Nº 4.

Num. 2. Alia species, ex albo-cinereo perfundata, majoribus parallelepipedis, quoque circulatim, sed rariores & minus ordinatas in series digestis, cincta. Omnibus hisce speciebus basis lata & plana est, minuto apice turbinato prominula, cæterum in crassis multiplicibusque gyris eleganter maculata; marmorisque in modum variegata.

Num. 3. Tertia species, supina.

Num. 4. Quarta species ex ruffo cinerea, minoribus maculis, tanquam in catenas compositis, ordinate circulata, apice inferiore ad claviculam in plicas corrugato.

Num. 5. Species quinta, ex saturate ruffo cinerea, more priorum nigris oblongis, at minoribus maculis catenatim cincta.

Num. 6. Sexta species, ex dilute cinereo lutea, maculis fuscis, rarioribus, subtus positas albas fascias variegantibus, circulata. Plani ad basin gyri spadiceis maculis pulchre, marmoris in modum, distinguuntur.

Num. 7. Septima species, ex cinereo albo perfundata; dense & eleganter circulata est maculis parvis & majusculis, fuscis, in catenulas congestis. Gyri ad basin flammis veluti distinguuntur.

Num. 8. Rariorem heic exhibemus speciem crassarum Volutarum, Americanam, subtus conspicuam, variis coloribus annulatim quam elegantissime variegatam, & quasi obnubilatam.

Num. 9. Isthæc Voluta minor est, at magis insolito nitidoque apparatu ornata, ex albo perfundata, annulis nonnullis, è punctis rubris constantibus, obvoluta, cæterum variis coloribus quaquaversum, super ipsa quoque basi, marmoris in modum picta. Ab oris Americanis Hispanorum ea ad nos pervenit.

Num. 10 & 11. Binæ hæ minores sunt Volutæ crassæ, majoribus tamen prægressis similes, ex Indiis Orientalibus. Ambæ subtus conspiciendæ offeruntur. Prior cinereo-lutea est, altera pallide albicans; utraque saturate fuscis magnis, parvis, oblongis, maculis, punctisque, more catenarum compositis, dense circulatur.

Num. 12——15. Minores hæ sunt crassarum Volutarum species, ex Insulis Philippinis mihi adlatæ. Insolito autem superbiunt ornatu, utpote unicoloribus luteis tæniolis, oblongis tessellis, minutisque punctis, in funiculos digestis, saturate spadiceis, albo super fundo circulatæ: prior & posterior subtus conspicuæ sunt.

Num. 16 & 17. Binæ sunt species elegantes Volutarum quercinarum, ex helvo & subruffo perfundatæ, desuper radiatæ, & ex albo nubilatæ. Obtusi earum apices supremi itidem venuste picti & maculati sunt. Posterior spiram externam, circa claviculam, multis plicis rugosam monstrat.

TABULA QUADRAGESIMA ET SEXTA.

Sectio nona.

Heic ære incisos offerimus Rhombos reticulatos, variæ magnitudinis, picturæ, & colorum, regulariter fasciatos, non fasciatos, ex oris Indiarum tam Orientalium, quam Occidentalium.

Num. 1. Rudis hæc atque crassa est Voluta, lineis lateralibus, inæqualibus, septa, ex saturate fusco perfundata, maculis albis, inæqualibus, variæ figuræ, angulatis, quadratis, subrotundis, distincta, Rumphio

N°. 2. Deuxieme Volute à fond cendré-blanc, ceinte de taches parallélépipedes semées en plus petite quantité, & disposées en cercles moins réguliers. Toutes les Especes de Volutes de cette Planche ont la base large, applatie, & la pointe longue, étroite. Leurs spirales sont larges, formant plusieurs convolutions, toutes richement tachetées en maniere de marbrure.

N°. 3. Troisieme Volute vue par dessous.

N°. 4. Quatrieme Volute cendrée-rousse, ayant sa base ou sa pointe inférieure contournée en plusieurs replis, & cerclée régulierement de petites taches faites comme en chainons.

N°. 5. Cinquieme Volute d'un roux-obscur cendré, que cercle à la maniere des précedentes une chaine de taches noires, oblongues, mais plus petites.

N°. 6. Sixieme Volute d'un jaune cendré, entourée de bandes blanches qui sont mouchetées çà & là de quelques taches brunes. Les spirales de sa base sont plattes, unies, mais décórées d'une marbrure de taches chatain.

N°. 7. Septieme Volute à fond d'un blanc cendré, ceinte de plusieurs cercles serrés les uns près des autres, formés de taches brunes, grandes & petites, assemblées en chainons. Les spirales de sa base sont tavelées de taches qui vont en flammes.

N°. 8. Huitieme Volute, rare, d'Amerique, présentée par dessous, où elle est peinte de diverses couleurs, & ombrée de taches les unes annulaires, les autres en façon de nuages.

N°. 9. Neuvieme Volute plus petite de l'Amerique Espagnole, relevée par des ornemens d'une rare beauté, & marbrée jusques sur la base même d'une peinture de diverses couleurs. Son fond blanc est cerclé de quelques cordons que forment des assemblages de points rouges.

N°. 10 & 11. Volutes de même Espece, mais des Indes Orientales, petites, quoique d'ailleurs semblables aux précedentes qui sont gravées dans cette Planche. Ces deux Volutes sont présentées à l'œil par dessous. La premiere est cendrée-jaune. La seconde est d'un blanc plombé. Toutes les deux sont cerclées de bandes serrées, que composent des chaines, ou des points, ou des taches d'un brun obscur, oblongues, de diverses grandeurs.

N°. 12——15. Ces Volutes-ci sont les plus petites de la même Espece. Elles viennent d'une Isle de l'Ocean Indien qu'on apelle l'Isle des Arrecifes, située près des Isles Philippines. Leurs ornemens sont magnifiques; car leur fond blanc est cerclé de petites bandelettes toutes jaunes, & de divers cordons les uns tissus de points, les autres formés de petits quarrés bai-bruns. La Volute du N°. 12, & celle du N°. 15 se voyent par dessous.

N°. 16 & 17. Ces deux dernieres Volutes n'appartiennent point à l'Espece de celles qui sont ici gravées, mais à l'Espece des Volutes représentées dans la Planche précedente aux N°. 8, 9, 10 & 11. Elles sont de couleur fauve & roussâtre, mêlangée de blanc par plaques, & vergettée par dessus de rayes qui découvrent en forme de rayons. Leur pointe superieure obtuse est joliment nuée de taches & de couleurs. La Volute du N°. 17 a la spirale extérieure de sa base ridée de rayes.

PLANCHE QUARANTE-SIXIEME.

Neuvieme Section.

Ici sont représentées des Pyramides ou des Volutes à réseau, tant des Indes Orientales qu'Occidentales, de differente grandeur, madrure, couleurs, les unes à bandes régulieres, & les autres sans bandes.

N°. 1. Grosse Volute de figure informe, & irréguliere, à fond d'un brun obscur, cerclée sur les côtés de rayures inégales, & marquetée de taches blanches de differente figure, angulaire, quarrée, ovale. Rumphius appelle cette Volute *Corne de Cerf*, qui

Rumphio Cordiformis vocata, ut ut cum corde vix quidquam commune habeat; Listero dicta Pyramidalis reticulata, nomine paulo aptiore; quum reticulatus quodammodo heic detur apparatus, quamvis internodia reticuli paulo rudius delineata sint.

Num. 2. Eadem subtus conspicua.

Num. 3. Ejusdem hæc est generis, sed elegantior, lateribus æqualibus constructa, ex flavo Arantii coloris, maculis albis, inæqualibus, minoribus, majoribus, distincta, in Pyramidem convoluta, apice parvo, acuto, in media basi extante, quo gyri planiusculi finiuntur.

Num. 4. Eadem supina.

Num. 5. Cylindrus pyramidalis fasciatus, hujusce speciei Princeps, quam rarissimus, & prorsus singularis, ab harum rerum Curiosis vocatus *Prothalassiarchus* in hoc genere; siquidem genus fere quodlibet Ostracodermων suo gaudeat præfecto, qui pulchritudine & magnifico picturæ apparatu reliquis omnibus multum antecellit. Pateat hinc infinita iterum summi Creatoris sapientia, mirusque ordo in omnibus Ejus operibus conspiciendus. Inter Volutas ex albo maculatas quoque refertur hoc specimen. Superficies ejus saturate fusca subtus pellucentem monstrat ruffum colorem, quo super maculæ albæ, in fascias veluti ordinatæ, depinguntur. Ad apicem supremum turbinatum gyri denticulis quasi fimbriati sunt.

Num. 6. Subtus conspicuus.

Num. 7 & 8. Eandem hi ad speciem pertinent, alter pronus, alter supinus, inter se discrepantes, quod maculæ albæ in posteriore plures & densiores inter se conglomeratæ sint.

Num. 9 & 10. Tertia species Prothalassiarchi, supra & subtus repræsentata.

Num. 11 & 12. Quarta species ejusdem.

Num. 13——19. Minores sunt species, proxime post primam majorem speciem Num. 1 & 3 reponendæ, colore & albis maculis fere convenientes.

Num. 20 & 21. Summum heic Thalassiarchum hujusce generis exhibeo, qui inusitatæ elegantiæ apparatu, & versicolore pictura reliquis omnibus longe excellentior, venustis fasciis albis, quasi fimbriatis, minutisque rotundis oblongisque punctis, striisque rubentibus, veluti intertextis, circulatus, cæterum ex olivino & luteo perfundatus, & maculis albis, rubrisque lineolis desuper tanquam acu pictus est. Apex supremus itidem insolita pulchritudine marmoris in modum variegatus & exornatus est. Ad Num. 21 idem subtus conspiciendus datur.

Num. 22 & 23. Hæc quoque huc pertinens est species, sed minor & minus pretiosa; alba fascia, ex rubro guttata, superbiens: cæterum varietate colorum priori majori similis. Sub Num. 23 eadem subtus conspicitur.

Num. 24 & 25. Prior prona, posterior supina est, utraque præcedentibus ordine & valore proxima, pariter fasciata, & fundo super dilute luteo saturate fuscis, oblongis, vermicularibus, incurvis striis punctisque magnis, parvis, ornata.

Num. 26——29. Ejusdem & hæ cum prioribus sunt speciei, subtus & supra repræsentatæ, in quibus colorum picturæque varietas mirifica elucescit.

TABULA

quoiqu'il n'y ait aucune ressemblance de l'une avec l'autre. Lister la nomme plus justement *Pyramide à réseau*; car elle est effectivement ouvragée d'une espece de réseau, dont les mailles seroient marquées grossierement.

N°. 2. La même Volute vue par dessous.

N°. 3. Autre Volute du même Genre, mais plus belle, à fond d'un jaune-orangé. Elle a les côtés égaux, & est par-tout madrée de taches blanches grandes & petites. Ses spirales se terminent en s'aplatissant par une pointe courte & aiguë.

N°. 4. La même Volute présentée par dessous.

N°. 5. Pyramide à bandes, la plus rare, la plus singuliere, & la principale de cette Espece, d'où vient que les Amateurs Hollandois la nomment *l'Amirale*; car chaque Genre de Coquille a pour ainsi dire son Chef, qui l'emporte de beaucoup sur toutes les autres de sa sorte par la magnificence de ses ornemens. C'est encore ici que brille la sagesse infinie du Créateur, & l'ordre merveilleux qui se trouve dans tous ses ouvrages. Cette Volute appartient aussi à la Classe de celles qui sont madrées de blanc. Sa surface est d'un brun obscur, sous lequel éclate un beau roux, sursemé de taches blanches arrangées en forme de bandes circulaires. Les convolutions de sa spirale sont découpées dans les bords en maniere de dentelure.

N°. 6. La même, vuë par dessous.

N°. 7 & 8. Volutes appartenant à la même Espece. L'une se voit par dessus, & l'autre par dessous; elles ne different qu'en ce que les taches blanches de la derniere sont plus nombreuses, plus ramassées, & plus serrées.

N°. 9 & 10. Troisieme Espece d'*Amirale*, représentée par dessus & par dessous.

N°. 11 & 12. Quatrieme Espece.

N°. 13——19. Ce sont d'autres petites Especes, assez ressemblantes de couleur & de madrure. Il faut les ranger d'abord après la grande Volute ainsi nommée, qui est dépeinte sous les N°. 1 & 3.


N°. 20 & 21. Voici présentement la Volute qu'on apelle *la Grande Amirale* de ce Genre-ci, qui est effectivement beaucoup supérieure à toutes les autres par la diversité de ses couleurs, & la beauté de son tacheté. Cette Volute est ceinte, ici de charmantes bandelettes blanches qui paroissent comme effrangées, là de cordons formés de petits points allongés ou arrondis, que des rayures rouges semblent entrecouper. Son fond est mêlangé de jaune & d'olivâtre, relevé comme en maniere de broderie par des taches blanches & de petites rayes rouges. Sa pointe supérieure est décorée singulierement d'une belle marbrure de taches. Le N°. 21 représente cette Volute par dessous.

N°. 22 & 23. Cette Volute est de la même Espece, mais elle est plus petite, moins précieuse, d'ailleurs magnifique par sa bande circulaire blanche pointillée de rouge: du reste elle ne cede rien à la précedente pour la varieté de ses couleurs. Le N°. 23 la dépeint par dessous.

N°. 24 & 25. La premiere de ces Volutes est présentée par dessus, l'autre par dessous. Toutes deux sont mises au même rang des dernieres dont nous venons de parler. Elles sont cerclées de semblables bandes; leur fond d'un jaune-clair est sursemé de taches brunes oblongues, vermiculaires, entrecoupées de rayures courbes, ou d'une grainure de points de differente grosseur.

N°. 26——29. Enfin les Volutes ici dépeintes par dessus & par dessous, sont encore de la même Espece, & pareillement superbes par l'admirable variété soit de leurs couleurs, soit de leur tacheté.

PLAN-



F. D. Bakker delin. et fecit. 1733.

TABULA QUADRAGESIMA ET SEPTIMA.

Sectio decima.

Num. 1. *Rhombus Cylindricus pyramidalis, reticulatus, clavicula nodosa.*

Genuinus hic est Cylindrus niger, albis maculis variarum figurarum notatus; prout in præcedente Tabula jam descripsimus & repræsentavimus.

Num. 2. Rhombus flavus, ejusdem ac prior speciei, at colore discrepans. Testa enim ex citrino flavo perfundata maculas monstrat albas, quasi subtus transparentes, corda veluti animantium minorum, minus tamen distincte, referentes: unde & Authorum nonnullis *Voluta Cordiformis* audit. Rarius est, quod heic exhibeo, specimen, tum ratione coloris, tum capitis ratione, cujus gyri omnes supra dentati sunt, apice longo in medio prominente: uti postmodum hac eadem in Tabula in Rhombis coronalibus manifestum fiet.

Num. 3. Ejusdem speciei minor alius, Arantio flavus, ex albo maculatus.

Num. 4. Eadem de specie alius, late expanso labro, rarius occurrente, donatus; cæterum ex nigro perfundatus, maculis retiformibus albis distinctus: capitis vertex planus est & æquabilis per gyros, medio apice carens.

Num. 5. Bini alii minores ejusdem speciei, obscure fusci, albis maculis, in latas veluti fascias dispositis, distincti, longo alter apice dentato, inter gyros medio, gaudens, alter planus, apice carens.

Num. 6. Thalassiarchus minor hujus ejusdem speciei, spadiceus, fasciis albis, ex dilute spadiceo variegatis, obvolutus, cujus in priore Tabula jam meminimus.

Num. 7. Alia Volutarum species, saturate fuscis & dilute cærulescentibus nubeculis notata, capite in apicem coëunte, atque per gyros ex rubro variegato.

Num. 8. Voluta Cordiformis, alba, lævigata, ad eandem cum priore Num. 2 speciem pertinens. Rudi externo testæ cortice torni ope inde demto superficies lævis est & polita, ut pateat colores tantum reticuli in modum substratæ albedini inductos esse.

Num. 9. Alia hæc similis est Voluta, quæ ex se alba lævisque est, apice quoque verticali prominulo donata, subtusque circa angustam claviculam violaceo colore notata. Vulgo vocant hanc speciem *Volutas Mennonitarum*, quia unicolores & læves sunt. Plures hujusce generis nobis suppetunt, at omnes unicolores, pallide albentes, subrufſæ, cinereo-luteæ, &c. Omnibus quoque claviculæ extremum ex violaceo tinctum est. Quum igitur singularis nihil in iis occurrat, unum hoc exhibuisse specimen suffecerit.

Num. 10. Voluta subfusca, maxima, elegantia vix ulli suo in genere cedens, atque ob picturæ ornatum dignissima quæ conspiciatur. Diluto ea spadiceo veluti tegmine obducta subtus quasi transparentes monstrat maculas albas, partim cordiformes. Unde & Volutæ subfuscæ Cordiformes audiunt.

Num. 11 & 12. Binæ sunt ad eandem speciem pertinentes, at ratione magnitudinis suæ angustiores & graciliores, similiter, ac priores, cum quodam tamen discrimine, pictæ.

Num. 13. Minor hæc, ruffula, minutis albis maculis, parvisque funiculis numerosissimis, & punctis albis, margaritas veluti æmulantibus, circulata, inter species elegantissimas merito referenda.

Num. 14.

PLANCHE QUARANTE-SEPTIEME.

Dixieme Section.

N°. 1. Volute, ou Pyramide, marquetée de taches en lozange, & semée de nœuds sur les contours de sa spirale.

C'est ici la véritable Volute noire madrée de taches blanches de diverses figures, ainsi que nous l'avons décrite & dépeinte dans la Planche précedente.

N°. 2. Volute jaune de même Espece que la précedente, mais de couleur differente. Cette Coquille est à fond citron, moucheté de taches blanches qui semblent comme transparentes par dessous, & d'une figure un peu approchante de celle du cœur des petits Animaux; ce qui fait que quelques Auteurs l'ont caractérisée par cette forme de sa madrure. La Volute que je donne ici pour exemple n'est pas commune, ni pour la couleur, ni pour la rampe de ses spirales à bords dentelés, & finissant en longue pointe au milieu, ainsi que dans les Volutes Couronnées que représente cette Planche.

N°. 3. Seconde Volute de même Espece, plus petite, jaune-orangée, & tachetée de blanc.

N°. 4. Troisieme Volute semblable, dont une des lèvres se jette fort avant en dehors, ce qu'on rencontre rarement. Son fond est noir, relevé de taches blanches en lozange. Le sommet de sa tête est plat, uni sur les spirales, & sans pointe au milieu.

N°. 5. 5. Deux autres petites Volutes de même Espece, d'un brun-obscur à taches blanches disposées comme en larges bandes. L'une des deux a les bords de ses spirales dentelés & finit en longue pointe. L'autre a sa rampe applatie sans pointe.

N°. 6. Volute qu'on nomme la *petite Amirale*, de même Espece, & dont nous avons déja dit un mot dans la description de la Planche précedente. Elle est chatain, à bandes annulaires blanches mélangées de bai-clair.

N°. 7. Autre Espece de Volute, ombrée de taches d'un bleu-pale & d'un brun-obscur en forme de nuages. Sa rampe finit en pointe & a ses spirales jaspées de rouge.

N°. 8. Volute faite en cœur, toute lisse de blanc; elle appartient à l'Espece décrite au N°. 2. Quand on a ôté par le moyen d'un Tour l'écaille extérieure de la coquille, sa surface paroit lisse & polie, pour montrer que ses couleurs ne sont marquées en forme de réseau que sur la blancheur de la coque.

N°. 9. Autre Volute semblable, naturellement lisse & blanche, à pointe aiguë au sommet de la rampe, & violette à l'autre extrêmité. Les Hollandois nomment ordinairement cette Espece de Volute, *La Volute des Mennonites*, parce qu'elle est lisse, unie, d'une seule couleur. Nous avons plusieurs Especes de ce Genre de Coquille, toutes d'une seule couleur, ou d'un blanc pâle, ou roussâtres, ou cendrées-jaunes &c. avec l'extrêmité opposée à la rampe peinte de violet. Puis donc qu'elles n'ont rien d'ailleurs de particulier, ce seul exemple peut suffire ici.

N°. 10. Volute d'un brun-clair, grande, ne le cedant en beauté à aucune autre de son Genre, & méritant bien d'être vuë à cause de ses ornemens. Le fond chatain de cette coquille est relevé de taches blanches faites comme en façon de cœur.

N°. 11 & 12. Deux Volutes de la même Espece, mais à raison de leur grandeur plus étroites & plus minces, madrées comme les précedentes, mais avec quelque difference.

N°. 13. Cette Volute de même Espece, mais des plus belles qu'il y ait, est petite, roussâtre, cerclée d'un grand nombre de fins cordons, de petites taches & de points blancs semblables à des perles.

N°. 14.

Num. 14. Hujusce speciei Volutas *Pannos auro pertextos* vocant; quoniam miro ornatu superbæ, variis veluti coloribus intertextæ, atque acu quasi pictæ sunt. Præ reliquis autem flavæ aurei coloris maculæ omnium elegantissimæ apparent. Cæterum & funiculis denticulatis ambiuntur.

Num. 15. Ejusdem hæc est speciei, sed vel pulchrior etiam, & splendidiore apparatu in lævi testæ superficie exornata, fasciis elegantiori modo elaboratis circumscripta, minutis itidem spadiceis lineolis, tanquam vermiculis, serpentino more crispatis, sufferta, ex flavescente rubro, sive flammeo perfundata, prorumpentibus inde numerosissimis maculis, albis, variæ magnitudinis, flammarum in modum, aut in speciem cordium animalium minorum, conformatis. Jure hujusce generis Thalassiarchum vocaveris.

Num. 16. Et hæc ad eandem pertinens speciem, inusitato ornatu picta, denticulatis veluti vestitur fimbriis, crebro cylindrulorum apparatu distinctis. Basis arantio flavi est coloris, maculis, albis, saturate fuscis, aliorumque colorum, variegata.

Num. 17. Eadem subtus conspicua, qua haud minus elegante apparatu superbit.

Num. 18, 19, 20, 21. Rhombi coronales, ex Indiis Orientalibus, quam pulcherrimi, atque ex Cylindrorum genere sane præstantissimi. Eorum pauci nostras in oras deferuntur, quia & rari sunt & cari.

Prior, vere Regius, ornamentis affluit: caput ejus magnis in ambitu dentibus obsitum est, ultra gyros prominulis, & quo apici medio magis appropinquant, eo minoribus, diadema regium veluti repræsentantibus. Corpus pulcherrimis fasciis latioribus, funiculis, tæniis, variorum colorum elegantiorum mistura splendidissimis, distinguitur.

Alter Num. 19, subtus conspicuus, major, supra modum multiplicibus atque venustissimis latioribus fasciis iterum, funiculis, tæniis, subtilibusque lineolis, capillaribus, versicoloribus, ambitur. Dentes coronam constituentes heic, quam in priore, magis adhuc distincti sunt. Clavicula superius circa caput arcte constricta est, infra vero dehiscit. Et hunc merito Principem vel Thalassiarchum inter Rhombos coronales vocaveris.

Tertius Num. 20 quoque eleganter, at diversimode tamen, pictus est: pluribus enim maculis albis, tanquam nubeculis, gaudet.

Quartus denique, minor, apice obtusiore, paucisque per gyros dentibus præditus, binis latioribus fasciis, oblongisque striis tenuibus, in ambitu, exornatur.

Num. 22 & 23. Rhombi Cylindro-pyramidales, marmoris in modum eleganter variegati, extremo capitali in acumen exsurgente donati, ex albo perfundati, atque desuper ex saturate & pallide fusco ita variegati, ut multam speculandi præbeant materiem. *Nubeculis* dictis sunt adfines, de quibus ante jam egimus.

Num. 24. Spuria hæc est Cochlea denticulata, ex Arantio flavo nubilata, tribus, minus distinctis, fasciis super fundo, porcellani instar vasis, albido & lævi, cincta; inferius filamentosis quasi funiculis circulata.

Num. 25. Voluta elegantissime picta, ex Mari Mediterraneo, ex albo perfundata, Aurantii vero coloris maculis, cylindrulis, & punctis, regularem in modum circumscripta.

Num. 26 & 27. Et hæ binæ sunt Volutæ ex Mari Mediterraneo, minores, perpulchræ; altera spadicea, albis & dilute cæruleis serpentinis maculis variegata, tenuibusque veluti pilis circulata: altera alba, ex dilute fusco nubilata, & punctis densissime annulata.

Num. 28

N°. 14. Voici des Volutes qu'on nomme *Draps d'or*, superbes par leurs ornemens, nuées de diverses couleurs, & comme relevées en broderie. Elles brillent sur toutes les autres par leurs belles taches d'un jaune doré. Du reste elles sont cerclées de bandes annulaires, ornées de dentelure.

N°. 15. Autre Drap d'or, encore plus magnifique par ses ornemens que celui qui précede. Il est ceint de bandes faites avec un grand artifice, accompagnées de petites rayures chatain qui vont en serpentant sur un fond d'un jaune rouge ou couleur de feu, semé d'ailleurs de quantité de taches blanches grandes & petites, les unes faites en flammes, & les autres découpées en forme de cœur. En un mot, on peut avec raison nommer cette Volute l'Amirale de son Genre.

N°. 16. Troisieme Drap d'or, remarquable aussi par sa magnificence; ses taches cylindriques sont entrecoupées par plusieurs rayes découpées en frange. Sa base orangée est madrée de taches blanches, brunes, & d'autres couleurs.

N°. 17. Le même, vu par le dessous qui n'est pas moins superbe.

N°. 18. 19. 20. 21. Volutes à Couronne, ou Volutes Mitrées, des Indes Orientales, les plus belles qu'on connoisse dans leur Genre. On en voit peu dans les Cabinets, à cause de leur rareté & de leur prix.

La premiere est d'une parure royale, pour ainsi dire. La tête est ornée dans tout le contour des bords, d'une dentelure qui passe au delà des spirales de la rampe, & qui devient plus petite en approchant du sommet; le corps est ceint de charmantes bandes, bandelettes, cordons, nués magnifiquement d'un mêlange de diverses couleurs des plus riches.

La seconde Volute Mitrée du N°. 19. qu'on voit par dessous, est plus grande, toute cerclée de très-belles bandes, larges, étroites, de cordons, de rayes fines menues, peintes de diverses couleurs. La denture de la Couronne est encore ici marquée plus distinctement que dans la précedente. Les spirales de la rampe sont pressées & fort serrées. La pointe du bout opposé est considerablement entrouverte. En un mot, cette Volute mérite le premier rang dans son Genre.

Cette troisieme Volute à Couronne, gravée au N°. 20, est semblablement brillante par la varieté de ses bandes & de ses couleurs. Sa madrure est formée par des taches blanches, faites comme en figure de nuage.

Enfin la Volute à Couronne du N°. 21, est ornée de deux larges bandes annulaires, avec de petites rayes coupées çà & là sur toute sa surface. Son sommet est assez aplati, & ses spirales n'ont qu'un petit nombre de dents aux bouts des bords.


N°. 22 & 23. Pyramides joliment marbrées, & dont la tête s'éleve insensiblement en pointe. Elles sont à fond blanc, si curieusement nué de madrure d'un brun sombre & clair, qu'on ne peut se lasser de les considerer. Ces deux Pyramides approchent de celles qui sont tachetées en façon de nuage, & dont nous avons parlé ci-dessus fort au long.

N°. 24. Volute bâtarde dentelée, à madrure orangée en nuagé, ceinte comme de trois bandelettes mais mal marquées, sur un fond lisse & d'un blanc de Porcelaine. Sa partie inférieure est cerclée de quelques rayes ou filets fort menus.

N°. 25. Volute de la Méditerranée à fond blanc, sursemé dans son contour de jolies petites taches cylindriques, & de points orangés, par-tout artistement disposés dans un ordre régulier.

N°. 26 & 27. Deux autres Volutes de la Méditerranée, petites & belles. L'une est à fond chatain, jaspé de taches bleues & blanches qui vont en serpentant, & cerclé de rayes aussi fines que des poils. L'autre est à fond blanc, ombré ça & là de taches d'un brun-clair, & picoté de points sur toute sa surface.

N°. 28


TAB. XLVIII.
N°1.
N°2.
N°3.
N°4.
N°5.
N°6.
N°7.
Cedo Nulli
N°8.
N°9.
N°10.
N°11.
N°12.
N°13.
N°14.
N°15.
N°16.
N°17.
N°18.
N°19.
N°20.
N°21.
N°22.
N°23.
N°24.
N°25.
N°26.
N°27.
N°28.
N°29.
N°30.
N°31.
N°32.
N°33.
N°34.
N°35.
N°36.
N°37.
N°38.
N°39.
N°40.
N°41
N°42.
N°43.
N°44.
N°45.
N°46.
N°47.
P. Tanjé fecit 1733.

Num. 28 & 29. Binæ Volutæ minores, albæ, magnis maculis & cylindrulis, ſaturate fuſcis, regulariter inter ſe mutuo concatenatis, & in faſcias veluti digeſtis, circumſcriptæ, ex America Hiſpanorum oriundæ.

Num. 30 & 31. Ambo hi Cylindruli ſunt rariſſimi, ſaturate fuſci, binis faſciolis albis, altera caput, quà gyri ſunt, altera inferiorem corporis partem ambiente, ornati. Lineolæ deſuper albæ, vermiculares, ſerpentino more ſurſum deorſumque in iis feruntur. Caput turbinatum quam venuſtiſſime, marmoris in modum, variegatur. America Hiſpanorum eos profert.

TABULA QUADRAGESIMA ET OCTAVA.

Sectio undecima.

Septem ſupra quadraginta heic æri inciſas exhibemus Volutas exquiſitiſſimas, & primi ordinis; cujusmodi collectionem adeo locupletem vix in ullius harumce rerum Curioſi Muſeo repertum iri crediderim. In genere Volutarum ineffabiles dantur tam picturæ quam colorum ratione varietates. Speciei cuilibet peculiare ſuum dare nomen, & ſingulas ſua pro dignitate in ordinem redigere, immenſi eſſet laboris, atque inſtituti noſtri limites excederet. Sunt tamen, hac in re glaciem qui fregerunt; hisque placuit ampliſſimum hoc genus generali Volutarum nomine inſignire, & ſpecies ipſis cognitas pro eximio cujusvis ornatu, & ſplendida pictura, qua a ſummo rerum omnium Conditore condecoratæ ſunt, ſingularibus cognominibus diſtinguere. Horum igitur exemplum nos quoque lubentes ſequemur.

Num. 1, 2 & 3. Tres heic ex elegantiſſimis atque exquiſitiſſimis Volutarum ſpeciebus ſiſtuntur, quæ Volutæ Guineënſes adpellantur. Prima quidem maxima eſt & pulcherrima; binæ tamen aliæ ſuis quoque gaudent ornamentis. Ex dilute ruffulo quam venuſtiſſime elaboratæ, faſciis ambiuntur varia colorum excellentium miſtura pertextis, non gyros ſolum capitis, ſed & univerſum corpus ornantibus, quæ aliquo modo inter ſe diſcrepant, quousque corpus ipſum cingunt. Cæterum pyramidales ſunt hæ Cochleæ, anterius latæ, poſtica parte acute deſinentes.

Num. 4. Thalaſſiarchum heic ſiſtimus, ſive primi ordinis ſpecimen Volutarum, omnibus numeris abſolutum, & magnificentiſſima pictura ſuperbum. Voluta hæc quatuor gaudet faſciis, flavis, quarum latiſſima humeros quaſi mox ſub capite ambit; hanc altera excipit anguſtior, binæque dein paulo latiores ſequuntur: inter has tamen aliæ plures tæniolæ, itidem eleganter elaboratæ, decurrentes conſpiciuntur; itidemque permultæ maculæ majores, minores, albæ, cordiformes, è ſubſtrato colore ſaturate ſpadiceo, perpulchro & ſplendente, emicant. Haud aliud tamen heic inſignius datur ornamentum, quam quod faſciis flavis fundus albidus ſit ſubſtratus, quo ſuper flavæ faſciæ, reticuli quaſi in modum, circulos ſuos abſolvunt; ita ut microſcopio quam manifeſtiſſime pateat, ſub iis quaſi deliteſcere albicantes naſſulas, oculo nudo haud conſpicuas. Gyri in extremo capitali paululum prominuli, & veluti ſerrati ſunt, jucundumque in modum variegati.

Num. 5. Thalaſſiarchus alter, nonnihil pallidius fuſcus, faſciis tribus, flavis, cinctus, quarum latiſſima eſt quæ caput circumdat, inferiores binæ aliquanto anguſtiores ſunt. Cæterum maculis albis admodum numeroſis quaſi conſita eſt ſuperficies. Quis credat horumce Thalaſſiarchorum quemlibet 120 ad 150 florenorum pretio a peritis & curioſis æſtimari?

Num. 6.

N°. 28 & 29. Deux petites Volutes, de l'Amerique Espagnole, blanches, décorées de taches cylindriques d'un brun-ſombre, jointes pluſieurs enſemble comme par chainons, & formant comme des bandes circulaires.

N°. 30 & 31. Deux autres petites Volutes très-rares, ſemblablement de l'Amerique Espagnole, brunes-obſcur, ceintes de deux bandelettes blanches, l'une à la tête où ſont les ſpirales, & l'autre au bout oppoſé. Elles ſont par deſſus marquées de petites rayures blanches vermiculaires, qui décourent en haut & en bas. Leur tête faite en ſabot eſt très-joliment marbrée.

PLANCHE QUARANTE-HUITIEME.

Onzieme Section.

Nous repréſentons dans cette Planche quarante-ſept Volutes, du premier rang, des plus curieuſes, & de la Claſſe de celles qu'on ſurnomme *Amirales* à cauſe de leur ſinguliere beauté; peut-être ne trouvera-on pas ailleurs dans aucun Cabinet une pareille Collection. On ne ſauroit bien exprimer la varieté de couleurs & de madrure qui ſe rencontre dans le Genre des Volutes: donner à chacune ſon nom propre, les ranger toutes en ordre ſuivant leur rang, demanderoit un travail immenſe, & qui paſſe les bornes que nous nous ſommes propoſées dans cet Ouvrage. Il y a cependant déja quelques perſonnes qui ont ici rompu la glace; ils ont commencé par donner à ce vaſte Genre de Coquilles le nom général de *Volutes*; & enſuite ils ont diſtingué par des noms particuliers toutes les Especes qu'ils ont connues, ſelon la diverſité & la richeſſe des ornemens dont chaque Espece eſt décorée: nous ſuivrons donc ici volontiers leur exemple.

N°. 1. 2. 3. Trois Volutes des plus belles & des plus choiſies, d'entre les Especes de celles qu'on apelle *Volutes de Guinée*. La premiere eſt la plus grande & la plus belle; mais cependant les autres ne manquent point d'ornemens. Elles ſont à fond d'un roux-clair, cerclées de bandes nuées d'un mêlange de belles couleurs, qui regnent non ſeulement ſur ſes ſpirales, mais ſur tout le corps, & toujours avec quelque diverſité. Ces ſortes de Volutes ſont abſolument pyramidales, larges dans leur baſe, & s'élevant inſenſiblement en pain de ſucre.

N°. 4. C'eſt ici une Amirale du premier rang, parfaite en ſon genre, & ſuperbe par ſa magnifique madrure. Elle eſt entourée de quatre bandes jaunes, dont la premiere commence ſous la rampe, & eſt ſuivie d'une ſeconde plus étroite, & puis d'une troiſieme & d'une quatrieme plus larges. Entre l'espace de ces quatre bandes regnent pluſieurs autres bandelettes faites artiſtement, placées ſur un fond bai-brun luiſant, & accompagnées d'une moucheture de taches diverſement figurées, grandes, petites, formées en cœur. Mais le plus grand ornement de cette Coquille, c'eſt que ſon fond blanc eſt relevé par des bandes jaunes découpées en réſeau; de façon qu'avec le microscope on aperçoit ſous ces bandes comme de petites Naſſes blanchâtres qui ne ſe découvrent point à l'œil nud. Les ſpirales de ſa rampe ſe jettent un peu au dehors, paroiſſent comme dentelées, & ont une très-jolie madrure.

N°. 5. Seconde Amirale tirant ſur le brun, à trois bandes jaunes circulaires, dont la plus large entoure la tête, les deux autres inférieures ſont plus étroites. Sa ſurface eſt toute couverte de taches blanches. Qui croiroit que chacune de ces ſortes de Coquilles eſt eſtimée des Amateurs 120 à 150 Florins d'Hollande?

Num. 6. Thalaſſiarchus tertius, primo ſimilis ratione quatuor faſciarum, lutearum, ſecundo parum fuſcior, at maculis albis accedens. Cujuslibet horum trium extrema clavicula, anguſta, annulo flavo, lato, per quem tenuiſſima albedo transparet, ſuccincta eſt.

Num. 7. Aurantius hic eſt Thalaſſiarchorum Princeps, corporis mole ſpectabilior, quam præcedentes, breviores nempe & magis coacti. Iſthic autem contra longior eſt, & veræ inſtar pyramidis exſurgens, lævis, elegantibus binis faſciis, Arantiis, emaculati candoris ſuper fundo circulatus, prætereaque eximiis funiculis variorum colorum, albis, nigris, quam numeroſiſſimis circumdatus, capite gaudens venuſto, politiſſimo. Huic parem vel tertia parte majori pretio, quam præcedentes, æſtimant; cum rariſſima ſit hæc ſpecies & admodum infrequenter occurrat. Omnes hi Thalaſſiarchi ex Indiis Orientalibus adlati ſunt.

Num. 8. Iſthoc ſpecimen, *Cedo nulli* vocatum, haud mihi proprium, ſed favore Viri Nobiliſſimi D. LAFALJE, Rationarii Hagæ Comitum, qui id tum poſſidebat, eousque nobis conceſſum, ut ab operis minimi quodam Pictore ad vivum depingeretur, meis tamen ipſe manibus verſavi, perluſtravi oculis, magnificam admiratus picturam, ſtupendamque elegantiam, quam multivaria colorum & ornamentorum miſtura in eo oſtentat. Modo laudatus Vir illud maximi æſtimabat, nobisque aſſeveravit, mille ſibi florenos pro eo oblatos eſſe. Viro hoc vita functo Gazophylacium Ejus ab hæredibus divenditum eſt, hæcque Cochlea ſola a Curioſo quodam Delphis habitante pretio 4 ad 500 florenorum coëmta. E mari Auſtrino extracta, atque inde has delata eſt in oras. Ex albo perfundata lato cingitur vinculo, ſaturate citrino, quatuor funiculis, colligatarum veluti margaritarum, majorum & minorum, apparatu conſtantibus, ex rubro, Arantio, dilute cæruleo, margaritarumque colore pictis, diſtincto, a capite ſpiratim verſus inferiora circumflexo. Corporis ſuperficies tam inuſitatum in modum picta, & ſaturate Aurantio, flavo, rubro, dilute cæruleo, elaborata eſt, ut vix deſcribi poſſit. Capitale itidem extremum quam venuſtiſſime marmoris in modum variegatur. *Cedo nulli* vocant hanc Cochleam; interim quia Thalaſſiarchi & ipſi Dominos agnoſcunt ſemet ſuperiores, quorum mandata exſequuntur, hinc nobis liceat hancce Cochleam *Regulum oræ Auſtralis* appellare.

Sequuntur jam Thalaſſiarchi Americani, quorum variæ ſunt ſpecies.

Num. 9——13. Minores hi ſunt quidem mole, at colorum atque artificioſæ picturæ ratione haud inferiores Orientalibus. Nitidiſſima enim illa ſubtilitas, quæ & in faſciis, haud equidem ſatis diſtincte conſpicuis, & in verſicolore reliqui corporis pictura, elucet, venuſtum ſane & jucundiſſimum exhibet ſpectaculum. Bini ſub Num. 11 & 12 minores ſunt & faſciis carent, vocanturque *Juvenates*.

Num. 14——28. Quatuordecim hi ſunt Thalaſſiarchuli, ex America Hiſpanorum nobis transmiſſi, ſingulari quilibet picturæ apparatu atque colorum varietate inſignes, alii annulati, alii faſciati, funiculis alii, alii veluti catenulis, punctulis, & capillaribus quaſi filamentis circumſcripti.

Num. 29——40. Duodecim hæc ſpecimina ſunt Volutarum Meridionalium, quarum quælibet inuſitatum in modum colorata, artificioſa & ſpeculationis plena pictura exornata, ſingularique habitu prædita eſt. Elegans Arantii, dilute & ſaturate fuſci, flavi, cærulei, olivini, aliorumque pulcherrimorum colorum miſcela fundo ſuper albicante heic explicata cernitur. Aliæ præterea nubilatæ, aliæ guttatæ, maculatæ, liratæ, ſtriatæ, tenuiſſimisve capillaceis, & veluti nodatis filamentis circulatæ & faſciatæ ſunt.

Num. 41

N°. 6. Troiſieme Amirale reſſemblant à la précedente par ſes quatre bandes jaunes, & à la ſeconde par ſon tacheté blanc ſur un fond un peu plus brun. Le bouton de la rampe de ces trois Amirales eſt étroit, & ſe termine par une bande annulaire jaune, large, qui laiſſe voir à travers un très-beau blanc.

N°. 7. Amirale orangée du premier rang, plus groſſe & mieux faite que les précedentes; elle eſt auſſi moins ramaſſée & s'éleve en parfaite pyramide, liſſe, polie, cerclée de deux belles bandes orangées ſur un fond d'un blanc net, & de pluſieurs autres cordons blancs, noirs, & peints de diverſes autres couleurs. Sa tête eſt bien marquée, & fort liſſe. On l'eſtime, à cauſe de ſa grande rareté, d'un tiers plus cher que les autres Amirales que nous venons de décrire. Au reſte, toutes ces Amirales viennent des Grandes Indes.

N°. 8. Amirale nommée *Nompareille*; celle-ci n'eſt pas de mon Cabinet, mais elle a appartenu à M^{r}. La Falje Auditeur des Comptes à la Haye, qui quand il la poſſedoit, eut la bonté de m'en laiſſer avoir la figure d'après l'original: j'ai eu auſſi l'occaſion de tenir la Coquille entre mes mains, & je n'ai pu m'empêcher d'admirer la magnificence des divers ornemens qui la décorent. M^{r}. La Falje l'eſtimoit à un très-haut prix, & m'a aſſuré qu'on lui en avoit offert mille florins; même après ſa mort, quand ſes Héritiers expoſerent en vente ſon Cabinet, un Curieux de Delft acheta cette Coquille entre quatre & cinq cens florins; elle vient de la Mer du Sud. Elle a le fond blanc, ceint d'une large bande citron-foncé & partagée en quatre cordons, formés d'un aſſemblage de grands & petits tubercules ſemblables à des perles, tous peints de bleu, de blanc, de rouge & d'orangé: c'eſt ainſi que ces cordons regnent en ſpirale depuis la tête de la coquille jusqu'à ſa pointe. Les autres atours dont elle brille ſont ſi artificieuſement travaillés, & nuancés d'orangé-brun, de jaune, de rouge, & de bleu-pâle, qu'on ne ſauroit bien les décrire. Sa tête & ſa rampe ne ſont pas marbrés avec moins d'agrément. On appelle cette Volute Amirale la Nompareille; mais puisque les Amiraux eux-mêmes ne ſont pas ſans-pair, & qu'ils ont même des ſuperieurs dont ils reçoivent des ordres, qu'il nous ſoit parmis d'apeller plutôt cette Coquille *La Reine du Midi*.


Nous paſſons aux Amirales d'Amerique qui renferment ſous ſoi diverſes Eſpeces.

N°. 9——13. Ce ſont ici de petites Amirales pour la groſſeur, mais qui ne le cedent point à celles des Grandes Indes pour la richeſſe de la madrure & des couleurs; car l'appareil diverſifié qui ſe rencontre à ces deux égards, de même que la fineſſe des bandelettes qu'on découvre à peine diſtinctement, font un effet extrêmement agréable à l'œil. Les deux premieres ſont plus petites & ſans bandes.

N°. 14——28. Quatorze Amirales de l'Amerique Eſpagnole, toutes remarquables par leurs couleurs & leur parure particuliere. Elles ſont ou cerclées de bandes, ou de bandelettes, ou de cordons, ou d'anneaux joints bout à bout, ou de menus filets, ou de petits points même.

N°. 29——40. Douze Volutes de l'Amerique Méridionale, colorées, tachetées, & décorées chacune avec un grand art d'ornemens ſinguliers. Elles ſont toutes à fond blanc relevées par de belles nuances d'orangé-clair, de brun-obſcur, de jaune, de bleu, d'olivâtre, & autres varietés de couleurs. Les unes ſont tachetées en maniere de nuages, d'autres par points, celles-ci ſont fillonnées de rayures, celles-là ſont cerclées de bandes, de filets menus, de cordons formés de petits tubercules.

N°. 41



P. Tanjé fecit 1736

Num. 41——45. Quinque hæ Volutæ ultra modum venustæ, Barcinone in Catalonia nobis transmissæ, ex Mari Mediterraneo protractæ, inter pulcherrimas sane & præstantissimas, quas unquam mare suppeditavit, videntur referendæ: præcedentibus enim structura, pictura, omnisque generis, qui excogitari possunt, coloribus similes adorabilem sane loquuntur Architectum, hujusque potentiam infinitam apertissime testificantur.

Num. 43 subtus repræsentatur.

Num. 46 & 47. Binæ hæ minores Volutæ, ex albo perfundatæ, funiculis desuper cinguntur cateniformibus, ex rubro minutissime guttatis, atque in ambitu quam proxime ad se mutuo positis. Itidem ex Mari Meridionali proveniunt, & *Catuli guttati* vocantur. Ultima supina exhibetur.

TABULA QUADRAGESIMA ET NONA.

Sectio duodecima.

Varias heic æri incisas ostendimus species rariores *Buccinorum*, *Turbinum*, *Muricum*, *Purpurarum*, &c. quas inter habentur costis, tæniis, funiculis, spinis, tuberculis, gibberibus, distinctæ, pro sua quælibet indole & specie a natura conformatæ, nec solum inusitatis figuris, sed & pulcherrima colorum, quam vividissime elucentium, varietate conspicuæ.

Num. 1. Inusitata hæc est atque peregrina *Buccini* species, saturate Arantii, spadicei, flavi & albi coloris funiculis, quos minorum veluti Coralliorum lineæ, tanquam costæ, succingunt, & crassior quidam funiculus transversalis, supra gyros delatus, partitim inter se conjungit, a parte postica usque ad anteriorem capitis apicem undequaque circulata. Clavicula oblonga est & excavata instar colliquiarum.

Num. 2. Idem subtus conspicuum, qua labro præditum est bis complicato, & ore introrsum pulchre variegato.

Num. 3. Ejusdem speciei aliud, paulo minus, saturatissimo rubore Corallino pictum, dilute flavis albisque funiculis ornatum.

Num. 4, 5 & 6. Itidem & hæc ad Buccina pertinent, singularium tamen quodlibet colorum funiculis obvolutum.

Num. 7 & 8. Cochleæ purpuriferæ, variegatæ, ex albo nimirum aliisque pluribus eximiis coloribus elaboratæ, obtusis spiculis horridæ, profundis sulcis liratæ, labiis geminatim crispatis, ore introrsum sanguineo, claviculaque similiter colorata, longis spinis aspera, colliquias æmulante, donatæ. Altera supina, altera prona repræsentatur.

Num. 9——20. *Buccina brevirostra, cancellatim dense sinuata.*

Duodecim hæc specimina figura, pictura, coloribus, inter se singula differunt, & cum prona tum supina exhibentur. Omnibus fere breves sunt claviculæ: nonnulla juxta longitudinem a summo ad imum, alia in transversum, funiculis, cancellis, tessellis, fasciis circumscribuntur.

Num. 21——44. Viginti quatuor hæc partim ejusdem cum præcedentibus speciei, partim & majora, circum priora in orbem disposita sunt, ut uno quasi intuitu mirabilis pictura, structura, atque colores,

N°. 41——45. Cinq Volutes, venues de Barcelone en Catalogne, tirées de la Méditerranée, toutes des plus magnifiques que la Mer ait jamais fourni. Elles ne cedent rien aux précedentes pour la figure, les couleurs, la madrure, & autres ornemens qu'on peut imaginer.

La Volute du N°. 43 est représentée par dessous.

N°. 46 & 47. Deux petites Volutes à fond blanc, cerclées de bandes tissues en maniere de chaines, serrées les unes près des autres, & picotées de petits points rouges. Elles viennent aussi de la Méditerranée. La derniere est présentée par dessous.

PLANCHE QUARANTE-NEUVIEME.

Douzieme Section.

Cette Planche offre aux yeux plusieurs Especes rares de Trompettes ou Cornets de Mer, de Sabots, de Murex, de Pourpres, &c. dont les unes suivant leur Nature & leur Espece particuliere sont relevées de côtes, de tubercules, de bossettes, les autres sont semées d'aiguillons, d'autres encore cerclées de bandelettes, de cordons; & toutes sont remarquables non seulement par leurs figures, mais par la belle varieté des couleurs dont elles brillent.

N°. 1. Espece étrangere & singuliere de Cornet de Mer, ceint de bandelettes orangées-brunes, chatains, jaunes, blanches, qu'entourent comme des cordons de petits coraux en maniere de côtes. Un autre gros cordon transversal s'étend sur toutes les révolutions spirales, & les resserre ensemble. Sa rampe finit par un bout rond, ouvert, & creusé en façon de rigole.

N°. 2. Le même vu par dessous où sa lèvre a un double repli, & sa bouche est joliment marbrée de taches.

N°. 3. Cornet de même Espece, un peu plus petit, d'un gros rouge de corail, sursemé tout autour de cordons blancs, & jaunes.

N°. 4. 5. 6. Autres Cornets de Mer, cerclés chacun de cordons singulierement colorés.

N°. 7. & 8. Deux Coquilles de Pourpre tachetées de blanc & autres jolies couleurs, hérissées de pointes obtuses, & profondément sillonnées. Leurs lèvres ont un double rebord; leur ouverture est intérieurement d'un rouge de sang, de même que l'extrêmité opposée, laquelle est semée de grandes épines & comme creusée en tuyau. La Pourpre du N°. 7 est vuë par dessous, & l'autre par dessus.

N°. 9——20. *Cornets à bec court, & sillonnés partout de rayes en treillis.*

Ces douze Cornets different entre eux en figure, en madrure, & en couleurs. Les uns se voyent par dessus, & les autres par dessous. Tous ont leur bec court. Les uns sont à bandes ou cordons circulaires; les autres sont barrés de rayures longitudinales & transversales, qui en s'entrecoupant forment un treillage ou des lozanges.

N°. 21——44. Vingt-quatre autres Cornets à peu près de même Espece, dont quelques-uns même sont plus grands. On les a rangés en rond autour des précedens, afin qu'on vît pour ainsi dire d'un coup d'œil leur figure, leur tacheté, & les diverses couleurs

colores, quibus eorum quodlibet exornatum eſt, conſpici poſſent. Genus hoc innumeralibus conſtat ſpeciebus, quarum plurimas adhuc demonſtrare heic poſſem, ſi eousque exſpatiari per inſtituti noſtri rationem liceret.

Num. 45——48. Quatuor alia hæc *Buccina*, elegantiora, juxta longitudinem coſtis ſulciſque profundis diſtincta, undique capillaceis veluti, tenuiſſimis ſpinulis hiſpida, forma & coloribus diſcrepantia.

Num. 49——52. Quatuor iterum alia hæc ſunt *Buccina*, curta, craſſa, tuberoſis vel nodoſis faſciis circulata, mira picturæ venuſtate ſuperba.

Num. 53. *Cylindrus* ex dilute cinereo luteus, minor, omnes ſuper gyros cancellatus, quibusdam filamentis rubris intertextus.

Num. 54. *Murex* faſciatus, coſtis albis, profundisque ſulcis juxta longitudinem diſtinctus, latis anguſtisque faſciis, fuſcis, aliorumque colorum, circulatus, minutis tuberculis inæqualis, clavicula brevi donatus.

Num. 55. Hæc ſpecies rariſſima eſt, dilute flavo ſuper fundo quam pulcherrime teſſellata, rubrisque faſciis obvoluta, lato gaudens labio.

Num. 56. Albicans hæc, juxta longitudinem coſtis ſulciſque profundis diſtincta, clavicula longiore prædita eſt.

Num. 57, 58 & 59. *Buccina breviroſtra, faſciis nodoſis exaſperata.*

Tria hæc faſciata Buccina, quorum bina ſuperiore, tertium inferiore facie exhibentur, ex ruffo picta, albis nodulis in funiculos colligatis ambiuntur, ut quaſi tuberoſa aut gibboſa appareant. Externa labia, late extantia, numeroſis apiculis dentata ſunt. Os amplum itidem ex ruffo coloratum eſt. Clavicula brevis.

Num. 60. Cochlea minor, acuminata, albis coſtis lanuginoſis diſtincta, tenuibus filamentis circumdata, profunde lirata, ſubtus conſpicua, longo colliquiarum æmulo roſtro, introrſum ruffulo, prædita.

Num. 61——70. Decem hæ rariores Cochleæ, partim pronæ, partim ſupinæ, aliæ coſtis diſtinctæ ſunt, aliæ cancellatæ, teſſellatæ, tuberoſæ, funiculis cinctæ, peculiaris quælibet figuræ & picturæ.

Num. 71, 72 & 73. Breves hi, craſſi & obtuſi ſunt *Cylindri*, tuberibus ruditer quaſi in circulos compoſitis, tanquam maris fluctibus, inæquales. Poſterior ſupinus eſt. Geminis gaudent labiis introrſum & extrorſum ex albo dentatis. Cæterum ex rubro, flavo, albo, aliisque coloribus eleganter inter ſe miſtis variegantur.

Num. 74 & 75. *Buccina* ex flavo annulata, catenis craſſiuſcule nodoſis usque ad obtuſum apicem obvoluta, profundis ſulcis, & oblonga clavicula, cujus itidem labia albis gaudent dentibus, prædita. Poſtremum ſubtus conſpicuum eſt. Plerumque *pyra exſiccata*, utpote quibus quodammodo ſimilia ſunt, vocantur.

Num. 76 & 77. Binæ *Auritæ* perquam ramoſæ, obtuſis veluti telis, longis, digitorum inſtar prominentibus, aſperæ, profundiſſime ſulcatæ. Apertura inferna aurem fere humanam refert. Prior eſt affinis illi Cochlearum ſpeciei, quas *Echinatas haſtas* vocant: poſterior Braccas Helvetorum æmulatur. Variis ornatæ ſunt coloribus.

Num. 78 & 79. Cochleæ hæ cæruleæ, albis coſtis, tuberoſis, juxta longitudinem inſtructæ, profunde liratæ, apice acuto & oblongo roſtro gaudent. Poſterior ſubtus conſpicitur. Inter Purpureas referuntur.

Num. 80,

leurs dont ils ſont peints. Ce Genre renferme un nombre prodigieux d'Eſpeces, dont nous repréſenterions encore ici pluſieurs, ſi les bornes auxquelles nous voulons nous reſtraindre le permettoient.

N°. 45——48. Quatre autres Cornets, plus beaux que ceux qui précedent, differens en couleurs & en figure, partagés par côtes & par de profonds ſillons ſur leur longueur, hériſſés de toutes parts de petites pointes extrêmement fines.

N°. 49——52. Ces quatre Cornets ſont gros, courts, d'une magnifique madrure, & chargés de boſſettes ou de tubercules diſpoſés tout autour en forme de cordons.

N°. 53. Petit Cornet cendré-jaune à rayures marquées en lozange ſur toutes ſes convolutions, entremêlées de quelques filamens rouges.

N°. 54. Murex à bec court, ſemé de petits tubercules, relevé de côtes blanches, & ſillonné profondément dans ſa longueur, ceint de bandes larges, étroites, brunes & peintes d'autres couleurs.

N°. 55. Autre Eſpece fort rare, à lêvre large, à fond jaunâtre ſurſemé de rayures faites en lozange, & ceinte de bandes rouges.

N°. 56. Troiſieme Eſpece blanchâtre, à long bec, à côtes ſur toute ſa longueur, & à profonds ſillons.

N°. 57. 58. 59. *Cornets à bec court, ſurſemés de tubercules rangés en bandes.*

Ces trois Cornets dont les deux premiers ſe voyent par deſſus, & le troiſieme par deſſous, ſont à fond roux, que cerclent des tubercules blancs diſpoſés en maniere de bandes. Les bords de leur ouverture ſont larges & cochés de pluſieurs dents. Leur large ouverture eſt peinte de roux. Leur bec eſt court.

N°. 60. Petit Sabot vu par deſſous, pointu, relevé de côtes blanches couvertes de duvet, profondément ſillonné & vergetté de minces rayures circulaires. Son bec eſt long, cavé en tuyau, & rouſſâtre intérieurement.

N°. 61——70. Dix autres Sabots, rares, d'une figure & d'une madrure particuliere, les uns préſentés par deſſous, les autres par deſſus, relevés de côtes, de boſſettes, ou ceints de bandes, de rayures treilliſſées, lozangées, &c.

N°. 71. 72. 73. Trois autres Sabots courts, ramaſſés, obtus au bout, ſurſemés tout autour de tubercules en guiſe de bandes. Le dernier eſt préſenté par deſſous. Leur lêvres ont de doubles rebords, cochés exterieurement & intérieurement d'une denture blanche. Ils ſont auſſi peints de blanc, de rouge, de jaune, & autres couleurs joliment aſſorties.

N°. 74 & 75. Cornets cerclés de bandelettes jaunes, & de chaines de tubercules qui les envelopent dans tous leurs contours jusqu'à leur extrêmité obtuſe; il ſont auſſi ſillonnés de profondes rayures, ont le bec long, les lêvres cochées de grandes dents. Le Cornet du dernier N°. eſt repréſenté par deſſous. On apelle communément ces Eſpeces de Cornets, Poires ſêches, à cauſe de quelque reſſemblance qu'on a trouvé entre ces deux choſes.

N°. 76 & 77. Deux Cornets à oreilles, ornés de diverſes couleurs, profondément cannelés, & partout hériſſés de longues pointes en maniere de doigts. Leur ouverture inférieure a la forme d'une oreille d'homme. Le premier reſſemble à ces Coquilles qu'on apelle en Latin *Echinatæ Haſtæ*, & le ſecond a quelque reſſemblance par ſa figure aux culotes que portent les Suiſſes.

N°. 78 & 79. Deux autres Coquilles qu'on range parmi les Pourpres. Elles ſont bleues, revêtues ſur toute leur longueur de côtes blanches, ſemées de tubercules, avec de profondes rainures, une pointe aiguë, & le bec long. On voit la derniere par deſſous.

N°. 80.


Nº 16.
Nº 17.
Nº 14.
Nº 13.
Nº 18.
Nº 15.
Nº 29.
Nº 20.
Nº 19.
Nº 21.
Nº 35.
Nº 1.
Nº 31.
Nº 33.
Nº 28.
Nº 5.
Nº 6.
Nº 32.
Nº 11.
Nº 22.
Nº 9.
Nº 34.
Nº 3.
A
Nº 4.
Nº 36.
Nº 30.
Nº 24.
Nº 40.
Nº 12.
Nº 10.
Nº 38.
Nº 23.
Nº 25.
Nº 37.
Nº 7.
Nº 8.
Nº 39.
Nº 2.
Nº 52.
Nº 53.
Nº 27.
Nº 26.
Nº 41.
Nº 47.
Nº 42.
Nº 48.
Nº 55.
Nº 51.
Nº 54.
Nº 49.
Nº 43.
Nº 44.
Nº 56.
Nº 45.
Nº 46.
Nº 50.
F. de Bakker del. et fec. 1736.

Num. 80 81 & 82. *Buccina breviroſtra, ſtriata, muricata.*

Rariſſima ſunt hæcce Buccinorum ſpecimina, anterius roſtro curto, ſcapulis vero tumidioribus, ſive extremo capitali latius diducto donata. Superficiem aculei magni, acuminati, trigoni, qui veluti abſciſſi ſunt, qua inferioribus teſtæ adhærent, exaſperant. Cætera faſciolis Arantio flavo, ſpadiceo, aliisque coloribus, conſpicuis, circumdatur. Poſterius ſupinum repræſentatur.

TABULA QUINQUAGESIMA.

Sectio decima tertia

De Trochis agit, quorum multæ dantur ſpecies: omnibus figura eſt pyramidalis; at alii tamen lævi & ſplendente gaudent ſuperficie, æqualibus atque elatioribus annulis circulata; alii non ſuper gyris ſolum annulati ſunt, ſed & reticulatim concellati; alii iterum non cancellati; alii lirati, & anguſtis latisque labiis velut alati; alii, turrium inſtar, multis circuitibus ad extremum usque apicem exornati; alii acutis obtuſisque ſpinis horrentes, granati, valvati, catenulis cincti. Quin plures aliæ heic occurrunt formæ: unde mitris papalibus ſpuriis, & infulis epiſcopalibus aſſimilantur. Omnes acuminato apice terminantur, variisque coloribus & pigmentis, inuſitata elegantia, ſuperbiunt.

Num. 1——12. Duodecim heic exhibemus Trochos pyramidales, majores & minores, quos *doliola marina* vulgo vocant, ob quandam convenientiam cum ejusmodi doliolis, quæ e ligno conſtructa, circulis ferreis firmata, catenis ferreis in mari affiguntur, ut in ſuperficie aquæ natantia, Phari inſtar, navigantibus, qui vel portum petunt, vel e portu egrediuntur, inſerviant. Poſtica parte lati, rotundi & plani ſunt; anterius acutiſſime convergunt; diverſimodis ſinguli faſciis annulati, & peculiaribus coloribus quam elegantiſſime picti, ex flavo, rubro, cæruleo, albo & nigro, ſupra fundum ſpadiceum, reſplendentem, variegati. Extremum capitale parva tantum gaudet clavicula. Sex pronos, ſex ſupinos repræſentamus. Rariſſimi autem ſunt, & ex Indiis Orientalibus adferuntur. Liſtero hæc ſpecies audit *Trochus pyramidalis, fuſcus, ſtriatus, valde productus.*

Num. 13 & 14. *Strombus magnus, late expanſis labiis gaudens.* Plures itidem habentur & variæ hujusce generis ſpecies, æquabiles, anguloſæ, tuberoſæ, gyratæ. Noſter hic Strombus contortus eſt, tuberculis inæqualis, & reticulatim feneſtratus. Late expanſum dentatumque labium os producit amplum hians, curva donatum clavicula. Num. 13 pronus, Num. 14 ſupinus exhibetur.

Num. 15 & 16. *Strombus,* quem *Turrim Babylonicam* vocant, quia gyri ejus adeo profunde detornati & ſulcati ſunt, anguloſisque oris, tanquam circuitibus turrium, cincti. Labium quoque latum huic eſt & fimbriatum. Cæterum ex albo perfundatus, verſicolore deſuper pictura elegantiæ inuſitatæ exornatur. Prior ſupra, poſterior infra conſpicuus eſt.

Num. 17, 18 & 19. Tertia *Strombi* ſpecies, minor, priori Num. 13 proxime accedens, multo tamen minore labio donata. Cæterum ratione colorum & figuræ parum datur diſcriminis. Bini proni, tertius ſupinus repræſentantur.

Num. 20

N°. 80. 81. 82. *Cornets à bec court, hériſſés de pointes, & ſillonnés de rainures.*

Ces trois Cornets ſont fort rares. Ils ont le bec court, & le bout de la tête fort élargi. Leur ſurface eſt chargée de grandes pointes aiguës, triangulaires, qui paroiſſent comme coupées à la partie inférieure de la coque. Ils ſont auſſi ceints de bandes jaunes-orangé, chatain, & autrement colorées. Le Cornet du dernier N°. ſe voit par deſſous.

PLANCHE CINQUANTIEME.

Treizieme Section.

Cette Section traite des Coquilles nommées *Sabots*, *Trompes* ou *Toupies*, Genre de Turbinites dont il y a quantité d'Especes, toutes faites en Pyramide. Les unes ont la ſurface liſſe, & luiſante, relevée par des bandes annulaires; les autres ſont non ſeulement cerclées de bandelettes ſur leurs ſpirales, mais encore treilliſſées de rayes; celles-ci n'ont point de rayures lozangées; celles-là ſont marquées de cannelures, & finiſſent en lèvres plus ou moins larges; il y en a qui ſont faites en Tour, ayant pluſieurs convolutions qui regnent jusqu'à l'extrêmité de la pointe; d'autres ſont hériſſées d'épines ou piquantes ou obtuſes; d'autres ſont grénées; d'autres ceintes de chainelettes; d'autres toutes ouvertes: car on rencontre ici quantité de différences; d'où vient qu'on les compare aux Tiares des Papes, & aux Mitres des Evêques. Toutes ces Toupies ſe terminent en pointe aiguë, & ſont ſuperbes par la beauté de leur madrure & de leurs couleurs.

N°. 1——12. Nous repréſentons ſous ces N°. douze Toupies grandes & petites, communément appellées *Tonnes*, à cauſe de quelque reſſemblance qu'elles ont avec ces tonneaux de bois, à cercles de fer, attachés par des chaines de fer, & qu'on laiſſe flotter ſur l'eau de la Mer, pour ſervir comme de guide aux Vaiſſeaux qui entrent dans le port ou qui en ſortent. Ces Toupies ſont larges, rondes, applaties dans leur partie poſtérieure, & finiſſent antérieurement en fine pointe. Elles ſont chacune ceintes de diverſes ſortes de bandes, & joliment nuées de jaune, de rouge, de bleu, de blanc, & de noir, ſur un fond chatain reluiſant. Leur tête finit en une courte pointe. Nous avons dépeint ſix de ces Coquilles par deſſus, & ſix par deſſous. Elles ſont très-rares & viennent des Indes Orientales. Liſter les caractériſe du nom de longues Toupies Pyramidales, brunes, cannelées.

N°. 13 & 14. *Grande Toupie à larges lèvres.* Ce Genre comprend ſous ſoi pluſieurs Especes, égales, angulaires, ſemées de boſſettes, & contournées en vis. La Toupie ici dépeinte forme pluſieurs révolutions, a ſa ſurface raboteuſe, & treilliſſée de rayures en lozange. Son ouverture s'étend en une lèvre large, dentelée, qui finit en clavette courbe. Le N°. 13 montre cette Toupie par deſſus, & le N°. 14 la préſente renverſée.

N°. 15 & 16. Toupie qu'on apelle *La Tour de Babel*, parce que ſes ſpirales profondément ſillonnées, ſont flanquées d'angles pointus dans tous leurs contours. Sa lèvre eſt large, & découpée dans les bords. Le fond de cette Coquille eſt blanc, relevé par une madrure nuée ſingulierement de belles couleurs. Le N°. 15 repréſente ſa ſurface ſupérieure, & le N°. 16 ſa ſurface inférieure.

N°. 17. 18. 19. Trois autres Toupies, plus petites, reſſemblant aſſez à celle du N°. 13, mais à lèvre moins large, du reſte peu differentes pour les couleurs & la figure. On voit deux de ces Toupies par deſſus, & la troiſieme dans une poſition renverſée.

Num. 20 & 21. Duo alii minores, ejusdem speciei.

Num. 22——31. Stromborum aliæ rursus species differentes, singularibus & figuris & pictura sese distinguentes.

Num. 32——48. Strombi alii, rursus diversi a prioribus, rariores, singuli quam venustissime figurati, alii aculeati, alii ramulis, alii tuberibus distincti, tornati, variisque aliis modis conformati, coloribus variis, elegantibus, picti atque exornati; omnes vero, pyramidum instar, acutissime convergentes. Quemlibet eorum sigillatim pro dignitate describere haud permittit instituti nostri ratio. Sufficiat nobis, multitudinem demonstrasse specierum, quæ in uno dantur genere: cujusmodi numerosissimis adeo instructum est nostrum Museum, ut ne dimidiam quidem partem iconibus heic repræsentare liceat.

Num. 49, 50 & 51. Prior spuria est Mitra papalis, binæ vero aliæ spurias Infulas Episcopales referunt: dilute flavæ rubris maculis veluti annulantur. Posterior subtus conspicua est.

Num. 52 & 53. Binæ sunt breviores, ejusdem cum prioribus speciei, spadicei coloris, ex flavo liratæ & fasciatæ.

Num. 54. Rarissimum hoc est specimen, cui simile aliud nullo hactenus in Museo conspicere mihi licuit. Est autem *Fusus brevis*, profunde detornatus, cauda curta, gyrisque teretibus gaudens, sulcis profundis distinctus, ex Arantio flavo perfundatus, subtilibus & grossioribus fasciolis rubris, funiculorum æmulis, circumdatus.

Num. 55 & 56. Ejusdem speciei & hæc sunt specimina, at minora, & fundo super albicante tenuibus filamentis dilute flavis & Arantio rubris distincta. Alterum supra, alterum infra exhibetur spectandum.

Lit. A. Congeriem ostendit Stromborum vel Turbinum minutorum.

TABULA QUINQUAGESIMA ET PRIMA.

Sectio decima quarta.

Hac Tabula Mitras Papales, Episcopales, Pileos Cardinalitios variarum specierum, tum & Americanas spuriasque Mitras Papales, & Strombos tuberosos, & Turriculas ramosas, plicatas, aculeatas, annulatas, &c. omnes ad Buccinorum genus pertinentes, exhibemus.

Num. 1. Mitra Papalis, maxima, cui vel magnitudine, vel perfectione omnium partium, vel picturæ elegantia, haud unquam vidi parem. Mitras Papales ideo hujusmodi Cochleas vocant, quia omnes earum gyri, quorum infimus est longissimus, ea parte, qua versus apicem spectant, eminentiis triangularibus in modum Mitræ veluti Papalis stipantur, sursumque in acumen convergunt. Cæterum lacteo super fundo cylindrulis atque maculis Corallini ruboris, rotundis, oblongis, vermiformibus, angulosis, annulatim circumscribuntur. Testa constant crassa & ponderosa. Ex *Ceram* in Indiis Orientalibus huc transferuntur.

Num. 2. Altera Mitræ Papalis species, minor, maculis minus æqualiter digestis varia, filamentis tenuibus, nigris, supra circum apicem, & infra circum longissimi gyri claviculam obvoluta. Cæterum priori in omnibus similis.

Num. 3. Eadem subtus conspicua, labio extus dentibus serrato, intus fimbriato, prædita. Rubræ maculæ hac facie admodum inter se mutuo perplexæ hærent.

Num. 4.

N°. 20 & 21. Deux autres Toupies de même Espece, encore plus petites.

N°. 22——31. Autres Especes de Toupies, differentes entre elles par les couleurs, le tacheté, & la figure particuliere.

N°. 32——48. Autres Toupies differentes encore des précedentes, plus rares, toutes d'une charmante figure pyramidale, terminée en pointe très-aiguë. Les unes sont herissées d'aiguillons, les autres distinguées comme par andouillers, les autres sursemées de tubercules, ou de nœuds, d'autres sont comme tournées au tour; toutes enfin ont quelque varieté dans leur figure, mais le dessein de cet Ouvrage ne nous permet pas de les décrire chacune en particulier comme elles le mériteroient. Il nous suffit de montrer aux yeux une certaine quantité d'Especes comprises sous leur Genre. Notre Cabinet en est enrichi d'un si grand nombre, que nous ne pourrions pas même en représenter ici la moitié.

N°. 49. 50. 51. La premiere de ces Coquilles se nomme la *Tiare Bâtarde*, & les deux autres *Mitres d'Evêque*. Elles sont d'un jaune-pâle, marqueté de taches rouges rangées en bandes annulaires. La derniere est peinte renversée.

N°. 52 & 53. Coquilles de même Espece plus petites, d'un rouge-bai, à bandes & rayures jaunes.

N°. 54. Voici une Turbinite extraordinairement rare, dont je ne sache pas d'avoir vu la semblable dans aucun Cabinet. On l'apelle le *Fuseau*. Il a le manche court, les contours des spirales arrondis, & divisés par de profondes entaillures; son fond est d'un jaune-orangé, que cerclent des bandelettes ou des cordons rouges, les uns gros, les autres menus.

N°. 55 & 56. Deux autres *Fuseaux* de même Espece, plus petits, à fond blanchâtre, cerclé de filets orangé-rouges, ou jaunes-clair. On voit l'un par dessus, & l'autre par dessous.

La Lettr. A. Montre un assemblage de petites Toupies.

PLANCHE CINQUANTE-UNIEME.

Quatorzieme Section.


Cette Planche représente diverses Especes de Coquilles qui toutes appartiennent au Genre des Cornets, savoir, des Mitres d'Evêque, des Chapeaux de Cardinal, des Tiares de Pape soit bâtardes, soit d'Amerique, des Trompes à bossettes, des Tours à cornes, plissées, armées de pointes, cerclées de bandes, &c.

N°. 1. Tiare de Pape très-grande, dont je n'ai jamais vu la pareille, ni pour la grandeur, ni pour la beauté à tous égards. On apelle ces sortes de Coquilles Tiares de Pape, parce qu'elles s'élevent en pointe, & que tous leurs contours sont accompagnés d'éminences triangulaires en maniere de Tiare. Sa couleur d'un blanc de lait est décorée de taches corallines, rondes, cylindriques, oblongues, angulaires, vermiformes, disposées en bandes annulaires. Cette Coquille est épaisse & pesante. On l'a apportée ici de *Ceram* dans les Indes Orientales.

N°. 2. Autre Tiare, plus petite, sursemée de taches moins régulierement disposées, & cerclée de menus filets noirs aux deux bouts. Du reste elle ressemble entierement à la précedente.

N°. 3. La même présentée par dessous, où l'on voit sa lèvre dentelée dans le bord extérieur, & intérieurement effilée. Ses taches rouges sont ici plaquées fort confusément.

N°. 4.



Nº 28.
Nº 22.
Nº 18.
Nº 1.
Nº 19.
Nº 23.
Nº 27.
Nº 33.
Nº 2.
Nº 3.
Nº 34.
Nº 4.
Nº 5.
Nº 30.
Nº 6.
Nº 29.
Nº 36.
Nº 7.
Nº 8.
Nº 9.
Nº 31.
Nº 37.
Nº 32.
Nº 10.
Nº 11.
Nº 13.
Nº 12.
Nº 14.
Nº 15.
Nº 16.
Nº 25.
Nº 25.
Nº 26.
Nº 35.
Nº 24.
Nº 17.
Nº 20.
Nº 21.
F. de Bakker del et fecit 1735.

Num. 4. Tertia ſpecies, ſuperna parte priori proxime accedens.

Num. 5. Eadem ſupina, labio altero æquali, introrſum recurvo, altero intus plicato.

Num. 6 & 7. Pileus Cardinalitius ſupra & infra conſpicuus, elegantius, quam mitræ prægreſſæ, pictus, fundo ſuper dilute flavo maculis punctisque ſpadiceis in ambitu veluti faſciatus, labio præditus lato, minoribus denticulis ſerrato, introrſum dilute cæruleſcente, cui oppoſitum labium plicatum eſt. Gyri ſunt æquales.

Num. 8 & 9. Mitra Epiſcopi, prona & ſupina. Conveniunt hæ Mitræ multum cum Mitris Papalibus, niſi quod læves ſint, nec apiculis acuminatis in ſuperna gyrorum facie inæquales, ſed anguſtis ſuturis, quaſi filamentis, circumdati. Fundus lacteus partim maculis miniatis, quadratis, anguloſis, magnis, parvis, annulatim refertus eſt. Infra labium datur expanſum, nec dentatum, nec plicatum.

Num. 10. Altera Mitræ Epiſcopi ſpecies, brevior, craſſior, magis coacta, maculis miniatis, oblongis, minoribusque quadratis, concinniore ordine compoſitis, circulata.

Num. 11. Eadem ſubtus conſpicua, labio interno donata reflexo, plicato, quod perrarum eſt, externoque labio, æquali ora ſemet introrſum curvante, amplum oris hiatum ſic producente.

Num. 12. Inter maximas hæc eſt Mitras Epiſcopales, omnibus numeris abſoluta, elegantiſſima, fundo ſuper lacteo maculis miniatis, characteres veluti referentibus, aliisque quadratis, teſſellatis, rotundis, primæ majoris & longioris ſpiræ ſuperficiem ordinate circumſcripta: ſeptem deinceps reliquæ ſpiræ ſimilibus pro rata ornamentis gaudent, quarum tamen tres extremæ ob parvitatem ſuam pallide luteæ ſunt, nec quidquam rubri gerunt. Omnes hæ Mitræ, æque ac Papalium Mitrarum maximæ, octo pollent ſpiris, quarum infima duas fere tertias longior eſt, quam ſeptem reliquæ ſimul ſumtæ.

Num. 13 & 14. Hæc fere maximas eſt inter Mitras, quæ vulgo in Muſeis Curioſorum reperiuntur, primoque etiam loco ſua in ſpecie ſuſtinendo ſufficit. Omnes hæ gyris octo ad finem usque inſtructæ, ex ſaturate croceo pictæ, interno labio gaudent ſubtus ad claviculam pro parte quadam reflexo: labium externum late diductum, æquali limbo fimbriatum, intus in ore dilute flaveſcit. Animalculum, in oblongis hisce domunculis pennatis, ſive Mitris reperiundum, Hominibus alimenti loco inſervire non poteſt; quoniam venenata quædam vis in eo latet.

Num. 15 & 16. Binæ minores, ejusdem ſpeciei, Mitræ, ſupra & infra repræſentatæ, utrinque eleganter pictæ.

Num. 17, 18 & 19. Eandem hæ tres ad ſpeciem pertinent, minimæ tamen, itidemque ex rubro maculatæ.

Num. 20 & 21. *Buccinum, columella dentata, clavicula longiſſima, fuſcum, ſtriatum, faſciatum.*

Ita Cochlea hæc a Liſtero vocatur, quæ alioquin inter *Turres Babylonicas* refertur, utpote quibus perſimilis eſt. Supra & ſubtus ea heic repræſentatur. Turrita veluti forma gaudens novem abſolvitur gyris, profunde ſulcatis, & veluti ſquamoſis, quorum maximus incurvus vel obliquatus eſt: omnes autem hi gyri dorſum veluti in medio exſerunt, longisque ſurſum & deorſum decurrentibus ſtriis, ſpadiceis, diſtincti, albis

N°. 4. Troiſieme Tiare aſſez ſemblable ſur le deſſus à la derniere.

N°. 5. La même dans une poſition renverſée, montrant une des lèvres pliſſée en dedans, & l'autre unie mais recourbée intérieurement.

N°. 6 & 7. Chapeau de Cardinal vu par deſſus & par deſſous, tacheté avec plus de grace que les Coquilles précedentes. Il a le fond d'un jaune pâle, que cerclent des taches bay, entremêlées de cordons formés de petits points de la même couleur. Une de ſes lèvres eſt large, dentelée ſur les bords de petites dents, & d'un bleuceleſte intérieurement; l'autre lèvre à l'oppoſite eſt pliſſée en pluſieurs plis. Ses convolutions ſont liſſes, égales, & ſans pointes.

N°. 8 & 9. Mitre d'Evêque préſentée par deſſus & par deſſous. Ces ſortes de Coquilles ont beaucoup de raport aux Tiares, & n'en different qu'en ce qu'elles ſont par-tout liſſes, & ſans aucune corniche pointue dans leurs convolutions, étant ſeulement cerclées comme de fils. Le fond de celle-ci eſt d'un blanc de lait, madré de taches vermeilles, quarrées, angulaires, grandes, petites, mais toutes rangées en bandes circulaires. Sa lèvre eſt large, étendue ſans plis, ni dentelure.

N°. 10. Deuxieme Mitre d'Evêque, petite, épaiſſe, ramaſſée, cerclée de petites taches vermeilles, longues, quarrées, toutes rangées artiſtement.

N°. 11. La même, vue par deſſous. Une de ſes lèvres eſt retournée & pliſſée en dehors, ce qu'on trouve très-rarement; l'autre eſt unie dans les bords, lesquels en s'approchant ſe creuſent intérieurement, & forment une large ouverture.

N°. 12. Cette Mitre d'Evêque eſt une des plus grandes, des plus belles, & des plus parfaites de ſon Eſpece. Son fond eſt d'une grande blancheur. Sa longue & premiere ſpirale eſt tout autour décorée de taches rouges, les unes quarrées, les autres rondes, ou lozangées, ou imitant comme des caracteres. Les autres ſpirales ſont ornées d'une pareille madrure, excepté que le tacheté des trois dernieres eſt jaune-pâle. Toutes ces grandes Coquilles qu'on nomme Mitres d'Evêque, ou Tiares de Pape, ont huit ſpirales, dont celle du gros bout eſt des deux tiers plus longue que les ſept autres priſes enſemble.

N°. 13 & 14. Celle-ci eſt une des grandes Mitres qu'on voye d'ordinaire dans les Cabinets de Curieux, & en effet elle mérite de tenir le premier rang dans ſon Eſpece. Toutes ces ſortes de Mitres ont huit convolutions; leur fond eſt d'un jaune de ſafranbrun. Leur lèvre interne eſt en partie pliſſée & renverſée en dehors; mais leur lèvre extérieure eſt étendue, deployée, égale dans les bords, & d'un jaune-pâle ſur ſa ſurface interne. L'Animal qui habite la Coquille ne ſe mange point, parce qu'il a en lui quelque choſe de venimeux.

N°. 15 & 16. Deux Mitres de même Eſpece, plus petites, repréſentées tant par deſſus, que par deſſous, & joliment tachetées ſur l'une & l'autre ſurface.

N°. 17. 18. 19. Trois autres Mitres de même Eſpece encore plus petites, & ſemblablement mouchetées de taches rouges.

N°. 20 & 21. *Cornet brun, à longue pointe, cannelé, dentelé, & cerclé de bandelettes.*

C'eſt ainſi que Liſter caractériſe cette Coquille; mais on la met communément parmi celles qu'on apelle *Tours de Babel*, à cauſe qu'elles ſont parfaitement ſemblables. On a dépeint celle-ci par deſſus & par deſſous. Sa figure eſt en maniere de Tour; elle a neuf ſpirales, profondément ſillonnées & comme écailleuſes; ſa grande ſpirale ſe courbe obliquement: toutes ſes ſpirales ſont un dos au milieu, & ſont non ſeulement cerclées de bandelettes, de rayes, de taches annulaires, blanches, brunes, jaunes, griſes, mais

albis prætcrea, fuſcis, flavis & griſeis lineis, tæniolis atque maculis circulantur. Labiis cæterum geminis, dentatis, pollet: id, quod perraro & minus frequenter occurrit. Clavicula labiorum veluti contracta videtur.

Num. 22 & 23. Babylonicæ Turris alia ſpecies, ſubtus & ſupra conſpicua, cujus gyri profundis plicis, brevibusque denticulis inſtructi, tum late fimbriati ſunt, atque circa acuminatum apicem numeroſis veluti emiſſis ramulis inæquales. Clavicula introrſum recurvata eſt. Gyri multivariis coloribus eleganter picti ſunt, majoresque præprimis ſtriis vermiculatis diſtincti, minores punctis exiguis conſiti.

Num. 24——30. Sex hæ Turricularum ſpecies præ reliquis omnibus rariſſimæ ſunt, quæ unquam occurrunt, ſingularibus ſingulæ ornamentis inſtructæ, ramoſæ, dentatæ, gibboſæ, annulatæ, faſciatæ & guttatæ. Verbo: omnes rariſſimis & venuſtiſſimis coloribus quam elegantiſſime pictæ ſunt. Num. 25 ſubtus conſpicua exhibetur.

Num. 31——36. Strombi hi ſunt rugoſi, faſciolis filamentoſis per omnes gyros circumſcripti, elegantiſſimisque coloribus ſuperbi. Num. 32 & 34 inferna facie conſpiciuntur.

Num. 37. Quinque heic exhibentur *Mitræ Papales*, minores, in medio hujus Tabulæ ſtellam quinquefidam repræſentantes, ratione figuræ & colorum cum ſpeciebus majoribus convenientes.

TABULA QUINQUAGESIMA ET SECUNDA.

Sectio decima quinta.

Hæc Tabula varias ſiſtit Concharum ſpecies, quæ quum, ut Plinius ait, ad Buccinam recurvæ ſint, *Buccina* vocantur. Buccinorum genus latiſſime patet, & numeroſiſſimis conſtat ſpeciebus, quæ admodum mirificis gaudent formis & figuris, ut oculus humanus iſthæc ex profundo maris, tanquam è tenebris in lucem protracta, conſpiciens obſtupeſcat, Omnipotentis Conditoris immenſam poteſtatem ſeſe per omnia diffundere: quanquam ne milleſimus quidem inter Homines hæc cognoſcat, aut attentus animadvertat.

Num. 1. Buccinum hoc hiſpida pelle totum undequaque veſtitum, helvi eſt coloris, brevique gaudet clavicula, arcte in ſemet contorta, & labio gemino, dentato. Cæterum craſſiuſcula eſt ejus teſta, coſtis transverſis circulata, profundeque lirata. Gyri ejus alio quodam vinculo, juxta longitudinem à maximis ad minimos usque gyros exporrecto, quaſi inter ſe colligantur, & ad extremum acuminatum adeo attenuantur, ut præ tenuitate tantum non inconſpicui evadant.

Num. 2. Idem ſupinum. Omnia Buccina, quando primum e mari protrahuntur, cute quadam obducta ſunt.

Num. 3. Buccinum hoc, priori compar, inveſtiente ſua cute orbatum, ventre gaudet penitus albicante, & maculis ex Aurantio luteis ad latera atque ad faſciæ transverſalis ſpiram alteram exornatur. Coſtæ heic omnes in ambitu veluti nodoſæ ſunt, profunde gyratæ, atque ad latera labii exterioris eleganter expanſæ.

Num. 4.

mais ſont encore cannelées ſur leur longueur de rayures chatain, qui vont en haut & en bas. Ses deux lèvres ſont dentelées, ce qui eſt fort rare; leur ouverture eſt reſſerrée.

N°. 22 & 23. Autre Tour de Babel, vue ſur ſes deux ſurfaces. Ses convolutions ſont peintes de diverſes couleurs; les grandes ſont rayées de cannelures vermiculaires, & les petites ſont jaſpées de points; toutes ſont pliſſées, découpées profondément, cochées de courtes dents, & hériſſées de cornichons ſur leur ſommet pointu. Sa clavette eſt courbée en dedans.

N°. 24——30. Ces ſix Eſpeces de Tours ſont les plus rares de toutes celles qu'on connoiſſe. Elles ont chacune leurs ornemens particuliers. Toutes ſont dentelées, hériſſées de cornichons, convexes au dehors, relevées de tubercules, de bandes annulaires, picotées de points; enfin toutes ſont peintes des plus belles couleurs. La Tour du N°. 25 eſt repréſentée par deſſous.

N°. 31——36. Trompes ridées, ceintes de bandelettes chevelues ſur tous leurs contours, & décorées de magnifiques couleurs. Les Trompes du N°. 32 & 34 ſont vues renverſées.

N°. 37. Cinq petites Tiares rangées en étoile à cinq rayons; du reſte elles ſont ſemblables de figure & pour les couleurs aux grandes Tiares décrites ci-deſſus.

PLANCHE CINQUANTE-DEUXIEME.

Quinzieme Section.


Cette Planche préſente aux yeux diverſes Eſpeces de ces Coquilles qu'on nomme *Buccins*, *Cornets*, ou *Trompettes*, parce que, comme dit Pline, elles ſont recourbées à la maniere des Cors ou des Trompettes. Le Genre des Cornets de Mer eſt extrêmement vaſte, & renferme un nombre prodigieux d'Eſpeces dont les formes ſont ſi merveilleuſes, que celui qui conſidere attentivement que de telles Coquilles ſont toutes tirées du fond de la Mer, ne peut qu'admirer la puiſſance immenſe du Créateur qui ſe déploye dans toutes ſes Oeuvres; cependant à peine trouve-on un ſeul Homme ſur mille qui en ait connoiſſance, ou qui y apporte l'attention que mérite un ſi beau ſujet.

N°. 1. Cornet dont la coque eſt toute hériſſée de petits piquans. Sa couleur eſt incarnate. Sa rampe forme pluſieurs contours repliés les uns ſur les autres. Ses lèvres ſont dentelées. Sa coque épaiſſe eſt cerclée de côtes transverſales & de profondes rayures. Ses ſpirales ſont comme jointes enſemble ſur leur longueur par une attache qui paſſe des plus étroites aux plus larges; enfin ſes ſpirales ſe terminent par une pointe ſi fine qu'elle échape presque à la vue.

N°. 2. Le même Cornet dans une poſition renverſée. Tous les Cornets quand on les tire d'abord de la Mer, ſont couverts d'une eſpece de peau.

N°. 3 Cornet ſemblable au précedent, dépouillé de ſa peau. Son ventre entierement blanc eſt décoré tant ſur les côtés que ſur une des ſpirales, de taches jaunes orangées. Ses côtes ſont toutes comme ſemées de nœuds dans leurs contours, ſillonnées profondément, applaties & joliment déployées vers les bords de la lèvre extérieure.

N°. 4.



F. Morellon la Cave del. et Sculpsit.

Num. 4. Buccinum minus, læve, dilute cinereo luteum, politum, fasciis veluti obvolutum, primo super gyro superiori tuberosum, latis profundisque sulcis pone gyros, ad longum usque extremum acuminatum, excisum. Cæterum clavicula longa turbinata instruitur.

Num. 5. Buccinum aliud venustum, dilute Arantio flavum, fasciis longis, dorsuosis, supra circa gyros ad extremum usque apicem veluti dentatis, aliarumque elatiorum fasciolarum apparatu cinctis, exornatum.

Num. 6. Buccini species tertia, priore profundius sulcata, superne majoribus etiam dentibus ad gyros plicatos serrata, filamentis tenuioribus confertim circumdata, tristi colore fusco picta, striisque oblongis, cinereo luteis, quasi obumbrata.

Num. 7. Species quarta. Buccinum hoc ex Citrino flavo perfundatum, saturatius luteis veluti striis obumbratum, filamentis capillaribus tenuissimis obvolutum, profundis foveis inæquale, supra circum gyros angusta fimbria præditum, apice gaudet atque clavicula longioribus.

Num. 8. Species quinta. Brevius hoc est Buccinum & tumidius, nonnihil tuberosum, dilute fuscum, filamentis albescentibus annulatum. Ore gaudet amplo.

Num. 9. Species sexta, dilute cinereo lutea, unicolor, lævigata, posterius circa claviculam candidissima, ad apicem vero superiorem ex albo variegata.

Num. 10. Buccinum tuberosum, flavum, fasciis latis, quæ globulis albis, ordine digestis, inæquales sunt, locisque inter globulos mediis profunde excavantur, supra circa latum labium in digitos veluti expansæ atque plicatæ, circumdatum.

Num. 11. Ejusdem cum priore speciei atque coloris aliud, fasciis transversis, oblongis, supra costas, quæ majorum inter sulcos gyrorum tuberibus longis, albicantibus, eminent, decurrentibus ornatum.

Num. 12. Tertia species omnino dilute cinereo flava, latis exaggeratisque fasciis circulata, supra ad majoris spiræ limbum nonnihil tuberosa, vel gibbosa.

Num. 13. Quarta species Buccini tuberosi, quod obscure cinereo griseum duplici tuberculorum serie subtilibus super striis capillaribus ambitur, clavicula gaudens brevi, atque apice acuminato.

Num. 14. Idem subtus conspicuum, qua parte croceum monstrat os, in quo animalculum degit Cancellum referens, lato flagello donatum: in omnibus enim Buccinis Cancellorum quædam species habitat, uti in suis domunculis Cochleæ.

C'eſt ſous cette dénomination que *Liſter* nous décrit ce Coquillage, qu'il ne repréſente qu'en deſſous. En deſſus les cercles ſont relevés en boſſe, couverts de filamens ſaillans, garnis de boutons, & remarquables par des côtes transverſales. Tous ces contours ſont entrelacés les uns dans les autres d'une manière ſi ſingulière, qu'ils forment un ſpectacle des plus agréables à voir. Ce Buccin eſt de couleur cendrée. Son ſommet ſe termine par une longue pointe. La clavicule eſt droite & étroite.

N°. 4. Le même en-deſſous, garni de deux lèvres droites, crépues, & aïant en-dedans une double rangée de dents & de plis.

N°. 5. Autre espèce du genre précédent, appellée *Oreille velue.* Elle reſſemble beaucoup à celle dont on vient de parler; mais elle eſt d'un brun-clair, au-lieu que la première eſt d'un blanc-cendré. Les cercles ſont couverts de tubéroſités élevées, de côtes, de bandes blanches, & ſe croiſent réciproquement. Ils ſont auſſi ornés ſur les côtes transverſales & ſur les faſcies, dans le contour ſupérieur, de boutons blancs toujours rangés régulièrement deux à deux, jusqu'à la pointe du ſommet. *Rumphius* dit que ces Oreilles ſont

mihi contigit; niſi cum limo adhuc muſcoque marino capillaceo forte obſeſſa erat externa earum cutis: at hi pili inter mundandum ilico ſeparantur, tumque ſuperficies conchæ talis eſt, qualem heic æri inciſam monſtramus.

Num. 6. Eadem ſupina, albiſſima, coruſcans, latis inſtructa labiis duplicibus, dentatis, interiora verſus itidem crispata, dentata & tuberoſa. Clavicula quoque dentata eſt, apice retrorſum flexo conſpicua.

Num. 7. Ejusdem ſpeciei alia, colore diſcrepans.

Num. 8——12. Buccina heic quinque exhibemus elegantia, ſuperne ſpinoſa, brevibus donata capitibus, quorum ſpinæ, infra latæ, ſurſum quam acutiſſimæ deſinunt, & in faſcias veluti ordinatæ ſupra gyros eminent. Superior facies cinereo-flava eſt: infra ſimplex datur labium dentatum, os latum, intus dilute purpuraſcens & valde lævigatum. Aliis os intus Aurantio-flavum eſt.

Num. 13——20. *Buccina maxima*, *Bufonia.*

Superne per gyros faſciata, tuberoſa, aut & acuminatis ramis ſunt inſtructa, quorum nonnulli nigris ſpinis horrent. Labia omnibus ſunt duplici dentium ſerie donata; color eſt cinereo-griſeus, faſciolis, vel quaſi funiculis prominulis, ruffis, diſtinctus. Roſtrum longum eſt, clavicula brevis. Superior facies inferiore minus alba. Num. 20 ſupinum exhibetur una cum animalculo ſuo vel Cancello.

Num. 21——28. Buccina octo minora, Bufonia, ſive Ranina, quorum duo ſupina exhibentur. Quædam minutis tuberculis inæqualia, & exiguis granulis, quaſi margaritis, flavis, in funiculos veluti colligatis, obvoluta ſunt; quædam funiculis transverſalibus, fuſcis, albo ſuper fundo circulantur.

Num. 29——50. Siſtimus heic præprimis Caſſides verrucoſas & ſpinoſas omnium rariſſimas, & maxime infrequentes, quæ unquam occurrunt. Sunt inter illas aliæ ex albo perfundatæ, ſpinis nigerrimis, longum exporrectis, oblique ſupra gyrus extantibus, armatæ, Echinis hinc ſimiles, hocque etiam nomine ideo donatæ. Aliæ albiſſimæ obſcure fuſcis, brevibus craſſisque apicibus obſidentur. Aliæ dilute flavæ proceſſibus gaudent tenuibus, quorum extremi fines ſubfuſci ſunt. Aliæ ſpinis horrent penitus ex ruffo flavis, &c. Intermiſcuimus etiam hiſce parvos Trochos, qui ramulis Coralliorum obtuſis & acutioribus, albis, undequaque obſeſſi ſunt.

Præterea & Cohortem ſubjunxi quibusdam è Cochleis planis, rarioribus, conflatam, quas *Imbrium Cochleas* vocat Rumphius. Pronæ & ſupinæ exhibentur. Forma referunt nucem Amygdalam, ſed læves ſunt, cinereo-griſeæ, ex fuſco variegatæ, nonnihil acuminato apice terminatæ, clavicula tamen obtuſa præditæ. Sunt & inter eas penitus obſcure ſpadiceæ. Iis etiam interſerti ſunt minimæ ſpeciei Trochi, nunquam majorem in molem excreſcentes, adfines illi ſpeciei, quam ſub Num. 1 hujus Tabulæ deſcripſimus, ſed longe elegantius picti & nitide aculeati atque faſciati.

TABULA

ſont garnies de poils ou de ſoies; ce que je n'ai cependant jamais obſervé, excepté lorsque leur lame extérieure ſe trouvoit encore enduite de limon, & de cette espèce de mouſſe marine qui reſſemble à des cheveux: mais ces poils tombent, dès qu'on nettoie la Coquille, & alors ſa ſuperficie paroît telle que nous la repréſentons ici.

N°. 6. La même espèce en-deſſous, très blanche, luiſante, garnie de deux lèvres larges & dentelées, crépue en-dedans, où elle eſt encore dentelée & chargée de tubéroſités. La clavicule ſe trou e auſſi dentelée, & eſt remarquable par la pointe courbée en arrière.

N°. 7. Autre Buccin de la même espèce, mais dont ſa couleur eſt différente.

N°. 8——12. Nous repréſentons ici cinq magnifiques Buccins, chargés d'épines en-deſſus, dont les éguillons, larges en-bas, deviennent en-haut très pointus, & débordent régulièrement les cercles en manière de bandelettes. La face ſupérieure eſt d'un jaune-cendré: le deſſous offre une lèvre ſimple garnie de dents, une bouche large d'un pourpre clair & fort liſſe. D'autres ont le dedans de la bouche orangé.

N°. 13——20. *Buccina maxima*, *Bufonia.*


Ces grands Buccins, faſciés en-deſſus ſur les contours, ſont chargés de tubéroſités ou de rameaux pointus; il s'en trouve même qui ſont hériſſés d'éguillons noirs. Ils ont tous les lèvres garnies d'une double rangée de dents. Leur couleur eſt d'un gris-cendré; mais les bandelettes, qui paroiſſent comme de petits cordons ou coliers ſaillans, ſont rouſſes. Le bec eſt long, la clavicule courte. Le deſſus eſt moins blanc que le deſſous. Celui du N°. 20 eſt repréſenté en deſſous avec ſon petit Animal ou Crabe.

N°. 21——28. Huit petits Buccins, nommés Crapauds ou Grenouilles, dont deux ſont repréſentés en deſſous. Il s'en trouve quelques-uns qui ont de petits tubercules, & qui ſont couverts de petits grains jaunes ſemblables à des perles, lesquels forment par leur union comme de petits coliers. D'autres ſont cerclés de cordes transverſales de couleur brune ſur un fond blanc.

N°. 29——50. Nous repréſentons ici particulièrement des Casques garnis de verrues & d'épines, les plus rares & les plus ſinguliers que l'on puiſſe jamais voir. Il y en a qui portent ſur un fond blanc des éguillons très noirs, très ſaillans, qui traverſent obliquement les cercles; ce qui les fait reſſembler à des Hériſſons, & on leur a effectivement donné ce nom. On en voit auſſi de très blancs, qui ſont chargés de groſſes pointes courtes d'un brun obſcur. D'autres ſont d'un jaune clair, & garnis de pointes déliées, dont les extrémités ſont brunes. D'autres ſont hériſſés d'épines, dont la couleur eſt toute d'un roux-jaune, &c. Parmi ces Buccins ſe trouvent de petits Sabots, couverts de toutes parts de petites branches de Corail obtuſes, pointues, & de couleur blanche. J'ai encore ajouté ici une collection de quelques Limaçons plats des plus rares, que *Rumphius* appelle *Imbrium Cochleæ*. On les a repréſentés en deſſus & en deſſous. Ils ont la forme d'une Amande, mais ils ſont liſſes, d'un gris-cendré, & bariolés de brun. Leur ſommet eſt un peu pointu, tandis que la clavicule eſt émouſſée. Quelques-uns d'entre eux ſont presque entièrement d'un brun-obſcur. On y a joint encore des Sabots de la plus petite espèce, lesquels ne deviennent jamais plus grands, & qui approchent beaucoup de ceux de cette espèce, dont nous avons donné la deſcription au N°. 1 de cette Planche; mais outre qu'ils ſont peints avec beaucoup plus de magnificence, ils paroiſſent très proprement cerclés, & chargés d'éguillons très bien rangés.

PLANCHE

TAB. LXI.



v. Jongman fecit.

TABULA SEXAGESIMA ET PRIMA.

Sectio vicesima & quarta.

Buccina sive Purpuræ bilingues.

Ampliſſimum hoc eſt genus atque latiſſime patens, cujus tamen ſpecies aliæ ab aliis permultum diſtinguuntur & formæ & picturæ ratione: quin & diſcriminis haud parum adfert marium, e quibus protractæ ſunt, diverſitas. Ultra ſexaginta heic aeri inciſa exhibeo ſpecimina minora, quæ inter Alata ſunt, altero nimirum labio craſſo, & late extuberante donata; alia vero proceſſum digiti æmulum exporrigunt; alia ramulis brevioribus, alia nullis prædita; alia apice turbinato ob gyros multiplices valde protenſo gaudent; alia tuberoſa, faſciata, marmoris in modum variegata, plurimisque aliis modis picta & exornata ſunt.

Num. 1. *Buccinum bilingue, roſtro recurvo, clavicula muricata, infimo labro in tenuem digitum valde producto.*

Gyri hujus Buccini, tuberibus & nodis inæquales, apicem tamen turbinatum formant lævem. Labium præterea cernitur heic latum, anteriora verſus in ſpeciem digiti valde productum. Clavicula incurva binas monſtrat lingulas retrorſum inflexas.

Num. 2. Idem ſupinum.

Num. 3. Ejusdem ſpeciei aliud, ſed multo elegantius, cujus major gyrus tuberculis alte aſſurgentibus veluti rugoſus eſt. Latus labii latioris chorda veluti fimbriatur. Apicem turbinatum in ambitu, juxta ductum gyrorum, globuli ſtipant apicem verſus ſenſim proportionate decreſcentes. Latum labium digito perquam longe exporrecto, æque ac in priore, inſtructum eſt.

Num. 4. Idem ſupinum.

Num. 5, 6. Utraque hæc ſuperne eleganter faſciata & tuberoſa ſunt: at digitis gaudent ad labia minus longis.

Num. 7. Minuſculum hoc eſt, nec digitatum, ſed labio obtuſo, veluti retorto, præditum.

Num. 8. Labium huic tenuiſſimum eſt, gyrusque major anguſtis faſciis obvolutus, tuberibusque profunde deſcendentibus veluti plicatus. Apex turbinatus longum exporrigitur.

Num. 9 & 10. Ab utraque facie hoc exhibeo ſpecimen, apice brevi, lævi, gyroque majore eleganter, marmoris in modum, variegato, labiisque ex obſcure fuſco fimbriatis, inſtructum.

Num. 11—68. Omnia iſthæc Buccina ratione picturæ & formæ inter ſe diſcrepant, atque ſingula ſtupendis & inuſitatis ornamentis, miraque proportione ſuarum partium, ſuperbiunt. Eorum multa ſubtus conſpicua præbeo. Major autem eſt numerus, quam qui ſigillatim nunc deſcribi pro dignitate a nobis queat.

TABULA

PLANCHE SOIXANTE-ET-UNIÈME.

Section vingt-quatrième.

Des Buccins, ou Pourpres à deux languettes.

C'eſt là un Genre de Coquillages des plus vaſtes & des plus étendus, dont néanmoins les Eſpèces différent beaucoup les unes des autres pour la figure & les ornemens: même les diverſes Mers dont on les tire y apportent de la différence. Je vais donner ici la repréſentation de plus de ſoixante petites Pourpres du nombre de celles qu'on nomme ailées, qui ont une des lêvres épaiſſe, & fort large. Il y en a qui pouſſent une branche ſemblable à un doigt; d'autres ont des pointes plus courtes; d'autres n'en ont aucune; d'autres par la multiplicité de leurs convolutions ſe terminent en longue hélice; d'autres ſont raboteuſes, cerclées de bandes, marbrées, enfin peintes & décorées de pluſieurs autres manières différentes.

N°. 1. *Buccin à deux languettes, aïant le bec recourbé, la clavette courbée en pointe, & la lêvre inférieure avancée en forme d'un petit doigt.*

Les ſpirales de ce Cornet ſont ſurſemées de nœuds ou de boſſettes, & ſe terminent cependant en pointe turbinée, toute liſſe. Sa large lêvre s'allonge antérieurement en manière de doigt. Sa clavette crochue a deux languettes ou pointes recourbées en arrière.

N°. 2. Le même dans une poſition renverſée.

N°. 3. Second Buccin de même espèce, mais plus beau ſans comparaiſon. Sa grande ſpirale eſt chargée & comme froncée de tubercules élevés. Le bord de ſa large lêvre ſemble ourlé d'un gros cordon. Sa pointe turbinée eſt dans ſon contour tapiſſée de boutons qui diminuent inſenſiblement en groſſeur ſuivant la rampe des ſpirales. Sa grande lêvre s'avance comme dans le Cornet précédent en long doigt.

N°. 4. Le même préſenté par deſſous.

N°. 5. & 6. Ces deux Buccins ſont joliment ſurſemés de bandes & de tubercules: mais leurs lêvres finiſſent en doigts plus courts que dans ceux qu'on vient de décrire.

N°. 7. Petit Cornet ſans doigt, à lêvre obtuſe retrouſſée.

N°. 8. Ce Cornet-ci a la lêvre très-mince, la grande convolution cerclée de bandelettes, & froncée de tubercules profonds. Il ſe termine en une longue pointe contournée en nombril.

N°. 9 & 10. Buccin vu par deſſus & par deſſous; ſa pointe eſt courte, liſſe. Sa grande ſpirale eſt joliment marbrée. Ses lêvres ont leurs bords d'un brun-obſcur.

N°. 11—68. Tous ces Buccins, dont pluſieurs ſe voient ici par deſſous, différent entre eux de couleur de madrure, & de forme; cependant chacun en particulier eſt remarquable par la magnificence de ſes ornemens, & la merveilleuſe proportion de ſes diverſes parties: au reſte ces Cornets ſont en trop grand nombre, pour entreprendre de les décrire ſéparément.

TABULA SEXAGESIMA ET SECUNDA.

Sectio vicesima & quinta.

Alatæ cochlides, ab expansione labii sui ad alæ similitudinem ita vocatæ, in nostro museo plurimæ servantur, ut totidem species inter se distinguendæ, quarum & formæ elegantia & colorum, fasciarum, picturæque varietas vel maxime animadverti meretur. Unde nonnulla specimina in conspectum producemus.

Num. 1. *Alata.*

Ista sui generis maxima est, si murices ejus, numero senos, intus cavos ac in acumen desinentes, una computes. Superne costis transversis distinctam, tuberosam ac ex flavescente maculatam se exhibet.

Num. 2. *Eadem subtus conspicua.*

Hac facie roseus color interiora ostii exornans, & elegantissima dilute lutearum macularum pictura comparet.

Num. 3. Ejusdem propemodum formæ hæc est, nisi quod alam gerat replicatam & in quinque cuspides abeuntem; prior vero utcunque lævem.

Num. 4. Hæc quoque non absimilis murices tamen suos non ad tantam longitudinem exporrigit, præterea angustiore gaudet ala, ac tuberculis pluribus. Fœmellam prioris vocant.

Num. 5. Altera hæc fœmella est, minus tuberosa, fastigio octies gyrato ac in acumen abeunte.

Num. 6. Ex rarissimis ista est, fasciata, rosei coloris, ac per decursum latissimæ suæ fasciæ in tubercula extumescit.

Num. 7 & 8. Et has fasciæ ambiunt: at tubercula non fascias, sed spiras obsident.

Num. 9 & 10. Binæ aliae species, cum maculis, tum tuberculis, a prioribus discrepantes, Mares dictæ.

Num. 11. Alia rursus species, quinis seriebus tuberculorum veluti fasciata, sature rufi coloris, ex nigricante maculata, labio brevi replicato.

Num. 12——16. Hæ quoque inusitata forma excellunt, sive tubera, alas, costulas spectes, sive colores. Quædam rufulæ nigris maculis variantur: nonnullæ in totum rufæ nulla colorum varietate gaudent: aliis longus extat apex, quæ idcirco Pugiles aut Indices appellantur.

Num. 17. Nomen huic est Spinosi Vespertilionis ob murices longos, acutos. Ceterum alis est pallide rufis, ac superne cærulescit.

Num. 18——20. Vulgo vocantur Artemones convoluti. Duo specimina a parte superiore, tertium ab inferiore exhibemus. Cochlea num. 19. perparva est & rara, fuscis atque eleganter elaboratis albis fasciis veluti scirpata, labiolo replicato.

Num. 21——27. Diversæ species Artemonum vel Epidromorum repræsentantur, aliæ prono, aliæ supino situ. Earum nonnullæ lineis variegatæ sunt, aliæ unicolores, quædam luteæ instar vitelli ovi, aliæ fuscæ, ad oris aperturam pallide rufæ, ex cæruleo resplendent, pictura admirabilis elegantiæ. Nonnullæ admodum raræ difficulter acquiri possunt.

Num. 28

PLANCHE SOIXANTE-DEUXIÈME.

Section vingt-cinquième.

Notre cabinet renferme quantité de coquilles ailées, ainsi nommées par l'expansion de leurs lèvres en forme d'ailes. Il faut les regarder comme autant d'Espèces différentes, dont les figures exquises & les couleurs, la variété des bandes & des ornemens méritent la plus grande attention. C'est pourquoi nous allons en représenter quelques-unes.

N°. 1. *Coquille ailée.*

Cette Espèce est dans son genre la plus grande de toutes, si vous la considerez avec ses six pattes, ou avances, qui sont creuses en dedans & se terminent en pointes. Le dessus de la coquille est traversé de côtes, tâcheté de jaune, parsemé de boutons.

N°. 2. *La même présentée en dessous.*

De ce côté le fond de sa bouche est de couleur de rose, parsemé de jolies tâches d'un jaune clair.

N°. 3. Celle-ci est à-peu-près la même, sinon que son aile se replie & finit en cinq pointes, au-lieu que l'autre a l'aile presque lisse.

N°. 4. Cette Espèce ressemble à l'autre, mais ses avances sont moins longues, & de plus elle a l'aile moins ample & plus de boutons. Elle passe pour sa femelle.

N°. 5. Celle-ci, femelle de même, a moins de boutons, sa clavette a huit étages, & finit en pointe.

N°. 6. Cette Coquille ailée est des plus rares. Elle est à bandes, de couleur de rose; la plus large de ses bandes est hérissée de tubercules.

N°. 7 & 8. Celles-ci sont de même entourées de bandes, mais elles n'ont des boutons qu'à la clavicule, & non sur les bandes mêmes.

N°. 9 & 10. Deux autres Espèces, qui diffèrent des précedentes, tant par leurs tâches que par leurs boutons. On les dit mâles.

N°. 11. Autre Espèce, que cinq rangées de boutons semblent diviser par bandes. Elle est d'un roux foncé, tâchetée de noir, & a la lèvre courte & retroussée.

N°. 12——16. Celles-ci se distinguent par leur forme extraordinaire; soit que vous en consideriez, ou les boutons, les ailes & les petites côtes, ou bien les couleurs. Les unes sont roussâtres, bigarrées de tâches noires; d'autres entiérement rousses sans nulle variété de couleur. Plusieurs sont garnies d'une longue pointe, ce qui les fait nommer *Pugiles* ou *Indices*, par quelques-uns, & Coquilles *à bouche faite en oreille*, par d'autres.


N°. 17. On donne à cette Espèce le nom de chauve-souris épineuse, à cause de ses avances longues & aigues. Du reste elle a les ailes d'un pâle roux, & le dessus bleüâtre.


N°. 18——20. On les appelle communément Artemons entortillés. Nous en représentons ici deux, vus par dessus, & un troisième vu par dessous. La Coquille du N°. 19. est très-petite & rare. Elle est comme rayée de bandes brunes & blanches artistement travaillées, sa petite lèvre est retroussée.

N°. 21——27. Diverses espèces d'Artemons ou d'Épidromes sont ici représentées, les unes par dessus, les autres par dessous. Plusieurs d'entre elles sont diversifiées par lignes, & d'autres n'ont qu'une même couleur. Quelques-unes ont celle d'un jaune d'œuf: d'autres sont brunes, d'un roux pâle à l'ouverture de leur bouche, & jettent une lueur bleüâtre d'une beauté merveilleuse. Plusieurs sont très-rares & ne s'acquièrent que difficilement.

N°. 28

TAB. LXII.


N.° 47.
N.° 26.
N.° 42.
N.° 17.
N.° 38.
N.° 43.
N.° 16.
N.° 23.
N.° 44.
N.° 41.
N.° 32.
N.° 40.
N.° 39.
N.° 45.
N.° 31.
N.° 20.
N.° 37.
N.° 50.
N.° 25.
N.° 46.
N.° 24.
N.° 11.
N.° 35.
N.° 30.
N.° 15.
N.° 36.
N.° 22.
N.° 34.
N.° 33.
N.° 21.
N.° 9.
N.° 8.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 10.
N.° 12.
N.° 18.
N.° 19.
N.° 13.
N.° 48.
N.° 49.
N.° 5.
N.° 2.
N.° 4.
N.° 1.
N.° 27.
N.° 29.
N.° 14.
N.° 28.


TAB. LXIII.
N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 6.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 9.
N.° 10.

Num. 28 & 29. Epidromi hæc quoque ſpecies eſt, ob conformationem Gibba vocata. Multum vero convenit prioribus, at minor eſt, & craſſiore teſta. Lineis curvis, rufis, tanquam filis, exornatur; uti docet utriusque faciei conſpectus.

Num. 30. Lentiginoſa hæc audit. Lato craſſoque labio turgens, tuberculis ac nodulis obſeſſa, ex viridi, rufo & nigricante maculata, interna facie æqualis, lævis, colore flavo intenſo nitet. Supinam vero exhibemus, qua parte picturam venuſtiorem præ ſe fert. Macularum nonnullæ lentibus haud abſimiles ſunt.

Num. 31 & 32. Luhuanæ vulgo appellantur. Elegantiſſime autem pictæ & faſciatæ notam gerunt characteriſticam Alatarum, rimam videlicet rotundam ad labium, circa roſtrum. Teſta ſunt craſſa, dorſo æquali, colore albido, ſed maculis latis, helveolis, veluti in faſcias quasdam confluentibus. Intra aperturam oris id ſibi peculiare habent, quod circa labium ſplendide rubeant, quousque introrſum proſpicere licet, ad latera vero e regione nigricent, ex viridi & flavo fimbriatæ. Ad litora quæcunque fere inveniuntur.

Num. 33——37. Alatarum hæc peculiaris ſpecies eſt. Inter eas notari meretur præcipue, quæ capite eſt lato, ventre protinus in mucronem convergente, nec muricato, nec in labium excurrente, margine tenui, ſerrato, ac veluti effracto circa oſtium, maculis ceterum intenſe fuſcis variegata.

Num. 38——50. Plurimæ inſuper ſpecies diverſæ repræſentantur, quarum ſingulas ſeorſim hoc loco deſcribere non vacat. Nonnullæ Belgis *Samaar* vocantur. Conformatione multum differunt. Quædam veluti turritæ in acumen aſſurgunt, aliæ tuberoſæ, maculatæ, ſtriatæ, flammarum aut marmoris in modum variegatæ ſunt, digniſſimæ certe, quæ attente conſiderentur: pleræque ex rufo flavicant. Aliæ autem pronæ, aliæ ſupinæ exhibentur.

TABULA SEXAGESIMA ET TERTIA.

Sectio viceſima & ſexta.

Num. 1. *Alata lata.*

Hactenus de Alatis ad labia muricatis egimus. Proximæ his ſunt Alatæ non muricatæ, labiis lævibus, quarum ampliſſima eſt Alata lata dicta eo, quod labio valde expanſo, craſſo, ac anguloſo gaudet. Intus concava eſt; venter ex pallide fuſco ſtriatus; rufæ maculæ ſpiras ac labium pingunt.

Num. 2. Alia hæc ſpecies eſt prioris generis, venuſtiore pictura tam ad ventrem, quam ad ſpiras conſpicua. Labium gerit replicatum, elegantiſſime faſciatum. Intus lævis eſt & rufula, raroque occurrit.

Num. 3. Inuſitatæ formæ hoc ſpecimen eſt inter Alatas latas. Ejus ſpiræ labio non adnaſcuntur, ſed turris in modum aſſurgunt, quaternis tuberculorum ambitibus ornatæ. Mucro fuſcis, tenuibus, diſtinguitur ſtriis, quæ inde per ventrem, ſecundum longitudinem maculatum, & plurimis veluti Hebraicis ſignis pictum, decurrunt, eundemque in ſex quaſi areas partiuntur.

Num. 4. Priori ſimilis, minor, ſpiris in obtuſum apicem coëuntibus, octies circumvolutis. Labium aliquatenus faſtigio adhæret. Colore, quam prior, dilutiore eſt, ad luteum vergente.

Num. 5.

N°. 28 & 29. C'eſt auſſi une espèce d'Epidromes appellée la Boſſuë, à cauſe de ſa corformation. Elle reſſemble beaucoup aux précedentes, mais elle eſt plus petite & plus épaiſſe d'écaille. Elle eſt ornée de lignes ou de filets courbes, & de couleur rouſſes, ainſi qu'on peut le voir dans les figures, qui la repréſentent vue des deux côtés.

N°. 30. On donne à cette Espèce le nom de lentigineuſe. Sa lêvre eſt large & épaiſſe, elle eſt parſemée de boutons & de nœuds, tâchetée de verd, de roux & de noir. L'intérieur eſt égal, liſſe, brillant d'un jaune foncé. Nous en repréſentons la partie ſupérieure, qui eſt la plus joliment peinte: pluſieurs de ſes tâches reſſemblent aſſez à des lentilles.

N°. 31 & 32. Celles-ci ſe nomment vulgairement Luhuanes. Elles ſont joliment peintes & cerclées de bandes. Elles portent le caractère des Ailées, à ſavoir une ouverture ronde à la lêvre près du bec. Elles ont le dos uni, la coque épaiſſe, la couleur blanchâtre, mais parſemée de larges tâches d'un rouge clair, & ſi près les unes des autres, qu'elles forment comme des bandes. L'ouverture intérieure du bec a ceci de particulier, qu'elle eſt autour de la lêvre d'un rouge éclatant, auſſi loin que l'œil peut y voir, & que les côtes vis-à-vis ſont noirâtres, & frangés de verd & de jaune. On en trouve presque ſur tous les rivages.

N°. 33——37. Cette Espèce d'Ailées eſt particulière. Il faut ſur-tout remarquer celle qui a la tête large, & dont le ventre va vitement ſe terminer en pointe, ſans avances, ſans lêvre, le bord fin, en forme de ſcie, comme briſé près de l'ouverture, & qui du reſte eſt diverſifiée de tâches fort brunes.

N°. 38——50. Nous ajoutons ici les repréſentations de beaucoup d'autres Espèces différentes, dont il ſeroit trop long de donner des deſcriptions de chacune en particulier. Quelques-unes ſont appellées *Samaar* en Flamand. Leur conformation diffère beaucoup. Quelques-unes ont la forme d'une tour pointue: d'autres ſont hériſſées de tubercules, tâchetées, canelées, diverſifiées en guiſe de flammes ou de marbre; & méritent certes une attention ſingulière. La plupart ſont d'un roux jaunâtre. Les unes ſont repréſentées en deſſus & les autres en deſſous.

PLANCHE SOIXANTE-TROISIÈME.

Section vingt-ſixième.

N°. 1. *Ailée large.*

Juſqu'ici nous avons traité des coquilles ailées à lêvres armées de pointes. L'Analogie veut que nous expoſions maintenant les Ailées ſans avances, à lêvres liſſes, dont la plus grande eſt l'Ailée large, ainſi nommée à cauſe de ſa lêvre fort étendue, épaiſſe & angulaire. Son intérieur eſt concave, ſon ventre canelé d'un pâle brun; des taches rouſſes ornent ſes volutes & ſa lêvre.

N°. 2. Cette autre Espèce d'Ailée eſt du genre précedent, elle eſt mieux peinte, tant ſur le ventre qu'à ſa clavicule. Sa lêvre eſt retrouſſée, cerclée de très-belles-bandes. L'intérieur en eſt liſſe & rouſſâtre. On la trouve rarement.

N°. 3. Entre les Ailées larges celle-ci eſt extraordinaire par ſa forme. Ses volutes ne partent point de la lêvre, mais s'élèvent comme une tour compoſée de quatre étages de boſſettes. Sa pointe ſe diſtingue par des canelures legères & brunes, qui de là ſe répandent ſur le ventre, tâcheté ſelon ſa longueur & comme tout couvert de caractères hébraïques, & le partagent ainſi comme en ſix compartimens.

N°. 4. Cette Espèce eſt ſemblable à la précedente, mais plus petite. Sa volute, dont la pointe eſt émouſſée, fait huit tours. La lêvre eſt en quelque façon attachée au ſommet. Sa couleur, plus claire que celle de la précedente, tire ſur le jaune.

N°. 5.

Num. 5. Eadem ſubtus conſpicua, extremo in duos proceſſus abeunte.

Num. 6. Præ ceteris rara hæc ſpecies labium monſtrat minus late, quam in prioribus, excurrens, multis inſuper ornatum coſtulis. Pictura elegantiſſima eſt.

Num. 7. Vulgo Belgis *Voethoorn* audit. Triangularis eſt, multisque ad ſpiras tuberibus inæqualis, quæ ad labii usque extremitatem excurrentia pedum ſimilitudinem præ ſe ferunt.

Num. 8. Eadem ſpecies, ſupino ſitu ſpectanda, faſtigio aliter conformato a priore diſcrepat. Domiporta intus cæruleſcens labio lævi, albo, replicato, circumſcribitur.

Num. 9 & 10. Minor hæc ejusdem generis ſpecies, utraque facie conſpicua, tuberculis prorſus caret.

TABULA SEXAGESIMA ET QUARTA.

Sectio ſeptima & viceſima.

Quæ ſequuntur, tres tabulæ iſtarum rerum curioſis diverſa exhibent ſpecimina Cymbiorum mammillarium, quæ cum & colorum varietate & pictura ſingulari præcellant, attentionem omnino merentur. Inter ea quædam valde rara ſunt, vix unquam in muſeis viſa. Initium itaque faciat.

Num. 1. *Cymbium mammillare, Belgis* Tepelbak.

Iſtius generis hæc maxima eſt ſpecies. Catini nomen vulgariter obtinuit; quoniam indigenæ auſtralis partis Orientalium regionum iſtis cochlidibus vice catinorum aut patinarum utuntur, in quibus cibos ſuos & præparent & comedendos apponant. Quin & hauſtrorum loco ipſis ſunt, quorum ope aquam de naviculis & cymbulis ſuis exhauriunt. Diaphragmatis autem ſpirarum prius effractis cavum exæquant, ut iſtis uſibus magis accommodentur. Iſtæ quidem ſpiræ ſua latitudine dimidiam univerſæ cochleæ partem conſtituunt, ſuoque apice in nonnullis papillam uberis muliebris referunt: prout in hoc ſpecimine videre eſt. Præterea variis veluti auriculis extantibus ſtipantur. Color cochleæ fuſcus flavicantibus & cæruleis maculis diſtinguitur.

Num. 2. Aliquanto minor hæc ſpecies multum a priori diſcrepat, ſi conformationem ſpectes apicis; ut quem ſpinæ nonnullæ, tanquam ſolis radii, in ambitu coronant. Unicolor dilute fuſca eſt.

Num. 3. Cymbiorum non coronatorum maximas hoc ad ſpecies pertinet. Papilla ei lævis eſt, quam tres ambiunt ſpiræ. Ceterum & ſubfuſci eſt coloris oblongis aliquot maculis flaveſcentibus variegatum.

Num. 4. *Cymbium coronatum vulgare.*

Id ima facie hoc loco depictum ſiſtimus. Papilla eminens extantibus veluti denticulis, in modum regii diadematis, cingitur. Flaveſcente eſt colore extrinſecus, ex fuſco maculatum. Cavum catini, colore carnis rubello tinctum, politiſſima eſt ſuperficie, ut ſpeculi loco eſſe poſſit.

Num. 5. Cymbium exhibetur perquam rarum, ex flavo & fuſco elegantiſſime, in modum marmoris, variegatum. Papilla nitidiſſima nativam papillæ uberis muliebris formam exprimit, coronaque ambitur radiata.

Num. 6. Idem parte inferiore conſpicuum amplo patet ore, cujus interna ſuperficies politiſſima eſt & cinerei coloris. Foris itidem pictura, veluti marmoris verſicolor, fulguris radiorum ſimilitudinem habet.

Num. 7

N°. 5. La même repréſentée en deſſous, où ſon extremité ſe termine par deux avances.

N°. 6. Cette Espèce, la plus rare de toutes, a la lèvre moins large que celles qui précèdent, & de plus eſt parée de quantité de petites côtes. Sa peinture eſt des plus jolies.

N°. 7. Celle-ci ſe nomme vulgairement en hollandois *Voethoorn*. Elle eſt triangulaire & raboteuſe par nombre de boſſettes, qui s'étendent juſqu'à l'extremité du bord, en forme de pieds.

N°. 8. La même Espèce, repréſentée à la renverſe, diffère de la précedente par ſa pointe autrement conformée. Une lèvre unie, blanche & retrouſſée, borde ſon ouverture, qui eſt bleüâtre en dedans.

N°. 9 & 10. Cette Espèce plus petite du même genre, ſe voit des deux côtés, & n'a aucun nœud.

PLANCHE SOIXANTE-QUATRIÈME.

Section vingt-ſeptième.

Les trois planches ſuivantes montrent aux amateurs de ces ſortes de choſes, divers échantillons des Coquilles à mamelle, qu'on apelle en latin *Cymbium mammillare*. Elles ſe diſtinguent tant par la variété de leurs couleurs, que par la ſingularité de leurs ornemens, & méritent tout-à-fait notre attention. Il y en a parmi celles-ci de très-rares, qu'on n'a presque jamais vues dans nos cabinets. Ainſi je commence par la pièce ſuivante.

N°. 1. *Cymbie mamillaire, en Hollandois* Tepelbak.

Cette Espèce eſt en ſon genre la plus grande de toutes. On la nomme vulgairement Catinus, Ecuelle, à cauſe que les habitans de la partie méridionale des pays orientaux ſe ſervent de ces coquilles au-lieu d'écuelles pour apprêter & ſervir leur manger. Ils en font même des ſceaux pour vuider l'eau de leurs nacelles & canots. Pour les approprier davantage à ces uſages, ils en poliſſent le creux, après avoir auparavant briſé les parois des volutes. Ces volutes font par leur largeur la moitié de toute la coquille, & repréſentent par leur ſommet, dans pluſieurs, le bout du têton d'une femme, comme on peut le voir dans cet échantillon. Elles ſont de plus garnies comme de diverſes petites oreilles ſaillantes. La couleur de la coquille eſt d'un brun parſemé de tâches jaunâtres & bleuës.

N°. 2. Cette espèce tant ſoit peu plus petite, diffère beaucoup de la précedente, ſi l'on a égard à la conformation du ſommet, dont le contour eſt couronné de quelques pointes qui reſſemblent presque aux rayons du ſoleil. Elle eſt d'un clair brun, ſans aucun mélange.

N°. 3. Celle-ci eſt de la plus grande Espèce des Cymbies non couronnés. Elle a le bout du têton uni & entouré de trois ſpires. Du reſte ſa couleur eſt d'un fond tirant ſur le brun, diverſifié par quelques tâches oblongues & jaunâtres.


N°. 4. *Cymbie couronné vulgaire.*


Nous en repréſentons ici le côté d'enbas. Le bout du têton élevé paroit environné de petites dents ſaillantes, en forme d'une couronne royale. Cette Espèce eſt en dehors d'un fond jaunâtre, tâcheté de brun. Le creux de l'écuelle, teint d'une couleur vermeille de chair, eſt d'une ſurface ſi polie, qu'il peut ſervir de miroir.


N°. 5. Ce *Cymbium* eſt des plus rares, & diverſifié très-joliment de brun & de jaune, comme le marbre. Sa papille reſſemble parfaitement au bout du têton d'une femme, & ſe voit environné d'une couronne rayonnée.

N°. 6. Le même repréſenté par le bas, montre une ouverture fort large, dont la ſurface interne eſt très-polie & couleur de cendres. L'ornement du dehors, bigarré comme du marbre, fait voir quelque reſſemblance aux rayons d'un éclair.

N°. 7


N.° 10.
N.° 3.
N.° 2.
N.° 11.
N.° 9.
N.° 1.
N.° 4.
N.° 8.
N.° 6.
N.° 5.
N.° 7.


TAB. LXV.
N.° 6.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 1.
N.° 7.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 8.
N.° 9.
N.° 10.
N.° 11.
N.° 12.
F. Morellon la Cave del. et sculpsit.


N.° 8.
N.° 10.
N.° 9.
N.° 11.
N.° 12.
N.° 2.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 14.
N.° 13.
N.° 3.
N.° 1.
N.° 18.
N.° 15.
N.° 5.
N.° 4.
N.° 16.
N.° 17.
F.M.L. f.

Num. 7 & 8. Minutior hæc Cymbiorum Achatinorum ſpecies utraque facie ſpectanda ſiſtitur. Turbine gaudet non in papillam, ſed in cuſpidem exeunte. Pictura omni modo varia eſt.

Num. 9——11. Cymbiorum minorum, lævium, ſingularem hæc ſpeciem exhibent. Colore ſunt ex flavo cæruleſcente. Primum ſtriis flaventibus diſtinguitur. Alterum, cujus utraque facies repræſentatur, papilla eſt cæruleſcente, reliquo corpore fuſco, & nivis veluti flocculis ornato. Rictus huic intus politiſſimus eſt, carnei coloris, & nonnullis variegatus albidis maculis.

TABULA SEXAGESIMA ET QUINTA.

Sectio viceſima & octava.

Num. 1. Eximiæ magnitudinis Cymbium coronatum papillam exſerit lævem, quam circumſtantes coronant prælongi dentes. Faſciis duabus, latis, fuſcis, ambitur: ceterum vero ex ruſo fuſci, parte tamen dilutioris eſt coloris.

Num. 2. Hæc prona ejusdem facies eſt, qua os ample patens ac profunde excavatum ſimili fere colore nitet. Faſciæ ad ſpiras usque decurrunt.

Num. 3. En! Cymbium inſolitæ conformationis, cujus papilla admodum depreſſa vix conſpectui patet. Dorſum ejus ex fuſco, cæruleo, rubro, diverſimode ornatum, variis figuris ſpeculandi materiem præbet.

Num. 4. Perquam rarum Cymbium duplicata ornatum corona valde dentata, in cujus medio ingens papilla prominet. Faſcia lata, dilutioris coloris, ambit corpus cochleæ, quod ceterum ex fuſco ruſum eſt.

Num. 5. Obtuſior hæc Cymbii ſpecies eſt, coloris ex cæruleo cinerei. Papillam ejus, quæ ſat exigua eſt, quatuor ſpiræ ambiunt.

Num. 6. Eadem ſupina internam aperturæ ſuæ ſuperficiem exhibet ruſulam. Convexa ſuperior pars ſtriis dilutioribus diſtinguitur.

Num. 7. Ejusdem ſpeciei Cymbium hoc eſt, at brevius tumidiusque, & pulchro albarum, rubrarum ac fuſcarum ſtriarum macularumque ornatu conſpicuum.

Num. 8. Cymbium mammillare achatinum haud vulgare ſiſtit, cujus pictura ſingulari colorum mixtione ſplendet. Papilla introrſum reducta latet.

Num. 9. Aliud ejusdem ſpeciei, papilla tamen valde prominente. Corporis pictura conſpectum veluti ædium & turrium refert.

Num. 10. Cymbium coronatum exhibemus, cujus miram pulchritudinem mirentur harum rerum Amatores. Ima autem facie conſpicitur, qua duas præ ſe fert faſcias ex teſſellatis maculis conſtantes. Oris cavum læviſſimum carnis colore nitet.

Num. 11. Simile priori minus, cui faſcia lata, flaveſcens, aliquot ſtriis transverſalibus, ruſulis, diſtincta, per dorſum decurrit.

Num. 12. Cymbium mammillare coronatum, elegantiſſime maculis velut cordiformibus ornatum. Averſa facie binæ faſciæ, latæ, maculatæ, viſuntur.

TABULA SEXAGESIMA ET SEXTA.

Sectio Nona & viceſima.

Num. 1. Rariſſimum hoc eſt ſpecimen Cymbii mammillaris, duplici corona præditi, ora extima aper-

N°. 7 & 8. Nous repréſentons des deux côtés cette espèce de cymbies moindres d'agathe. Son ſommet au lieu de ſe terminer en bout de têton va en pointe. Sa peinture eſt variée en toute manière.

N°. 9——11. Ces cymbies moindres & liſſes ſont une espèce ſingulière. Ils ſont d'un jaune bleüatre. Le premier ſe diſtingue par ſes rayures jaunatres. L'autre, qu'on voit de deux côtés, a le tubercule bleüatre, le reſte du corps étant brun & orné comme de floccons de neige. Son ouverture eſt en dedans très polie, couleur de chair & diverſifiée par quelques taches blanchatres.

PLANCHE SOIXANTE-CINQUIÈME.

Section vingt-huitième.

N°. 1. Ce Cymbie couronné, diſtingué par ſa grandeur, montre un bout de têton uni, couronné de longues dents qui l'entourent. Deux bandes larges, brunes, l'environnent: mais du reſte, il eſt d'un brun roux & en partie d'une couleur plus claire.

N°. 2. Le même renverſé. On voit de ce coté une ouverture grande & profondément creuſe, à peu près d'une ſemblable couleur. Ses bandes s'étendent jusqu'aux contours.

N°. 3. Voici un Cymbie d'une conformation extraordinaire, & dont le têtin, extrémement applati, ne paroit presque point. Son dos, orné de brun, de bleu & de rouge en differentes manières, a des figures fort ſpeculatives.

N°. 4. Celui ci eſt très rare, orné d'une double couronne fort dentelée, au milieu de laquelle s'élève un gros têtin. Une bande large, d'une couleur plus claire, environne tout le corps de la coquille lequel, du reſte, eſt d'un brun-roux.

N°. 5. Cette espèce de cymbie eſt plus emouſſée, de couleur bleüe cendrée. Le têtin, qui eſt petit, ſe voit entouré de quatre volutes.

N°. 6. La même renverſée montre l'intérieur de ſon ouverture rouſſâtre. La partie ſupérieure convexe ſe diſtingue par ſes canelures qui ſont d'une couleur plus claire.

N°. 7. Celui ci eſt de la même espèce, mais plus court & plus gonflé. Il eſt remarquable par le bel ornement de ſes canelures & de ſes taches qui ſont blanches, rouges & brunes.

N°. 8. C'eſt un cymbie mamillaire d'agathe, qui n'eſt pas commun & dont l'ornement eſt relevé par un mêlange ſingulier de couleurs. Le têtin rentre en dedans & ne paroit pas.

N°. 9. En voici un de la même espèce, mais dont le têtin eſt fort élevé. Les ornemens du corps repréſentent des édifices & des tours.

N°. 10. Le cymbie couronné que nous repréſentons ici, merite par ſa beauté l'attention de tous les connoiſſeurs. On le voit en desſous, où il préſente deux bandes formées de taches comme de petits carreaux. Le creux de l'ouverture eſt des plus polis & couleur de chair.

N°. 11. Celui ci eſt ſemblable au precédent, mais plus petit. Une bande large, jaunatre, diverſifiée par quelques canelures transverſes & rouſſatres, parcourt le long du dos.

N°. 12. Cymbie mamillaire couronné, joliment orné de taches en forme de cœur. Etant regardé à la renverſe on y voit deux bandes larges tachetées.

PLANCHE SOIXANTE-SIXIÈME.

Section vingt-neuvième.

N°. 1. Cette ſorte de cymbies mamillaires eſt des plus rares. Ils

aperturæ contorta: quod admodum infrequenter occurrit. Superficies externa flaveſcens ex fuſco, marmoris in modum, variegata eſt: domiporta intus cinerea, læviſſima, nitidiſſima.

Num. 2. Aliud Cymbium coronatum, dilute flavi coloris, ex cæruleſcente & fuſco, nubium forma, maculatum.

Num. 3. Coronatum quoque exhibet Cymbium, haud minoris, quam præcedens, elegantiæ. Dentes coronæ alte exſurgunt. Pictura ſuperficiei adeo ſimilis eſt conchæ bivalvi, quæ nomen a Græcorum Alpha habet, ut jure videatur hoc quoque titulo inter Cymbia mammillaria diſtingui poſſe.

Num. 4. Corona caret, at ſingulari ratione multivariis ſtriis flavis & rufulis, quæ arbuſculas referunt, exornatur.

Num. 5. Cymbium lutei coloris, fuſcis quaſi coſtulis varium, corona quoque caret. Spiræ acuto margine in apicem usque papillæ ſeſe convolvunt.

Num. 6. Cymbium coronatum, maculoſum, venuſtiſſimum, cujus maculæ, in faſcias diſpoſitæ, corpus cochleæ ambiunt. Coloris eſt ex rufo lutei. Supinum exhibemus.

Num. 7. Iſtud Cymbium & duplici corona eminet, & inuſitata picturæ varietate, marmoris in modum, ex rufo & fuſco prænitet.

Num. 8. Itidem coronatum eſt, at forma non minus, quam pictura, a prioribus diverſum. Nimirum labio gaudet late repando, tribus maculis, flaveſcentibus, majusculis, variegato. Ejusmodi macula quoque dorſum diſtinguit, quod ceterum ex fuſco rufulum eſt.

Num. 9. Simile Cymbium, colore a præcedenti non diverſum, at picturæ tamen multum diſcrepantis: lata enim faſcia, transverſali obliqua, cingitur.

Num. 10. Ejusdem ſpeciei aliud marmoreis maculis, ad ſimilitudinem inſignium, venuſtiſſime exornatum, quod ea de cauſa merito Paludamentum dici poſſet.

Num. 11——18. Adjicimus denique varias Cymbiorum mammillarium ſpecies, prono ac ſupino ſitu, forma, coloribus, pictura, uti eximias, ita a prioribus multum diverſas.

TABULA SEXAGESIMA SEPTIMA.

Sectio triceſima.

Hac tabula ſiſtimus Cochlidum multivarias ſpecies, quæ Belgis Roſtra Suilla, alias & Veſpertiliones, audiunt. Ut conformatio exacte dignoſci queat, utraque facie conſpiciendas damus. Diſcrepant autem inter ſeſe plurimum, ſive picturæ ſpectes modum, ſive colores. Plurimæ rufi ſunt coloris, ſaturate fuſcis maculis, quaſi flammeis, diſtinctæ. Nonnullæ læves, aliæ faſciis muricatis aſperæ, quæ quidem minus frequenter occurrunt. Rumphius in ſuo Muſeo de hoc genere memorat, ab Amboinenſibus avide indagari, piſcemque intus habitantem, quod cartilagineæ ſit naturæ, magno cum oblectamento comedi; quantumvis haud raro aliquantum amareſcat. Boetuni quoque, ut idem ait, hanc cochlidem capiti ſuorum infantum ſupponunt, ad pavores clamoresque nocturnos avertendos: quo factum, ut ab iis etiam Droomhoorns, quaſi Cochleæ adverſus inſomnia, appellentur. Plura apud Rumphium videri poſſunt. Adjecimus, ne quid vacui ſpatii ſupereſſet, Cochleam, quæ a nonnullis quoque ad Veſpertiliones, ab aliis vero ad Ficus refertur, lit. a & b. ſuperne & inferne conſpiciendam: quin & tres alias ſpecies, quas nonnulli inter Caſſides numerant, quibus Belgæ nomen dederunt, getakte Beddetyk. lit. c. d & e notantur.

TABULA

Ils portent une double couronne; le bord extérieur de leur ouverture eſt tordu: ce qui ſe rencontre très rarement. Leur ſuperficie externe eſt d'un brun-jaunatre, tachetée comme le marbre. Son ouvertute en dedans eſt cendrée, très polie & très luiſante.

N°. 2. Autre Cymbie couronné, d'un clair-jaune, tacheté de bleü & de brun, en forme de nuages.

N°. 3. Celui-ci eſt un Cymbie, de même couronné, non moins joli que le précedent. Les dents de ſa couronne s'élèvent bien haut. L'ornement de ſa ſurface reſſemble ſi bien à la conque à deux ouvertures, qu'on nomme l'*Alpha grec*, qu'il ſemble qu'on peut à bon droit lui donner le même nom pour la diſtinguer des autres Cymbies.

N°. 4. Ce cymbie eſt ſans couronne, mais la grande variété de ſes canelures jaunes & rouſſes, ſemblables à des arbriſſeaux, lui donne un ornement ſingulier.

N°. 5. Cymbie a couleur jaune, diſtingué par de petites côtes brunettes, auſſi ſans couronne. Ses volutes, à bord aigu, ſe contournent jusqu'au ſommet du têtin.

N° 6. Cymbie couronné, tacheté, très beau, dont les tâches diſpoſées en bandes entourent le corps de la coquille. Il eſt d'un roux tirant ſur le jaune. Nous le repréſentons renverſé.

N°. 7. Celui-ci ſe diſtingue par ſa double couronne & par la variété extraordinaire de ſon ornement. Comme le marbre il eſt joliment peint de roux & de brun.

N°. 8. Ce Cymbie eſt auſſi couronné & ne diffère pas moins des précedens par ſa figure que par ſon ornement. Car il a le bord largement recourbé & diverſifié par trois grandes taches jaunatres; une ſemblable tâche diviſe le dos, qui du reſte eſt d'un brun roux.

N°. 9. Ce cymbie reſſemble au précedent. Il eſt de même couleur, mais ſes ornemens ſont fort différens, car il eſt entouré d'une large bande, obliquement transverſale.

N°. 10. Autre cymbie, de même espèce, orné extérieurement de tâches marbrées, à la manière des armes, qu'on pourroit par cette raiſon appeller, à bon droit, cotte d'armes.


N°. 11——18. Nous âjoutons enfin diverſes espèces de cymbies mamillaires, repréſentés dans leur ſituation droite & renverſée, & auſſi remarquables par leurs couleurs, leurs figures & leur ornement, qu'ils ſont différens de ceux qui precédent.


PLANCHE SOIXANTE-SEPTIÈME.

Section trentième.

Cette planche repréſente pluſieurs espèces différentes de coquilles, que les Flamans appellent grouins de porc & qu'on nomme autrement chauves-ſouris. Nous les montrons des deux côtés, afin qu'on en connoiſſe plus exactement la conformation. Elles diffèrent beaucoup l'une de l'autre, tant par le deſſein, que par les couleurs. La plupart ſont d'un fonds roux, tâcheté d'un brun foncé, en forme de flammes. Quelques unes ſont polies, d'autres ont des bandes heriſſées d'allonges; celles-ci ſe trouvent plus rarement. Rumphius dans ſon Cabinet dit, que les peuples d'Amboine recherchent avec avidité cette ſorte de coquille & mangent avec delices le poiſſon qu'elle contient, parce qu'il eſt d'une nature cartilagineuſe; encore qu'il ſoit ſouvent un peu amèr. Le même auteur ajoûte, que les Boëtuniens mettent cette coquille ſous la tête de leurs enfants, pour prévenir les frayeurs & les cris auxquels ils ſont ſujets pendant la nuit. De là vient qu'ils leur donnent auſſi le nom de *droomhoorns*, comme qui diroit, coquilles contre les rêves. On peut voir l'auteur même, qui s'étend là-deſſus davantage. Nous âjoûtons, pour ne pas laiſſer d'espace vuide, une coquille que quelques uns rapportent à la claſſe des chauves-ſouris & d'autres à celle des figues, qu'on repréſente en deſſus & en deſſous aux Lettres a & b: de même auſſi que trois autres espèces, que quelques-uns rangent parmi les caſques, & que les Flamands nomment *getakte beddetyk*; elles ſont indiquées par les lettres c, d & e.

PLANCHE


c
a
b
d
e



N.° 3.
N.° 2.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 8.
N.° 1.
N.° 7.
N.° 12.
N.° 13.
N.° 10.
N.° 11.
N.° 16.
N.° 18.
N.° 9.
N.° 19.
N.° 20.
N.° 14.
N.° 17.
N.° 15.
N.° 21.
N.° 22.
F. de Bakker delin. et sculp. 1736.

TABULA SEXAGESIMA ET OCTAVA.

Sectio vicesima & prima.

Num. 1. *Ficus.*

Aliis hæc cochlea etiam Cithara audit. Conformatio ejus singularis est: corpus globosum, ampullaceum, turbine planiore, parum extuberante, superne terminatur, infra conice, in modum Ficus, convergit: unde & nomen obtinuit. Ore hiat amplo, oblongo. Testa tenuis est, obscure cinerei coloris, neç resplendens, fere rugosa & inæquali superficie. Rarius hæc species occurrit.

Num. 2. *Alia ejusdem speciei.*

Planior huic vertex est, spiris sese introrsum recondentibus. Superficies itidem obscure cinereo colore perfusa mirabili inscriptarum figurarum apparatu distinguitur.

Num. 3. Ejusdem speciei alia vulgarior, vertice etiam valde depresso, simililique colore conspicua.

Num. 4. Ejusdem facies aversa.

Num. 5. Minor alia, maculis fuscis, minutis, similitudinem ovi Vanelli refert.

Num. 6. Priore minor hæc colore fusco saturatiore tincta maculis etiam distinguitur, verticemque depressum vix exserit.

Num. 7. *Rapa.*

Cochlis hæc valde rara conformationem Rapæ veluti præ se fert. Corpus ejus globosum est, vertex planus, rostrum breve, intortum. Universam superficiem costæ extantes fasciant. Color flavescens, alias & fuscus est.

Num. 8. *Eadem supina.*

Hoc situ patet costas aliquantum ultra extremitatem labii excurrere, & tam alte esse radicatas, ut etiam impressiones suas interna superficie spectandas præbeant.

Num. 9. Perdicis hæc nomen habet eximiæ atque inusitatæ pulchritudinis cochlea. Costis circulatur multum extantibus, quas tesserulæ distinguunt: subrubellus illis color est, his spadiceus: per intervalla costarum lineæ capillares rubellæ decurrunt.

Num. 10. Minor hæc species est, forma priori multum similis.

Num. 11. Eadem ima facie conspicienda.

Num. 12. Alia Perdicum species, superiore minor, elegantissimis quatuor fasciis, latis, tessellatis, cincta, quæ usque in verticem se effundunt: resupinatam hic damus.

Num. 13. Eadem prono situ.

Num. 14. *Perdix tessellata.*

Ore amplo patet hæc cochlis, & ventricosa per varias spiras subito in apicem acuminatum terminatur. Superficies ejus multiplici tessellarum apparatu picta pavimenti, quod vocant, Italici similitudinem exprimit.

Num. 15.

PLANCHE SOIXANTE-HUITIÈME.

Section trente & unième.

N°. 1. *La Figue.*

D'autres la nomment aussi harpe. Sa conformation est singulière. Elle a le corps rond, en forme d'une boule dont le sommet est applati, peu élevé: la partie inférieure se retrecit en forme de cone comme la figue, c'est de là qu'elle tire son nom. Son ouverture est large & allongée, sa coque mince, couleur de cendres foncée, sans éclat, d'une surface un peu ridée & inégale. Cette espèce se trouve rarement.

N°. 2. *Autre espèce de figues.*

Celle-ci a le sommet plus applati, dont les contours se cachent en dedans. Sa surface, qui est aussi d'un gris foncé, est remarquable par le merveilleux appareil des figures que la nature y a gravées.

N°. 3. Cette autre, de même espèce mais plus commune, a aussi le sommet fort applati & la même couleur.

N°. 4. La même représentée en dessous.

N°. 5. Autre plus petite, qui par ses petites tâches brunes ressemble à l'œuf d'un vaneau.

N°. 6. Celle-ci plus petite que la précedente, colorée d'un brun foncé, est aussi tâchetée & montre à peine son sommet applati.

N°. 7. *La Rave.*

Cette coquille, fort rare, a la figure d'une rave. Elle a le corps rond, le sommet plat, le bec court & entortillé. Toute sa surface est bandée de côtes saillantes. Sa couleur est jaunâtre & quelquefois brune.

N°. 8. *La même retournée.*

On voit dans cette situation, que les côtes passent tant soit peu l'extremité du bord & qu'elles s'enfoncent si profondement, qu'on en peut decouvrir les impressions, même au dedans de la coquille.

N°. 9. Cette coquille, qu'on nomme la perdrix, est d'une beauté extraordinaire. Elle est entourée de côtes fort saillantes de couleur rougeatre & entre-coupées de petits carreaux d'un bay-chatain: des lignes capillaires rougeatres parcourent les intervalles des côtes.

N°. 10. Cette espèce est plus petite, & ressemble beaucoup à la précedente par sa figure.

N°. 11. La même représentée en dessous.

N°. 12. Autre espèce de perdrix, plus petite que la précedente, entourée de quatre bandes fort jolies, larges, qui s'étendent jusqu'au sommet. Nous la montrons ici renversée.

N°. 13. La même redressée.

N°. 14. *La perdrix carrelée.*

Cette coquille a une grande ouverture, & étant fort enflée de ventre, elle fait differens contours & va se terminer subitement en pointe aigue. Sa surface tachetée d'une grande variété de carreaux ressemble à un pavé, qu'on nomme, à l'Italienne.

N°. 15.

Num. 15. Eadem ſubtus conſpicua labium monſtrat replicatum, ac veluti dentatum: explanata oris fimbria plurimis quaſi ocellis eſt interpuncta.

Num. 16. Vulgaris hæc Perdicis ſpecies plurimis faſciis cælatis exornata eſt, quarum aliæ maculas præ ſe ferunt Perdicum pennis pictura haud abſimiles, per univerſam cochleam ad turbinis usque extremitatem decurrentes; nonnullæ vero maculis carent.

Num. 17. Species Perdicis perrara, macularum expers, faſciis tantum ambitur profunde veluti inſculptis, quarum nonnullæ colore rufulo diſtinctæ inde a labio per univerſum cochleæ ventrem & turbinis ſpiras ad apicem usque ſe extendunt.

Num. 18. Perdix nodoſa quam rariſſima, ex rufo flaveſcens, tubercula dilutiore colore picta habet.

Num. 19. Ficus hæc maculata eſt, cujus teſta craſſior, quam ceterarum hujus generis, characteribus quaſi Hebraicis, fuſci coloris, exornatur.

Num. 20. Eadem reſupinata.

Num. 21. Species eadem minor, ex cinereo picta.

Num. 22. Eadem ſitu ſupino.

TABULA SEXAGESIMA ET NONA.

Sectio triceſima & ſecunda.

Magnus numerus omnis generis rariorum Cochlidum, quæ ad familiam Perdicum referuntur, hac tabula exhibetur, prout iis ob diverſitatem ſuam, raritatem ac magnitudinem, in muſeo noſtro locum dedimus. Nonnullæ maculoſæ ſunt, aliæ faſciatæ, quædam coſtis inſignes: omnes & ſingulæ ut aliquid ſibi peculiare habent, ita haud vulgari pulchritudine præcellunt. Quapropter icones earumdem proponere huic ſtudio addictis decrevimus, ut iſtius generis amplitudinem ac multiplices differentias cognoſcere poſſint mecumque Ter Optimum laudare, cui placuerit vel unius familiæ Conchyliorum tot tamque diverſas ſpecies homini ob oculos ponere, ut infinita Creatoris potentia ex admirabilibus ejus operibus undequaque eluceſceret.

TABULA SEPTUAGESIMA.

Sectio tertia & triceſima.

Num. 1—6. Quæ ſupererant, Perdicum quædam diſcrepantia a prioribus ſpecimina, prono ſupinoque ſitu, exhibentur.

Num. 7—9. Hæ Cochleæ vulgo apud noſtrates appellantur Bezoarticæ maculoſæ. Coloris ſunt flaveſcentis, quadratis diſtinctæ maculis fuſcis plus minus ſaturatis.

Sequitur porro in hac ipſa tabula ingens atque eximia collectio Volutarum, quibus Citharæ nomen impoſitum eſt; quum inſtrumenti muſici, quod Citharam Davidis appellamus, ſimilitudinem præ ſe ferat. Multimodis autem inter ſeſe diſcrepare ex iconibus liquet: aliæ majores, aliæ minores ſunt: pictura, ut omnibus perelegans, ita ſingulis tamen diverſa eſt, & alteri præ altera excellentior: nonnullæ latioribus, aliæ gracilioribus donatæ coſtulis: differunt & oſtii majore aut minore hiatu, & aliis inſuper multis.

TABULA

N°. 15. La même vuë en deſſous montre une levre repliée & comme dentelée. Le bord de ſon ouverture eſt applani, & parſemé d'un grand nombre de petites tâches en forme d'œillets.

N°. 16. La ſurface de cette espèce vulgaire de perdrix eſt ornée d'un grand nombre de bandes comme ciſelées, dont les unes ſont tâchetées à la façon des plumes de perdrix & font le tour de toute la coquille jusqu'à l'extremité du ſommet: d'autres n'ont aucune tâche.

N°. 17. Cette Espèce de coquille des plus rares, ſans aucune tâche, eſt ſeulement entourée de bandes qui ſemblent profondément gravées, dont quelques-unes de couleur rouſſatre ſe repandent du bord ſur toute la capacité de la coquille & s'étendent de là par les contours du ſommet jusqu'à la pointe.

N°. 18. Perdrix à nœud extremement rare, d'un roux jaunâtre; ſes boutons ſont d'une couleur moins foncée.

N°. 19. Cette figue eſt tâchetée. Sa coque plus épaiſſe que dans aucune du même genre, ſemble ornée de caractères hebreux, de couleur bruns.

N°. 20. La même renverſée.

N°. 21. La même espèce, couleur de cendres.

N°. 22. La même à la renverſe.

PLANCHE SOIXANTE-NEUVIÈME.

Section trente-deuxième.

Cette planche repréſente un grand nombre de coquilles les plus rares, en toute manière, qui appartiennent à la famille des perdrix. Elles ſont placées ici, comme nous les avons rangées dans nôtre cabinet, ſelon leur variété, leur rareté & leur grandeur. Les unes ſont tâchetées, d'autres ont des bandes, quelques-unes ſont remarquables par leur côtes. Comme toutes ſans exception ont quelque choſe de ſingulier, elles ſe diſtinguent auſſi par une beauté qui n'eſt pas vulgaire. De là nous avons reſolu d'en mettre les Eſtampes ſous les yeux des amateurs de cette ſorte d'étude, afin qu'ils ſoient en état de connoitre la vaſte étendue de ce genre, le grand nombre de ſes différences, & qu'ils ſoient animés par là à louër avec nous l'immenſe bonté du Createur, qui a bien voulu montrer aux yeux de l'homme, dans une ſeule famille de coquilles, tant d'espèces ſi différentes, afin que la puiſſance infinie de l'Ouvrier éclate de toutes parts dans ſes œuvres merveilleuſes.

PLANCHE SOIXANTE-ET DIXIÈME.


Section trente-troiſième.


N°. 1—6. Quelques pièces de perdrix, qui reſtoient & qui different des precédentes, ſont repréſentées par deſſus & par deſſous.


N°. 7—9. Ces coquilles ſe nomment ici vulgairement Bezoardiques tâchetées. Elles ſont de couleur jaunâtre, parſemées de taches quarrées, brunes, plus ou moins foncées.


S'enſuit dans cette même planche une très grande & très belle collection de volutes, auxquelles on a donné le nom de harpes, à cauſe de la reſſemblance qu'elles ont avec l'inſtrument de muſique nommé la harpe de David. On voit par les eſtampes qu'elles different entre elles en pluſieurs manières: les unes ſont plus grandes, les autres plus petites, & comme la peinture de leur ſurfaces eſt en général fort jolie, elle eſt pourtant differente dans chacune, & plus belle dans l'une que dans l'autre. Celles-ci ont les côtes plus larges, celles là plus minces: elles different auſſi par la fente plus grande ou plus petite de leur ouverture.

PLANCHE




N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.
N.° 6.


N.° 32.
N.° 10.
N.° 9.
N.° 7.
N.° 6.
N.° 8.
N.° 11.
N.° 12.
N.° 17.
N.° 18.
N.° 19.
N.° 20.
N.° 21.
N.° 22.
N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 15.
N.° 13.
N.° 14.
N.° 16.
N.° 23.
N.° 24.
N.° 25.
N.° 27.
N.° 28.
N.° 26.
N.° 29.
N.° 30.
N.° 31.
F. Morellon la Cave Sculp.


N.° 1.
N.° 3.
N.° 2.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 12.
N.° 9.
N.° 15.
N.° 13.
N.° 14.
N.° 10.
N.° 11.
N.° 21.
N.° 16.
N.° 17.
N.° 18.
N.° 20.
N.° 19.

TABULA SEPTUAGESIMA ET PRIMA.

Sectio quarta & tricesima.

Num. 1. Belgæ huic Cochleæ, quae admodum venusta & oppido rara est, nomen dederunt *Fransche Belhoorn.* Ex tenui apice multis convoluta spiris sensim intumescit, tandemque ultima spira, quæ maxima ac amplissima est, valde capacem format ventrem. Ex lacteo picta fuscis quasi flammis distinguitur. Spiræ tamen apicis rubello mali florum colore gaudent. Quod hoc loco exhibemus, specimen primæ magnitudinis est, & testa præditum suapte natura expolitissima ac tenuissima; ut ideo rarissime sine vitio inveniantur.

Num. 2 & 3. Ejusdem speciei aliud hic sistimus exemplum, prono ac supino situ, priore tamen minus, flammisque paulo aliter distinctum.

Num. 4 & 5. Hæc alia rursus ejusdem speciei varietas est, utraque facie conspicua, cujus maculæ strias potius, quam flammas, referunt.

Num. 6. Admodum singularem hanc Cochlidem huc quoque referimus; quanquam illi generi, cui Auris Midæ nomen, affinis est. Testa ejus itidem valde tenuis striis subtilibus per extimam superficiem variegatur.

Num. 7 & 8. Hæc vulgaria sunt istius familiæ specimina, qualia plerumque in museis occurrunt.

Num. 9 & 10. Duo alia minus vulgaria, quæ picturæ varietate a ceteris differunt.

Num. 11—16. Pertinent hæc omnia ad Cassides, quæ Bezoarticæ vocantur, griseo plerumque colore pictæ. Labio gaudent late exserto, fimbriato, tribus quatuorve acutis dentibus instructo, extremo posteriore in recurvum sinum late patentem abeunte. Ceterum maculis striisque tam longitudinalibus, quam transversalibus, ad ventrem variegantur. A quibusdam ad cochleas Achatinas referuntur, cum exterior cuticula lævigando detrita est. Prono ac supino situ comparent.

Num. 17—20. His nomen datum Laevarum Cochlearum, quia nonnullæ earum os a sinistra positum habent: quod tamen non perpetuum est: sunt enim, quibus & a dextra hiat ostium. Interim ob formæ similitudinem & hæ eodem nomine generico compellantur. Coloris sunt ex subfusco flavidi: labium replicatum rubet. Rarissima est, quæ Num. 17. depingitur, fascia alba secundum ductum spirarum circulata.

Num. 21 & 22. Auricula Midæ vulgo vocatur, eo quod oris apertura asininam aurem refert. Nec alia de ratione, tanquam rara, aestimatur. Forma non admodum elegans est; color lividus; oris fimbria in ambitu lævis.

Num. 23—32. Cochlearum Achatinarum varia hic exhibemus specimina, quæ ob singulares colorum, macularum, fasciarum, quibus ornantur, varietates Curiosis in pretio sunt. Utraque facie conspiciendas sisto. Nec vacat tamen singulas seorsim describere.

TABULA SEPTUAGESIMA ET SECUNDA.

Sectio tricesima & quinta.

Num. 1. Elegantissimus hic Urceus ad id genus cochlidum pertinet, quas Belgæ *Beddetykhoorn* vocant. Est autem perquam singularis; ut ideo inter rariora nostri musei haberi debeat. Diluta flavedine perfusus striis cærulescentibus distinguitur. Vertex veluti intropressus subsidit: quod plerisque id genus cochleis familiare.

Num. 2.

PLANCHE SOIXANTE ET ONZIÈME.

Section trente-sixième.

Les Flamands nomment cette coquille, qui est très belle & extremement rare, *Fransche Belhoorn.* D'une pointe mince elle grossit insensiblement, par plusieurs contours, dont le dernier, qui est très grand & très étendu, forme un fort gros ventre. Sa couleur de lait est nuancée de tâches brunes, en forme de flammes; mais les contours de la pointe ont la couleur rougeatre des fleurs de pommier. Celle que nous représentons ici est de la prémière grandeur & sa coque est naturellement très polie & très mince: de sorte qu'on la trouve rarement sans défaut.

N°. 2 & 3. Nous donnons ici une autre pièce de la même espèce dans sa situation droite & renversée, plus petite cependant que celle qui précede & un peu autrement tachetée de flammes.

N°. 4 & 5. Celle-ci est encore une autre variété de la même espèce, qu'on voit des deux côtés & dont les taches sont plutôt des canelures que des flammes.

N°. 6. Nous représentons de même ici cette coquille très singulière, quoi qu'elle ait assez d'affinité avec le genre auquel on donne le nom d'oreilles de Midas. Sa coque, aussi très mince, est peinte de lignes subtiles dans sa surface externe.

N°. 7 & 8. Ce sont ici des pièces vulgaires de la même famille, telles qu'on en voit souvent dans les cabinets.

N°. 9 & 10. Ces deux autres sont moins communes & différent des autres par la variété de leur peinture.

N°. 11—16. Toutes celles-ci appartiennent à l'espèce des Casques, qu'on nomme bezoardiques & qui d'ordinaire sont d'une couleur grise. Elles ont la lèvre largement étendue, frangée, garnie de trois ou quatre dents aigues, dont la postérieure va se perdre dans une échancrure recourbée très large. Du reste elles sont bigarrées sur le ventre par des taches & des lignes tant longitudinales que transverses. Quelques-uns les prennent pour des coquilles agatines, lorsque la peau extérieure de leur coque est usée par le frottement. On les représente droites & renversées.

N°. 17—20. Celles-ci sont nommées coquilles gauches, parce que quelques-unes ont la bouche placée à gauche, ce qui neantmoins n'est pas constant: car il y en a qui l'ont placée à droite. On peut cependant les ranger toutes sous ce même nom général à cause de la ressemblance de leurs figures. Elles sont d'un brun jaune & leur lèvre repliée est rougeatre. Celle qu'on représente N°. 12. est des plus rares, entourée d'une bande blanche le long de ses contours.

N°. 21 & 22. On la nomme communement Oreille de Midas, parce que l'ouverture de sa bouche ressemble à une oreille d'âne; on ne l'estime que pour cette raison, n'aïant au reste rien de fort beau dans sa figure. Sa couleur est livide, la frange de sa bouche est unie dans son contour.

N°. 23—32. Nous représentons ici diverses pièces de coquilles agatines qui sont d'un grand prix chez les curieux, par la variéte des couleurs, des taches & des bandes dont elles sont ornées. Je les montre des deux côtés; mais je ne m'arrête pas à donner séparément les descriptions de chacune d'elles.

PLANCHE SOIXANTE ET DOUZIÈME.

Section trente-cinquième.

N°. 1. Cette espèce de Pot, très jolie, appartient au genre des coquilles que les Flamands nomment *Beddetyk hoorn.* Comme elle est très singulière on la doit compter entre ce qu'il y a de plus rare dans notre cabinet. Sur un fond clair-jaune elle montre des raiüres bleu-atres. Le sommet s'abbaisse, comme pressé en dedans: ce qui est ordinaire à la plupart des coquilles de ce genre.

Num. 2. Ejusdem generis & hoc exemplum eſt perrarum, inſolitæ magnitudinis, muricatum. Color ejus cærulefcens ſpadiceis faſciis, juxta ductum ſpirarum ſeſe convolventibus, variegatur. Muricum ſeriem tæniola diſtinguit alba, inde ad verticem usque cum ſpiris excurrens.

Num. 3. Aliud ejus generis ſpecimen, ad modum panni, quo ad culcitras conficiendas uti ſolemus, lineatum: unde huic familiæ nomen impoſitum eſt. Muricibus quoque exornatur, & eximia magnitudine picturaque venuſta præ aliis ſeſe diſtinguit.

Num. 4——9. Ad idem genus hæc etiam referuntur. Admirabili omnia apparatu ex cæruleo faſciata ſunt: linearum tamen & faſciarum numero ac latitudine multum inter ſe diſcrepant.

Num. 10. Perquam rara hæc eſt cochlea Rudolphi dicta, ex fuſco variegata, pluribus faſciis, teſſellatis, conſpicua, quæ ſecundum ventris longitudinem usque in turbinis ſpiras ſe extendunt, ac nonnullis faſciolis transverſalibus interſecantur.

Num. 11——16. Plures aliæ ejusdem generis ſpecies, pronæ ſupinæque, exhibentur, ſingularem in modum pictæ, quas ideo in muſeo noſtro adſervamus.

Num. 17——21. His nomen eſt craſſis Caſſidibus aut Pileolis Polonicis, merenturque attente conſiderari ob elegantes colores, coſtas ac faſcias, quibus exornantur.

TABULA SEPTUAGESIMA ET TERTIA.

Sectio triceſima & ſexta.

Num. 1——20. En! vaſtam atque haud vulgarem ſane collectionem Caſſidum, quæ mirabili colorum ac picturæ varietate conſpicuæ, tuberibus obſitæ, faſciatæ, nomen, uti pleræque omnes cochleæ, a conformatione ſua obtinuerunt. Nonnulli easdem diſtinctionis cauſa Caſſides vocant majores, craſſas, late fimbriatas; quia labio patent latiore, utplurimum dilute rubro & valde lævi. Earum quædam ore gaudent griſeo, verſicolore, flammeis veluti maculis picto, plurimisque rugis introrſum vergentibus inæquali: aliquibus coſta ori adſtat, qua aliæ carent. Ceterum non vereor affirmare, vix unquam completiorem hujus generis collectionem comparuiſſe. Utraque autem facie ſiſtuntur.

Num. 21——26. Vocari conſueverunt cochleæ faſtigiatæ, maculoſæ. Pleræque, inſtar Mitræ dictæ papalis aurantiæ, maculis exornatæ ſunt; at fuſcis. Eſt autem perpulchra familia, cujus ſpecimina hic utraque facie exhibemus.

Num. 27 & 28. Proprie quidem ad Volutas hæc cochlea pertinet, adeoque ad tabulam XLV referri debuiſſet. Verum quia ſerius eam obtinuimus, viſum eſt, iconem ejus huic tabulæ extra ordinem inſerere; ne quis eamdem in hoc opere deſiderare poſſet. Vocatur autem Admiralis Indiarum Occidentalium ob faſcias iis ſimiles, quibus Admirales Orientales ſuperbiunt; quin & ob ornatum ſingularem, quo ſe diſtinguit. Super albo fundo faſcias gerit flavas, teſſellatas. Magnitudinis eſt eximiæ ac inuſitatæ.

Num. 29. Ne quid vacui ſupereſſet ſpatii, etiam ſuperaddita eſt hæc cochlea, quæ communiter Aſtacus femin a appellari ſolet. Elegantiſſime picta eſt, tuberibusque & faſciis decorata.

TABULA SEPTUAGESIMA ET QUARTA.

Sectio triceſima & ſeptima.

Num. 1. Inter cochleas margariticas hæc quidem maxima eſt, nomenque habet Nodoſæ majoris, ob multa,

N°. 2. Cette pièce appartient au même genre. Elle eſt très rare, d'une grandeur extraordinaire, & garnie d'allonges pointues. Sa couleur bleuâtre eſt bariolée de bandes baies qui ſe contournent le long des volutes. La ſuite de ſes allonges eſt accompagnée d'un filet blanc, qui s'étend de là le long des contours jusqu'au ſommet.

N°. 3. Voici une autre pièce du même genre, rayée à la manière du drap dont on a coutume de faire les matelas. C'eſt de là qu'on a tiré le nom de cette famille. Celle-ci eſt auſſi garnie de pointes & doit être préférée à pluſieurs autres par rapport à ſa grandeur & à la beauté de ſa peinture.

N°. 4——9. Celles-ci ſont auſſi du même genre, toutes revetues de bandes bleuës d'une manière admirable. On voit cependant une grande différence par rapport au nombre & à la largeur des bandes & des filets.

N°. 10. Celle-ci eſt nommée, coquille de Rodolphe, extremement rare, bigarrée de brun, remarquable par pluſieurs bandes carrelées, qui parcourent la longueur du ventre jusques dans les contours du ſommet & ſont entrecoupées de pluſieurs petites bandes transverſales.

N°. 11——16. On repréſente en deſſus & en deſſous pluſieurs espèces du même genre, peintes d'une façon ſingulière, c'eſt pourquoi nous les conſervons dans notre cabinet.

N°. 17——21. Ces coquilles ſe nomment Casques épais ou Bonnets de Pologne & meritent une attention ſingulière par la beauté de leurs couleurs & par les côtes & les bandes dont elles ſont ornées.

PLANCHE SOIXANTE ET TREIZIÈME.

Section Trente-ſixième.

N°. 1——20. Voici une collection vaſte & peu commune de Casques. Ils ſont remarquables par l'admirable variété de leurs couleurs & de leurs ornemens, couverts de boutons & entourés de bandes. Ils tirent leur nom de leur conformation, ainſi que la plûpart des coquilles. Quelques-uns pour les diſtinguer les nomment, Casques grands, épais, largement frangés, parce qu'ils ont une lévre large, ordinairement d'un clair-roux & fort polie. D'autres ont l'embouchure griſe, bigarrée, tachetée en forme de flammes & inégale par quantité de rides contournées en dedans. Il y en a qui montrent près de la bouche une côte qui ne ſe voit point aux autres. Du reſte je ne crains pas d'aſſurer, qu'on n'a presque jamais vu de collection plus complette en ce genre. On les repréſente des deux côtés.

N°. 21——26. L'uſage donne à celles-ci le nom de Coquilles pointues, tachetées. La pluparts ſont tachetées de la même manière que celles qu'on nomme Mitre du Pape à couleur d'orange, mais les taches ſont brunes. Au reſte cette famille eſt très belle & nous en donnons des repréſentations des deux côtés.

N°. 27 & 28. Il eſt vrai que cette coquille appartient à la claſſe des volutes & par conſéquent à la table XLV: mais parce que nous l'avons reçu trop tard, nous nous ſommes crû obligés d'en inſérer la figure dans cette planche hors de l'ordre, afin que les curieux ne la cherchent pas en vain dans cet ouvrage. On la nomme l'Amiral des indes occidentales, par la reſſemblance de ſes bandes à celles dont les Amiraux d'orient ſont parade, & même auſſi par la ſingularité des ornemens qui l'embelliſſent. Elle porte ſur un fonds blanc des bandes jaunes, carrelées & ſe ſignale par ſa grandeur extraordinaire.

N°. 29. Pour ne point laiſſer d'espace vuide, nous âjoutons encore cette coquille nommée communement Cancre de mer femelle. Elle eſt très joliment peinte, ornée de boutons & de bandes.

PLANCHE SOIXANTE ET QUATORZIÈME.

Section trente-ſeptième.

N°. 1. Cette coquille eſt la plus grande de toutes celles dont la

N.° 10. N.° 12. N.° 14. N.° 9. N.° 15. N.° 13. N.° 11.

N.° 29. N.° 19. N.° 16. N.° 17. N.° 20. N.° 18.


N.° 1.

N.° 7. N.° 5. N.° 6. N.° 8.

N.° 21. N.° 22.

N.° 3. N.° 27. N.° 2. N.° 28. N.° 4.

N.° 23. N.° 24. N.° 25. N.° 26.



A. van Ruysen Jun. delin. et Sculp.

P. Tanjé. fecit.

multa, quibus obsidetur, tubercula. Colore est virescente, flammis variegato. Rumphius hanc familiam inter Cochleas lunares refert; quia operculum, quod ori suo imponunt, valde crassum, Lunæ rotundam formam habet. Opercula ista nomine Umbilici marini pervulgata sunt.

Num, 2. Eadem subtus conspicua os suum margaritaceum visui offert.

Num. 3. Exhibemus singularem Cochleam nodosam, fasciatam, quæ ex viridi picta fasciis maculatis & flavescentibus tuberculis nitet.

Num. 4. Ejusdem speciei alia, sed nodis carens, saturato virore tincta, fasciis maculisque nigris distincta. Os quoque margariticum est.

Num. 5. Argentea hæc vocatur ob candidum splendorem, quo aperturæ interna superficies emicat. Elegantissime picta est, dorsumque variis coloribus, in modum marmoris, ornatum monstrat.

Num. 6. Hæc ejusdem speciei alia est, inusitati ornatus, apertura dentata, pulcherrima colorum varietate nitens.

Num. 7. Extimam cutim huic cochleæ detrahi curavi, ut pateat, non modo ad aperturam, sed per omnem ambitum margariticam esse.

Num. 8. Alia similis, sed major & ratione spirarum discrepans.

Num. 9. Os aureum appellatur, quia margaritica aperturæ superficies candentem velut auri splendorem evibrat: unde & aliis Fornax candens audit. Extrinsecus gyris aliquot dentatis, ex rufo fuscis, ambitur.

Num. 10 & 11. Ad eamdem speciem pertinent. Testa tamen longe crassior est, pluribusque spinis ac dentibus obsita. Prona & supina facies exhibetur.

Num. 12. Hæc alia species est cochlearum margariticarum, priore depressior, Turcarum Cidarin forma utcunque referens: unde & hoc nomen accepit. Fusco est colore, ex nigro, marmoris in modum, variegata.

Num. 13 & 14. Et hæ Cidares sunt, sed arte detritæ, itidem, ut prior, depressæ, virescentes ac eleganter marmoreæ.

Num. 15. Similis alia prorsus decorticata. Inde fasciæ minus distincte comparent. Tota superficies margaritica est, nisi qua spiræ inter se committuntur.

Num. 16. Cochlea nodosa, viridis, detrito cortice.

Num. 17——30. Si aliquot cochleas argenteas exceperis, ceteræ omnes, quæ his numeris exhibentur, Nassovicæ appellari solent. Eleganter, marmoris more, versicolores, venustis fasciis circulatæ, ex rufo, cæruleo, flavo & viridi resplendent. Earum quædam eo situ depicta est, ut operculum vel umbilicus marinus, quo apertura clauditur, distincte conspici possit.

TABULA SEPTUAGESIMA ET QUINTA.

Sectio tricesima & octava.

Hac tabula exhibeo plurimas diversi generis cochleas, artificis operam expertas, eo digestas ordine, ut in capsa mei armarii conspiciuntur; nonnullas tamen quoque ab arte intactas. Inter eas sunt Trochi, Belgis *Bagyne drollen;* Milites dicti virides & nigri; cochleæ nodosæ; Nassovienses; Fastigiatæ; Argenteæ; Pyramides, compluresque aliæ ad hoc genus pertinentes, quas seorsim singulas describere non vacat. Prono aliæ, aliæ supino situ comparent. Nonnullis extima modo cuticula detracta

la matière est perlée & se nomme la grande coquille à nœud par la quantité des boutons qui la couvrent. Elle est de couleur verdatre, bigarrée de flammes. Rumphius range cette famille parmi les coquilles lunaires, parce que le couvercle dont elle ferme son ouverture, étant fort épais, ressemble par sa figure ronde à la lune: ces sortes de couvercles sont nommés vulgairement nombrils de mer.

N°. 2. La même vuë en dessous montre sa bouche perlée.

N°. 3. Nous représentons une coquille à nœud, entourée de bandes. Elle est verdâtre & brille par ses bandes tachetées & ses boutons jaunâtres.

N°. 4. Cette autre de même espèce mais sans nœuds, teinte d'un verd foncé, ornée de bandes & de taches noires, a de même une bouche perlée.

N°. 5. Celle-ci se nomme l'Argentine, à cause de la candeur brillante dont la surface intérieure de son ouverture est enduite. Sa peinture est très jolie & son dos orné de différentes couleurs comme le marbre.

N°. 6. Cette autre est de la même espèce, mais d'une beauté extraordinaire. Son ouverture est dentelée. Elle brille par la belle bigarrure de ses couleurs.

N°. 7. J'ai fait raser la croute extérieure de cette coquille, afin de montrer clairement qu'elle est perlée, non seulement à son ouverture, mais encore par tout son contour.

N°. 8. Autre semblable, mais plus grande & qui diffère par ses contours.

N°. 9. Cette coquille se nomme la bouche d'or, parce que la surface perlée de son ouverture est d'un rouge de feu qui ressemble presqu'à l'or. De là d'autres lui donnent le nom de fournaise ardente. En dehors elle est environnée de quelques contours dentelés, d'un brun-roux.

N°. 10 & 11. Celles-ci sont de la même espèce, mais leur coque est beaucoup plus épaisse & environnée d'un plus grand nombre de dents & d'épines. On la représente en dessous.

N°. 12. Celle-ci est une autre espèce de coquilles perlées, plus applatie que la précédente: sa figure est, à peu près, celle d'un Turban turc & c'est de là qu'elle en porte le nom. Sa couleur est d'un brun-noir bigarré comme le marbre.

N°. 13. Celles-ci sont aussi des turbans turcs, applaties comme la précédente, verdatres & joliment marbrées. On leur a ôté la peau par le frottement.

N°. 15. Cette autre de la même espèce est tout-à-fait écorcée. De là ses bandes paroissent moins distinctement. Toute sa surface est perlée, excepté l'endroit où les contours sont collés ensemble.

N°. 16. Coquille à nœud, verde, écorcée.

N°. 17——30. Si vous exceptés quelques coquilles argentines, toutes les autres que ces nombres représentent, se nomment ordinairement coquilles de Nassau. Joliment bigarrées comme le marbre, carrelées de belles bandes, elles brillent d'un bleu roux & d'un jaune-verd. Quelques-unes d'entre-elles sont représentées dans une situation propre à montrer distinctement le couvercle ou le nombril marin, qui en ferme l'ouverture.

PLANCHE SOIXANTE ET QUINZIÈME.

Section trente-huitième.

Je représente dans cette planche un grand nombre de coquilles de divers genres, qui ont passé par les mains de l'ouvrier, rangées dans le même ordre qu'on les voit dans le tiroir de mon Armoire & dont cependant quelques-unes n'ont nullement été travaillées. On y voit des sabots, en flamand *Bagyne-drollen*, des soldats verds & noirs; des coquilles à nœud; des nassaviennes; des pointuës; des

cta eſt, ut materies margaritica in conſpectum prodeat: aliæ torno in modum ſcalæ cochlidis efforatæ: aliæ porro, detracto tantum per ſpiras cortice, extrinſecus circumvolutam cochlidem repræſentant, ſpectaculo perquam amœno.

TABULA SEXTA ET SEPTUAGESIMA.

Sectio undequadrageſima.

Cochlearum, quas numeroſas hac tabula repræſentamus, genus Belgis dicitur *Klipklevers*, quaſi ſcopulis adhærens; quia plerumque ſcopulis adfixæ inveniuntur. Multis autem inter ſe diſtinguuntur nominibus, partim a picturæ, quam præ ſe ferunt, diverſitate petitis. Inde Tigrinae, Capenſes a promontorio bonæ ſpei, Argi vel Oculeæ, Argi faſciati, Porcellanæ, Salitæ, Teſtudinariæ, &c. habentur. Earum quædam decorticata cyaneo colore nitet. Ceteræ ex ruffo fuſcæ albis fuſciſve punctis, flammis, lineis, conſpicuæ ſunt. Utraque autem facie exhibentur.

TABULA SEPTIMA ET SEPTUAGESIMA.

Sectio quadrageſima.

Tranſeo nunc ad genus Cochlearum muricatarum, quæ quidem ob multiplicem ſuorum muricum & rectorum, & intortorum, diverſitatem animadverſione quam digniſſimæ ſunt. Primo autem loco agemus de Muricibus frondoſis, interque hos ceteris anteponemus id genus, cui nomen iſtud quaſi per excellentiam impoſitum eſt.

Num. 1. Elegantiſſimum hoc ſpecimen Muricis frondoſi, ſpadicei, proceſſibus admodum longis donati, murices protendit vel digitum longos, quorum radices, coſtarum more, per dorſum extuberant. Rariſſime teſtas hujus generis invenire datur prorſus illæſas; quia muricum apices tantopere protenſi, ad ſcopulos alliſi, facile franguntur.

Num. 2 & 3. Hujus apophyſes, quam prioris, breviores ſunt, ſed univerſa ſuperficies innumeris tuberibus ac prominentiis horret, nigriſque faſciis diſtinguitur, elegantiſſima ceterum colorum mixtura nitens. Superne & inferne repræſentatur.

Num. 4——6. Muricum criſporum aliæ quædam ſpecies, quarum proceſſus & magnitudine & concinnitate prioribus cedunt. Diſcrepant etiam colore.

Num. 7 & 8. Binæ aliæ varietates ob formæ diſcrepantiam adjectæ ſunt.

Num. 9 & 10. Hiſce longe ſaturatior color eſt, quam prioribus. Ramoſi proceſſus nigricant: quapropter *Brandaris* nomen acceperunt, tanquam ſi diceres Muricem aduſtum. Prona & ſupina facies exhibetur.

Num. 11 & 12. Major his longitudo eſt: unde oblongi vocantur. Ceterum & colore nigro, dilutiore tamen, quam præcedentes, veluti aduſtos ſe monſtrant.

Num. 13——16. Horum proceſſus admodum producti ſunt; ut ideo Cornua cervina appellentur ob qualemcunque ſimilitudinem. Corpus tamen Cochleæ ſemper pro ratione ramorum minus eſt, quam in Muricibus ſuperioribus.

TABULA

des Argentées, des pyramides & pluſieurs autres du même genre que le temps ne nous permet pas de décrire chacune à part. Les unes ſont repréſentées en deſſus, les autres en deſſous. Quelques-unes ont ſeulement été dépouillées d'une ſurpeau mince, afin que la matière perlée paroiſſe à la vûe: d'autres ſont percées au tour en forme d'eſcalier à-vis. D'autres encore, depouillées ſeulement de leur écorce ſur les contours, ſe voyent extérieurement quaſi entourées d'un eſcalier à-vis. Tout cela donne un ſpectacle des plus agreables.

PLANCHE SOIXANTE ET SEIZIÈME.

Section trente-neuvième.

Le genre de coquilles que nous repréſentons en très grand nombre dans cette planche, ſe nomme en flamand *Klipklevers*, comme qui diroit attachées aux rochers, parce qu'on les y trouve attachées. Elles ſe diſtinguent l'une de l'autre par pluſieurs noms tirés en partie de la variété des ornemens dont elles ſe parent. De là les tigrées, celles du Cap, dont le nom eſt pris du Cap de bonne eſpérance, les Argus ou pleines d'œuil, les Argus à bandes, les porcelaines, les ſalées, les tortueuſes &c. Quelques-unes d'entre elles, étant écorcées brillent d'un bleüe azuré. Le reſte eſt d'un brun-roux couvert de points blancs ou bruns, de flammes & de raïures. On les repréſente de deux côtés.

PLANCHE SOIXANTE ET DIX-SEPTIÈME.

Section quarantième.

Je paſſe maintenant au genre des Murex, qui par le grand nombre & la diverſité de leurs avances tant droites que recourbées, ſont très dignes d'attention. Nous traiterons en premier lieu des Murex à avances friſées, & nous placerons à la tête des autres ceux auxquels on a donné ce nom par excellence.

N°. 1. Cette espèce très jolie de Murex friſés, de couleur baichatain, montre des avances très alongées, même de la longueur d'un doigt, dont les racines rehauſſent la ſurface du dos, à la manière des côtes. Il eſt très rare de trouver ces coquilles entières; parce que leurs avances extremement étendues, en choquant leurs pointes contre les rochers, ſe briſent facilement.

N°. 2 & 3. Celle-ci a les avances plus courtes que la précédente; mais toute ſa ſurface eſt heriſſée d'une quantité innombrable de boutons & d'inégalités & ſe diſtingue par des bandes noires. Elle brille, du reſte, par un mêlange de fort jolies couleurs. Nous la repréſentons en deſſus & en deſſous.

N°. 4——6. Autres eſpèces de Murex friſés, dont les avances n'ont ni la même grandeur, ni la même beauté que les précédentes. Elles en différent auſſi par la couleur.


N°. 7 & 8. Voici deux autres variétés, que nous âjoutons à cauſe de la différence des figures.

N°. 9 & 10. Celles-ci ſont d'une couleur plus foncée que les précédentes. Leurs avances branchues ſont noiratres. C'eſt de là qu'on les nomme *Brandaris*, comme qui diroit Murex brûlé. On les voit en deſſus & en deſſous.

N°. 11 & 12. Ces eſpèces ſont plus allongées de corps: c'eſt de là qu'elles s'appellent oblongues. Au reſte leur couleur eſt auſſi noire, comme brulée, mais plus claire que celle des précédentes.

N°. 13——16. Ces coquilles ont les avances extrémement allongées. C'eſt pourquoi on les nomme bois de cerfs par une eſpèce de reſſemblance aux cornes de ces animaux: cependant le corps de la coquille eſt, à l'égard de ſes rameaux, toujours plus petit que celui des Murex repréſentés ci-deſſus.

PLANCHE



N.° 13.
N.° 14.
N.° 15.
N.° 16.
N.° 3.
N.° 9.
N.° 10.
N.° 2.
N.° 11.
N.° 12.
N.° 1.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
A. Vanderlaan fec.


N.° 9. N.° 7. N.° 8.

N.° 3. N.° 2. N.° 4.

N.° 10. N.° 11.

N.° 5. N.° 1. N.° 6.


A. Vander Laan fec



TABULA SEPTUAGESIMA ET OCTAVA.

Sectio quadragesima & prima.

Num. 1 & 2. Ejus generis, quod ab Aranea nomen habet, ſpecimen hic exhibeo duplicata ſpinarum ſerie conſpicuum, ac inſolitæ magnitudinis, cui par aliud rariſſime invenitur. Corpore eſt exiguo, ſi ſpinas valde exporrectas ac nonnihil aduncas conſideres. Utraque facie depictum eſt.

Num. 3. Simile aliud, minus tamen, at ceterum a priore non diſcrepans. Dilute flavi utrumque coloris eſt.

Num. 4. Cochlis Aranea ſimplex, cujus ſpinæ longe, quam priorum, craſſiores ſunt.

Num. 5 & 6. Duæ cochleæ, altera prona, altera ſupina, quæ capitula Gallinaginis aut & hauſtella vocari ſolent. Ex ruffo pictæ ac ſtriatæ ſunt.

Num. 7 & 8. Ficus duæ muricatæ, corpore oblongo, ceterum ſtriis diſtinctæ, ſpiniſque fuſcis, multum productis, obſitæ. Brevioribus tamen gaudet, quæ ad num. 8. habetur, eademque inſuper conformatione etiam ab altera diſcrepat.

Num. 9. Rapum ſpinoſum, coloris velut carnei, cui corpus breve ſpinis longum porrectis horret. Ob qualemcunque ſimilitudinem Rapa vocantur.

Num. 10 & 11. Species ejuſdem generis alia, roſtro longe breviori, corpore inter roſtrum & verticem magis compreſſo. Colore non admodum differt a priore. Pronam & ſupinam ſiſtimus.

TABULA NONA ET SEPTUAGESIMA.

Sectio quadrageſima & ſecunda.

Hæc tabula propemodum univerſum Fuſi genus Gallicasque hujus ſpecies, æque ac alias, complectitur. Medium tenet Fuſus magnitudinis inuſitatæ, ex rufo pictus, per ſpiras tuberoſus. Fuſi Gallici fere albent; dum alii plerumque rufuli ſunt, alii etiam ſpadicei, hique magis compreſſo corpore, ac tuberculis altius aſſurgentibus. Nonnullis, qui ſuis ſeſe maculis nigris diſtinguunt, Turris Babylonicæ nomen datum eſt. Alii vocantur Symbola veſtiaria ob multiplices colores ac faſcias, quibus ornantur. Adjecimus aliquos, qui cum fuſco & fere nigricante ſint colore, Aethiopes audiunt, ab aliis tamen & inter Fuſos numerantur: albis hi atque luteis faſciis nitent. Quidam iſtorum Fuſorum teſta gaudent craſſa, alii & præcipue, qui Gallici dicuntur, tenuiore: hi quoque coſtis diſtinguuntur & roſtrum porrigunt valde longum, tubulatum inſtar fiſtulæ tabacariæ. Pleraque iſtorum ſpeciminum ſuperne ac inferne conſpicienda exhibentur.

TABULA OCTOGESIMA.

Sectio tertia & quadrageſima.

Venuſtiſſimam hac tabula ſiſtimus collectionem cochlidum, quas Aethiopes vocant, diverſæ magnitudinis. Pleræque faſciatæ ſunt. Nonnullæ rariſſime occurrunt, quas quidem ab aliis haud difficile eſt diſcernere; quum flammis veluti pictæ, aut ſingularem in modum faſciis exornatæ ſint. Utplurimum ſaturate fuſci ſunt coloris, qui & in dorſo ſaturatior cernitur. Imam faciem aliquibus exemplis quo-

PLANCHE SOIXANTE ET DIX-HUITIÈME.

Section quarante & unième.

N°. 1 & 2. Je donne ici un échantillon du genre de Coquilles connues ſous le nom d'Araignées. Il eſt d'une grandeur extraordinaire & garni d'une double rangée d'épines. J'oſe dire, qu'on en trouvera très rarement un pareil. Son corps eſt petit, comparé à ſes épines qui ſont fort allongées & tant ſoit peu crochuës. Il eſt repréſenté des deux côtés.

N°. 3. En voici un autre qui ne différe du précédent qu'en ce qu'il eſt plus petit. Tous deux ſont de couleur jaunâtre.

N°. 4. Coquille araignée ſimple, dont les épines ſont beaucoup plus groſſes que celles des précédentes.

N°. 5 & 6. Deux coquilles, l'une vue par deſſous & l'autre par deſſus, nommées Tête de bécaſſes ou Vaſe à puiſer, *hauſtellum* en latin. Elles ſont rouſſatres & canelées.

N°. 7 & 8. Deux Figues épineuſes, dont le corps eſt oblong, canelé & garni d'épines brunes fort allongées. Celle du N°. 8. les a cependant plus courtes & diffère auſſi de l'autre par ſa figure.

N°. 9. Radis épineuſe, couleur de chair, dont le corps court eſt hériſſé d'épines allongées. Une espèce de reſſemblance avec la Rave lui a fait donner le nom qu'elle porte.

N°. 10 & 11. Autre espèce du même genre, dont le bec eſt beaucoup plus court & le corps plus ramaſſé entre le bec & le ſommet. Elle diffère peu de l'autre en couleur. Nous la repréſentons en deſſus & en deſſous.

PLANCHE SOIXANTE ET DIX-NEUVIÈME.

Section quarante-deuxième.

Cette planche repréſente à-peu-près tout le genre des Fuſeaux & ſes espèces tant françoiſes qu'autres. On voit dans le milieu un fuſeau de grandeur extraordinaire, roux, couvert de boutons ſur ſes contours. Les fuſeaux de france ſont blanchatres & les autres tirent ordinairement ſur le roux; d'autres auſſi ſont couleur de Maron & ceux-ci ont le corps plus ramaſſé & les boutons plus haut élevés. Quelques-uns qui ſe diſtinguent par des taches noires ſont nommés Tours de Babel, D'autres Tapis ou Robes, à cauſe de la multiplicité des couleurs & des bandes dont ils ſont ornés. Nous avons mis ici quelques uns de ces coquillages que leur couleur brune & presque noire fait nommer Aethiopiens & que d'autres néanmoins comptent parmi les fuſeaux: ils brillent par leurs bandes blanches & jaunâtres. Quelques-uns de ces fuſeaux ont la coquille épaiſſe; d'autres, principalement ceux qu'on nomme françois, l'ont plus mince: ceux-ci ſe diſtinguent auſſi par leurs côtes & par leur bec fort allongé en forme de tuyau, comme une pipe à fumer. La plupart de ces coquillages ſont repréſentés ici pour être vus par deſſus & par deſſous.

PLANCHE QUATRE-VINGTIÈME.

Section quarante-troiſième.

Nous repréſentons dans cette planche une très belle collection de coquilles nommées Aethiopiennes, de diverſes grandeurs. Elles ſont

quoque conſpiciendam damus: quin & cancellum, cui teſta hæc pro domicilio eſt, videre licet.

TABULA OCTOGESIMA ET PRIMA.

Sectio quarta & quadrageſima.

En! primæ magnitudinis Buccina Tritonis. Teſta conſtant valde craſſa. Spiræ veluti ſuturis inter ſe committuntur. Labio plerumque lato, craſſo, intus magnis dentibus conſito, gaudent. Corpus ſpadiceis maculis, propemodum ut plumæ perdicum, diſtinguitur. Et hæc quidem ſpecies ex Indiis orientalibus adfertur. Cetera minora, cærulea, ex America veniunt, nec prioribus picturæ elegantia cedunt. Utraque facie exhibentur.

TABULA OCTOGESIMA ET SECUNDA.

Sectio quadrageſima & quinta.

Contulimus in hanc tabulam omnes ſpecies cochlidum, quæ Belgis Aſtaci vocantur, Latinis Harpagones. Dividuntur autem primo loco in ſic dictos Ungues diaboli, qui plerumque magnitudine eminent, & ex fuſco maculati ſeptem exſerunt murices incurvos, uncis ſimiles: hi murices cum graciliores ſunt & clauſo canaliculo, cochlea mas dicitur: femina, ubi breviores, latiores, patulum quaſi canalem monſtrant. Deinde in Aſtacos vulgares, qui ſex tantum murices emittunt, ceterum vero ratione formæ, colorum ac picturæ, prioribus ſatis ſimiles ſunt. Tertio in Aſtacos nodoſos ſive Podagricos, quo nomine a reliquis diſcernuntur, quia murices habent valde aduncos, nodisque inæquales, hinc ſimiles digitis hominum, qui Podagra nodoſa laborant. Aliis & Scorpii audiunt. Ceterum & hi, more priorum, maculis verſicolores ſunt. Inveniuntur tamen quandoque, ſed rariſſime, nonnulla ſpecimina iſtius familiæ unicoloria.

Aſtacum feminam, quæ itidem ad hoc genus pertinet, ante jam exhibuimus, uti videre eſt Tab. LXXIII. num. 29.

TABULA OCTUAGESIMA ET TERTIA.

Sectio quadrageſima & ſexta.

Num. 1 & 2. Belgæ has Cochleas vocant *Stompjes* quaſi retuſas. Rufis maculis perpulchre variegatae, tenuibusque lineis faſciatæ ſunt.

Num. 3 & 4. Hanc cochleam noſtra quoque litora frequenter offerunt. Litorum cuſtodibus Buccinum audit. Balanis obſeſſam monſtrat ſuperficiem, qui & ipſi variis vermiculorum tubulis conſiti ſunt. Balani ex cæruleo rufi ſunt coloris. Cochlea ipſa ex carneo flaveſcit; oris tamen interiora ad fuſcum vergunt. Superne ac inferne conſpicienda datur.

Num. 5 & 6. Eadem ſpecies, a priore non diſcrepans, niſi quod adnatis Balanis careat. Supino quoque & prono ſitu habetur.

Num. 7. Similis alia, ſed ſingularem in modum picta, raro reperiunda.

Num. 8

ſont la plupart entourées de bandes. Quelques unes ſe trouvent très rarement & il n'eſt pas difficile de les diſtinguer des autres; puis qu'elles ſont ou teintes de flammes ou ornées de bandes d'une façon ſingulière. Elles ſont le plus ſouvent d'une couleur brune foncée, qui l'eſt encore plus ſur le dos. Nous en montrons quelques-unes en deſſous; on peut même voir dans une le petit crabe qui y fait ſont domicile.

PLANCHE QUATRE-VINGT ET UNIÈME.

Section quarante-quatrième.

Voici des Buccins de la première grandeur. Leur coque eſt très épaiſſe. Les contours ſont joints enſemble comme par des futures. Leur lèvre eſt ordinairement large, groſſe, garnie en dedans de grandes dents. Le corps eſt bigarré de taches couleur de maron, à-peu-près comme les plumes des perdrix. Cette eſpèce vient des Indes orientales; toutes les autres qui ſont plus petites & bleües ſont apportées de l'Amerique & ne le cedent en rien aux précédentes pour la beauté de la peinture. On les voit des deux côtés.

PLANCHE QUATRE-VINGT-DEUXIÈME.

Section quarante-cinquième.

Nous rapportons dans cette planche toutes les espèces de coquilles que les flamans nomment *Aſtaci* & les latins *Harpagones.* La première eſpèce comprend celles qu'on nomme Ongles de diables; pour l'ordinaire elles ſurpaſſent les autres en grandeur & ſont tachetées de brun: elles pouſſent en dehors ſept avances recourbées, comme des crocs. La coquille ſe nomme mâle, ſi ces avances ſont plus minces & ont leur tuiau fermé, & femelle ſi, étant plus courtes & plus larges, elles montrent leur canal en quelque manière ouvert. La ſeconde eſpèce contient celles qu'on nomme Crabes communs, qui pouſſent en dehors ſeulement ſix avances, mais qui du reſte par leur figure, leurs couleurs & leur ornement reſſemblent aſſez aux précédentes. La troiſième espèce eſt compoſée des Crabes à nœuds ou goutteux, nom qui les diſtingue de tous les autres, parce qu'ils ont des avances fort crochues, inegales par leurs nœuds, qui les font reſſembler à des doigts noués par la goute. D'autres les appellent Scorpions. Au reſte ceux-ci comme les autres ſont bigarrés de taches. On en trouve cependant quelquefois mais très rarement de cette espèce qui ſont d'une ſeule couleur.

Nous avons déjà repréſenté le Crabe femelle qui appartient encore au même genre, comme on peut le voir à la planche LXXIII N°. 29.

PLANCHE QUATRE-VINGT-TROISIÈME.

Section quarante-ſixième.


N°. 1 & 2. Ces coquilles ſe nomment en flamand *ſtompjes* ou émouſſées. Elles ſont très joliment bigarrées de taches rouges & cerclées de bandes minces.


N°. 3 & 4. On trouve ſouvent cette coquille ſur nos rives & les garde-côtes la nomment Buccin; ſa ſurface eſt chargée de glands de mer, qui ſont eux-mêmes parſemés de divers petits tuiaux de vermiſſeaux; ces glands ſont d'un bleue tirant ſur le roux. Le corps de la coquille eſt couleur de chair jaunâtre; cependant l'intérieur de ſon ouverture tire ſur le brun. On là repréſente en deſſus & en deſſous.


N°. 5 & 6. La même espèce, qui ne diffère de la précédente qu'en ce qu'elle n'eſt chargée d'aucun gland. On la voit de même en deſſus & en deſſous.


N°. 7. Autre coquille ſemblable, mais ſingulière dans ſa peinture; elle ſe trouve rarement.

N°. 8.


P. Tanjé fecit.


F. de Bakker delin. et fec. 1736.


N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.
N.° 10.
N.° 11.
N.° 12.
N.° 13.
N.° 14.


N.° 4.
N.° 7.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 1.
N.° 3.
N.° 2.
N.° 8.
N.° 11.
N.° 10.
N.° 12.
N.° 9.

Num. 8 & 9. Hæ ſunt Pyramides faſciatæ, fuſci coloris, per ſpiras turbinis nodoſæ. Volutæ ſuperficiem quatuor ambiunt latæ faſciæ, in tenuiores viciſſim tæniolas diviſæ. Os intus læve eſt, coloris cineracei. Utramque faciem exhibemus.

Num. 10. Similis alia, ſed longe minor.

Num. 11. Et hæc ejusdem cenſus eſt, minima tamen & ratione faſciarum diſcrepans.

Num. 12. Elegantiſſimum hoc ſpecimen, marmoris in modum, per univerſam ſuperficiem ex ruſo ſpadiceo variegatum, igneo quaſi ſplendore candet.

Num. 13. Eadem Pyramis in dorſum reclinata, ut oris apertura, quam ſerpentini aliquot ductus diſtinguunt, conſpiciatur.

Num. 14. Similis alia, quod ad picturæ modum a priore non diſcrepans, at corpore graciliore.

TABULA OCTUAGESIMA ET QUARTA.

Sectio quadrageſima & ſeptima.

Nautilos hæc tabula depictos ſiſtit, genus cochlidum elegantiſſimum, quod præ multis aliis palmam meretur tum ob admirabilem formam, tum ob ipſius etiam materiæ, qua conſtat, nobilitatem.

Num. 1. *Nautilus major ſive craſſus, per excellentiam Cochlea, & Concha margaritifera dictus.*

Ad inſulas Moluccanas in Indiis maxime invenitur. Rudior, extimo cortice etiamnum tectus, ex ruſo flaveſcit ac dilute fuſcis velut flammis variegatur. Intus margaritico colore nitet, ideoque a nonnullis Conchæ margaritiferæ nomen obtinuit. Quem hoc loco exhibemus, Nautilum celebris artifex *C. Bellekin* extimo cortice nudavit: unde eſt, quod totus margaritaceus appareat. Introſpicienti in aperturam hujus cochleæ ſeptum ſeſe monſtrat margariticum, in quo foraminulum animadvertitur rotundum, aciculæ globulo haud majus. Id foraminulum uti in cavum primi hujus ſepti exiguo tubulo ſeſe penetrat; ita reliqua deinceps diaphragmata, fere innumera, quæ inde per univerſam ſpirarum in ſeſe convolutarum ſeriem, proportione juſta, conſtituta ſunt, ſingula ſimili quodam foraminulo pervia ſunt, donec in apicem vix viſibilem terminentur. Animalculum, concinni iſtius domicilii incola, cum hoc ipſo haud alibi cohæret, quam ad tenuiſſimum illum apicem: in hunc quippe defixa veluti caudula inde ſemet per omnium ſeptulorum foraminula exporrigit, donec ad primum perducta ſeptum in corpus ipſius animalis ſeſe implantet. Sepiæ vero aut Polypi forma fere eſt hoc animal; uti in Muſeo Amboinenſi Rumphii Tab. XVII. videre licet. Supra laudatus Artifex *C. Bellekin* utroque latere hujus cochleæ hiſtoriam Europæ, Regis Agenoris filiæ, opere hemianaglypho, *Bas relief* vocant, expreſſit, prout ab Ethnicorum Jove, formam candidi Tauri induto, e medio ſuarum ſociarum, quibuscum in litore ſemet delectabat, abrepta per Oceanum in Cretam inſulam transvehitur. Hanc fabulam potius, quam hiſtoriam, P. Ovidius Naſo libr. 2. Metamorph. prolixe exponit, quo Lectorem relegamus.

Num. 2. *Idem a parte anteriore conſpiciendus.*

Hoc poſitu Nautilus iſte viſui exponit galeam atque inſignia, quæ modo laudatus Anaglyptes convexo ſpirarum convolutarum dorſo incidit.

Num. 3.

N°. 8 & 9. Celles-ci ſont des Piramides, à bandes, de couleur brune, aïant leur contours ſpiral couvert de nœuds. La ſuperficie de la volute eſt entourrée de quatre bandes larges, qui ſe diviſent en filets plus minces. Leur bouche, polie en dedans, eſt couleur de cendres. On les repréſente des deux côtés.

N°. 10. Autre coquille ſemblable, mais beaucoup plus petite.

N°. 11. Celle-ci eſt de même espèce, cependant très petite & différente par rapport à ſes bandes.

N°. 12. Cette coquille eſt très belle; toute ſa ſurface eſt marbrée d'un roux presque éclatant comme le feu.

N°. 13. La même Piramide couchée ſur le dos, afin qu'on voie à l'ouverture de ſa bouche quelques traits irreguliers qui y ſont.

N°. 14. Autre ſemblable, qui ne diffère pas de la précédente par ſes couleurs, mais dont le corps eſt mince.

PLANCHE QUATRE-VINGT-QUATRIÈME.

Section quarante-ſeptième.

Cette planche repréſente les Nautiles, qui compoſent un très beau genre de coquilles, fort ſupérieur à la pluspart des autres, tant par leur figure admirable, que par la richeſſe de la matière dont elles ſont compoſées.

N°. 1. *Le grand Nautile, qui eſt épais & nommé par excellence Coquille ou Nacre de perle.*

Il ſe trouve dans les Indes ſur tout aux iles Molucques. Lorsqu'il eſt encore brut & couvert de ſa croute extérieure, il eſt de couleur fauve avec des taches d'un brun clair comme des flammes. Le dedans jette une couleur de perle, d'où il tire ſon nom. Celui que nous repréſentons ici a été depouillé de ſa croute extérieure par le célèbre ouvrier C. Bellekin, c'eſt pourquoi il paroit tout nacré. Si l'on regarde dans l'ouverture de cette coquille, on y voit une cloiſon nacrée & percée d'un petit trou rond, qui n'eſt pas plus grand que la tête d'une épingle, & qui ſe communique de cloiſon en cloiſon par de petits tuiaux. Ces cloiſons ou diaphragmes ſont en très grand nombre & placés dans toute la capacité de la coquille, de manière qu'ils diminuent à meſure qu'ils approchent du ſommet; jusqu'à ce qu'enfin ils ſe terminent en une pointe presque inviſible. L'animal qui habite ce beau domicile ne lui eſt nulle part attaché ſinon à cette pointe très mince: il s'y fixe par une queüe, & paſſe de là par les petits trous de toutes les cloiſons, jusqu'à ce que parvenu au premier diaphragme, il s'y élargit & prend ſa forme. Il a presque la figure de la ſèche ou du polipe, ainſi qu'on peut le voir dans le Cabinet d'Amboine de *Rumphius* planche XVII. Le même ouvrier C. Bellekin a gravé ſur les deux côtes de cette coquilles en *bas relief* l'hiſtoire d'Europe fille du Roi Agenor, que Jupiter ſous la figure d'un Taureau blanc enleva du milieu de ſes compagnes avec lesquelles elle ſe divertiſſoit ſur le rivage & la tranſporta par l'Ocean dans l'iſle de Crete. Ovide explique au long cette hiſtoire, ou plutôt cette fable, au Liv. 2. de ſes métamorphoſes auquel je renvoie le lecteur.

N°. 2. *Le même repréſenté en devant.*

Dans cette poſition le Nautile montre le caſque & les armoiries que l'ouvrier dont j'ai fait mention a gravé ſur le dos de cette coquille.

N°. 3.

Num. 3. *Nautilus ejusdem ſpeciei, prioris compar.*

Quamquam Galli communi nomine *Coquille* omne genus conchyliorum complectuntur, per excellentiam tamen id ipſum tribuunt Nautilo, qui propterea inter nos quoque utplurimum ita appellatur. Quem hoc numero exhibemus, artificem manum celebris Bellekinii quoque expertus eſt, itidemque raptum Europæ, Agenoris Regis filiæ, repræſentat. Puppis tamen heic integra eſt, nec niſi inſculptis tantum inſignibus, atque vitis frondibus, exornata. Inde pro compare prioris in noſtro muſeo ſervatur, oſtenditque non cælatum adeo, ſed ſculptum modo opus.

Num. 4. *Nautilus tenuis.*

Belgæ hanc cochleam vocant *Doekebuyf*, vel & *Schippertje.* Forma, quam colore, elegantior eſt. Teſta conſtat tenuiſſima, quaſi pergamenæ induratæ ſimili. Domiporta ampliſſima fere duas tertias partes totius cochleæ conficit. Spiræ orbiculatim introrſum circumactæ ſeſe recondunt. Spira extima duabus dentium ſeriebus ita obſita eſt, ut in ejus dorſo hinc ſulcus naſcatur. Radices iſtorum dentium in plurimas exeunt coſtas transverſales, quæ maximam partem obliquo tractu verſus oppoſitum ſpiræ marginem, internum, convergentes terminantur. Hæ coſtæ ſua potiſſimum varietate conſtituunt diſcrepantiam inter Nautilum, qui a grumo oryzæ coctæ cognominatur, *Ryſtenbryhoorn*, interque alios. Ille nimirum non continuis gaudet coſtulis, ſed tuberculis, quæ grana oryzæ referunt, juxta ſe mutuo ita compoſitis, ut coſtulas efficiant. Rara admodum eſt hæc Nautili ſpecies, &, quod hoc loco proponimus exemplum, tum ob eximiam magnitudinem, tum ob integritatem illibatam, inter cimelia noſtri Muſei merito numeramus. Colore eſt, inſtar chartæ pergamenæ, flaveſcente. Puppis, qua ſeſe introrſum convolvit, dilute fuſca eſt. Interiora autem oris colorem pergamenæ quoque habent.

Num. 5. Nautilus tenuis, magnitudinis inuſitatæ, diverſus a priore, quod denticulis gaudeat brevioribus, nec adeo tubercula, ſed coſtulas continuas præ ſe ferat. Ceterum dilute flavi quoque coloris eſt, & circa ſpiras ac dentes ex ſubfuſco obumbratus. Communi autem ſermone fertur, animalculum, cujus hæc Cochlea domicilium eſt, ejus ope velificando per ſummum mare vel celerrimam navem poſſe prævertere.

Num. 6. Priori ſimilis, minor tamen mole, adeoque & teſta tenuiore magisque transparente.

Num. 7. Perquam ſingularis hæc Nautili varietas eſt, colore diſcrepans a prioribus: neque enim, ut hi, ex albo aut ſubluteo transparet, ſed ex rufo.

Num. 8. Minimus hic eſt, at eo maxime memorabilis, quod aculeum in dorſo gerat, qualis in ceteris Nautilis nunquam occurrit. Unde liquet peculiarem ſpeciem, eamque rariorem, conſtituere.

Num. 9 & 10. Iſti colore itidem rufo, ut Num. 7. picti ſunt, ſed minores.

Num. 11 & 12. Minorem ejusmodi Nautilum intus & a latere conſpiciendum damus; ut & foveolæ compareant, quarum impreſſionibus dentes foris prominentes naſcuntur, & ſulci, qui coſtulis externis reſpondent.

TABULA OCTOGESIMA ET QUINTA.

Poſtquam, quæ ad Cochleas pertinent, pertractavimus, proximum eſt, ut deſcribendis Conchis nunc operam demus. Itaque Cochleis artificioſe cælatis mox ſubjungimus tabulam, qua arte elaboratæ

N°. 3. *Nautile de même espèce pareil au premier.*

Quoique les françois donnent le nom commun de Coquille à tous les genres de coquillages, ils l'attribuent néanmoins par excellence au Nautile, qui par cette raiſon s'appelle ainſi le plus ſouvent parmi nous. Celle que ce nombre repréſente a auſſi exercé la main adroite du célèbre Bellekin & repréſente de même l'enlevement d'Europe fille du Roi Agenor. Mais le dos ici eſt entier & n'eſt orné que d'armoiries ſimplement ciſelées & de feuillages. C'eſt pourquoi nous conſervons cette coquille dans notre Cabinet comme étant pareille à l'autre, avec cette différence que ſa gravure eſt ſeulement une ſculpture, & non une gravure en relief.

N°. 4. *Nautile papiracée.*

Les Flamands nomment cette coquille *Doekebuyf*, auſſi *ſchippertje.* Elle eſt plus jolie par ſa figure que par ſa couleur. Sa coque eſt très mince, quaſi comme du parchemin durci. Un limacon très grand occupe presque les deux tiers de la coquille. Ses contours orbiculaires ſe cachent l'un l'autre. Le contour extérieur eſt tellement entouré de deux rangées de dents que cela fait un ſillon ſur ſon dos. Les racines de ces dents pouſſent un grand nombre de côtes transverſales, qui pour la pluparts ſe terminent par un trait oblique vers le bord oppoſé du contour, où elles vont ſe réunir. Ces côtes ſont par leur variété une différence entre le Nautile qui porte le nom de *Ryſtenbry boorn*, à cauſe de ſa reſſemblance avec des grumeaux de ris cuits, & les autres. Il faut ſavoir que celui là n'a pas de petites côtes continues, mais des boutons ſemblables à des grains d'orges tellement appliqués l'un ſur l'autre qu'ils forment de petites côtes. Cette espèce de Nautile eſt fort rare & celui que nous donnons ici pour exemple eſt compté à juſte titre entre les pièces les plus rares de notre Cabinet, tant pour ſa grandeur extraordinaire, que parce qu'il eſt entièr ſans aucun defaut. Il eſt d'une couleur jaunâtre comme celle du parchemin: ſa partie poſtérieure, qui ſe replie en dedans, eſt d'un brun-clair. Pour ce qui eſt de l'intérieur de ſa bouche, il a auſſi la couleur du parchemin.

N°. 5. Nautile à Coquille mince, de grandeur extraordinaire, différant de celui qui précede en ce que ſes petites dents ſont plus courtes & qu'on lui voit plutôt de petites côtes continues que des boutons. Au reſte il eſt auſſi d'un jaune-clair & nuancé de brun aux environs des contours & des dents. On dit que l'animal qui habite cette coquille vogue par ſon moien ſur la ſurface de la pleine mer auſſi vite que le navire le plus leſte.

N°. 6. Cette coquille reſſemble à la précedente, mais elle eſt moins maſſive & par conſéquent la coque en eſt plus mince & plus tranſparente.

N°. 7. Ce Nautile fait une variété tout-à-fait ſingulière, puis qu'il diffère en couleur de ceux qui précedent & qui ſont d'un blanc jaunâtre, au lieu que celui-ci eſt roux.


N°. 8. Celui-ci eſt très petit, mais très remarquable en ce qu'il porte une pointe au dos, telle qu'on n'en voit jamais dans aucun autre nautile. Il fait donc une espèce particulière & des plus rares.

N°. 9 & 10. Ceux-ci ſont auſſi peints de roux comme ceux au N°. 7. mais plus petits.


N°. 11 & 12. Nous repréſentons un Nautile plus petit de même espèce, vu en dedans & de côté, afin qu'on puiſſe découvrir les ſillons du dedans de la coquille, leſquels répondent aux côtes qui s'élevent ſur ſa ſurface extérieure & ſe terminent par les dents dont ſon bord eſt garni.


PLANCHE QUATRE-VINGT CINQUIÈME.

Après avoir amplement traité des coquilles, il eſt naturel de paſſer à la deſcription des coquilles Univalves, & Bivalves. C'eſt pourquoi nous ájoutons immediatement aux coquilles artiſtement ciſe-


N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.
N.° 10.
N.° 11.
N.° 12.
N.° 13.
N.° 14.
N.° 15.
N.° 16.
N.° 17.
N.° 18.
N.° 19.
N.° 20.
N.° 21.
N.° 22.
N.° 23.







N.° 3.
N.° 3.
N.° 5.
N.° 5.
N.° 4.
N.° 4.
N.° 2.
N.° 2.
N.° 6.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 17.
N.° 17.
N.° 1.
N.° 1.
N.° 18.
N.° 18.
N.° 9.
N.° 10.
N.° 11.
N.° 16.
N.° 16.
N.° 11.
N.° 10.
N.° 15.
N.° 15.
N.° 12.
N.° 12.
N.° 13.
N.° 13.
N.° 14.
N.° 14.



tæ Conchæ exhibentur. Raro quidem, nec nisi conchæ bivalves, margaritiferæ, isto artificio tractantur: cujus generis omnia sunt, quæ hic repræsentamus, specimina. Ex Indiis ad nos perveniunt, feruntque uniones, unde & nomen habent Matris unionum, aut conchæ margaritiferæ. Externa superficies, priusquam crusta detracta est, sordide ex fusco colorata nihil admodum, quod oculis placeat, præ se fert. Intus tamen argenteo splendore renitent; eodemque etiam sese effert exterior facies, sicubi rudior cortex detritus est: prout in hisce est videre. Praeter polituram autem artificiosa manus & cælatum & sculptum opus superaddidit.

Num. 1. Anaglyphum opus, quo celebris artifex C. *Bellekin* hanc concham instruxit, fugam sistit Josephi ac Mariæ, una cum Infante Jesu, in Ægyptum. Raræ admodum magnitudinis hoc specimen est, puellisque insuper, beatam Familiam comitantibus, exornatum. Arbusculæ circumstantes non ultra superficiem eminent, sed incisæ sunt, atroque pigmento distinctæ: quo fit, ut præcipuæ icones tanto magis extent.

Num. 2. Ejusdem artificis opus tum anaglypticum, tum diaglypticum, venationem cervorum exhibet. Vir ac femina equis insident; venator autem canes manumittit, ut cervum fugientem persequantur.

Num. 3 & 4. Utraque facie elaborata ab eodem artifice hæc concha hinc dormientem ostendit Nymphulam, a duobus Satyris deprehensam; illinc duos Cupidines, quorum alter arcu ac sagitta munitus jaculatur.

Num. 5 & 6. Hujus quoque conchæ utraque lamina iisdem propemodum iconibus exornata est.

Num. 7. Nymphulam hæc præ se fert, cui Cupido adsidet, a duobus Satyris deprehensam.

Num. 8. In hac exsculptæ habentur imagines Deorum marinorum atque Cupidinis Delphine vecti.

Num. 9. Tres hic pueruli conspiciuntur saltantes, dum Faunus & Fauna suis instrumentis canunt.

Num. 10. Hæc fabula est Actæonis, qui Dianam una cum suis Nymphis nudam ad fontem conspexit.

Num. 11. Venus, Nymphula duobusque Cupidinibus comitata, hic exhibetur.

Num. 12. Inter conchas, quæ cælo Bellekinii elaboratæ ista tabula exponuntur, hæc postrema est, nonnullas monstrans Nymphas, nudas, a balneo requiescentes.

Num. 13. Operosissima hæc est repræsentatio historiæ Regis Jephthæ, quum a victoria reduci filia obviam procederet.

Num. 14. Huic laminæ insculptum conspicitur prælium, opere diaglyptico, multi laboris atque elegantiæ admirabilis.

Num. 15——21. Singulæ hæ conchæ cominus ostendunt puerulum positione diversa; at eminus vitam Servatoris nostri per partes depingunt. Omnes autem, quanquam modo incisæ sunt, singulari tamen artificio præcellunt.

Num. 22. Elegantissima hæc lamina insculptam exhibet iconem Evangelistæ Matthæi, cui suus adstat Angelus.

Num. 23. Particula hæc est conchæ margaritiferæ, exsculptos monstrans duos infantes, qui dorso duorum piscium, intra concham veluti natantium, incumbentes tranquille dormiunt.

TABULA OCTOGESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Cuculla fatui diconcha.*

Hoc bivalvium Cucullarum specimen inusitatæ est magnitudinis, raroque aut tam grande, aut ambabus

ciselées, nous en faisons suivre une qui représente des Coquilles bivalves, où l'Art du Graveur ne se fait pas moins admirer; il est rare d'en voir de telles. Presque toutes celles que l'on travaille ainsi sont de ces bivalves dans lesquelles on trouve les Perles, & c'est à cette classe qu'appartiennent celles que l'on voit dans cette Planche. Ces Coquilles nous viennent des Indes, & on les appelle mères Perles, à cause du précieux ornement qu'elles renferment. Leur surface extérieure, lorsqu'elles sont encore chargées de la croute qui les envéloppe, est d'un brun sale, & n'offre rien d'agréable à l'œil: mais leur intérieur a l'éclat de l'argent; & elles ont la même couleur en dehors lorsqu'on a enlevé cette croute épaisse dont je viens de parler, & qu'on les a polies; ce qui est le cas de celles qu'on voit dans cette Planche, & qui de plus sont remarquables par la beauté des gravures dont on les a ornées.

N°. 1. L'Ouvrage en relief dont le célèbre artiste C. *Bellekin* a embelli cette Coquille représente la fuite en Egypte. On y voit Joseph, & Marie avec l'Enfant Jesus, accompagnés de Genies, qui précèdent ou voltigent autour de la sainte Famille. Les arbres qui forment le Païsage ne sont pas en relief, mais gravés en creux, & colorés en noir; ce qui donne plus de saillie aux autres figures. Cette Coquille est d'une grandeur peu commune.

N°. 2. Les gravures de cette Coquille, qui sont partie en relief & partie en creux, sont du même ouvrier. Elles représentent une chasse de cerfs. On y voit un homme & une femme à cheval, avec un chasseur qui lache des chiens après un cerf.

N°. 3 & 4. Cette Coquille a été travaillée des deux cotés par le même artiste. Un des cotés représente une Nymphe endormie, & surprise par deux Satyres; sur l'autre on voit deux Cupidons, dont l'un armé d'un arc & d'une fleche s'amuse à tirer.

N°. 5 & 6. Les deux cotés de cette Coquille offrent aussi des figures semblables aux précédentes.

N°. 7. Ici est représentée une Nymphe, avec un Amour assis auprès d'elle, & surprise par deux Satyres.

N°. 8. On voit sur cette Coquille des Divinités marines, & un Cupidon porté sur le dos d'un Dauphin.

N°. 9. Ici sont représentés trois enfans qui dansent, pendant qu'un Faune & une Faune jouent des instrumens.

N°. 10. C'est ici la Fable d'Actéon, qui voit Diane & les Nymphes dans le bain.

N°. 11. Venus paroit ici accompagnée d'une Nymphe & de deux Amours.

N°. 12. C'est ici la dernière des Coquilles, représentées dans cette Planche, qui ait été gravée par Bellekin. On y voit quelques Nymphes nues, qui se reposent au sortir du bain.

N°. 13. Le graveur a représenté ici Jephté revenant victorieux, & rencontrant sa Fille. Le travail de cette pièce est considerable.

N°. 14. Une bataille est ici représentée en creux. C'est un monument de la patience & de l'habileté de son ouvriet.

N°. 15——21. On voit sur chacune de ces Coquilles un Enfant en différentes attitudes, & dans le lointain les diverses circonstances de la vie de notre Sauveur. La gravure de ces Pièces est moderne, mais en même tems très belle.

N°. 22. C'est ici une très belle plaque de Nacre, où est représenté l'Evangeliste S[t]. Matthieu avec son Ange auprès de lui.

N°. 23. Ce N°. représente un Fragment de Nacre, où l'on voit deux enfans endormis sur le dos de deux poissons, qui semblent nager dans la substance de la Coquille.

PLANCHE QUATRE-VINGT-SIXIÈME.

Coquilles Bivalves.

N°. 1.

La Coquille que nous avons fait représenter ici est d'une grandeur extraordinaire & il est rare d'en trouver de cette espèce qui aient leurs deux battants. Elle diffère aussi en couleur de celles qui sont

babus suis valvis compositum invenitur. Aliter quoque pictum est, quam quæ vulgo occurrunt, quippe pallidiores nostro, quod saturata nitet flavedine. Cucullæ fatui nomen hæc species obtinuit ob verticem utriusque valvæ inflexum, spiris cornu veredariorum non absimilem: quodsi enim ambæ conchæ conjunguntur, pileum quasi nasci dicas nolis instructum, quem cucullam fatuorum appellitare solent. Datur & univalvium species eodem nomine donata, quæ instar patellarum solitaria semper existit, nec cum bivalvi ista confundi debet, reperiturque descripta a Rumphio Musei Amboinensis pag. 123, ac delineata Tab. XL. lit. P. Q.

Num. 2. Eximiæ elegantiæ concha bivalvis, quam ab urbe Carthagena denominant, pectinata est, ac nonnullis veluti circulis, grisei coloris, per dorsum decurrentibus, exornata, cæterum dilute lutea & prægrandis.

Num. 3. Ejusdem generis alia, subrufi coloris, transversis fasciis carens, acutis claviculis aspera.

Num. 4. Hæc quoque ad illas pertinet, quibus a Carthagena nomen est, oppido tamen rara. Profundis sulcis eminentibusque costis, quæ valde extantibus velut denticulis horrent, sese distinguit.

Num. 5. Similis alia, quoque profunde sulcata & costata, quæ tamen, loco denticulorum, complures foveolas monstrat.

Num. 6. Longe minor ista prioribus, multum similis illi, quæ ad num. 2. descripta est, arcuatis fasciolis, rufi coloris, gaudet.

Num. 7. Alia species Carthagenensium concharum, coloris dilutioris.

Num. 8. Veneris hæc concha est minime vulgaris, ex fusco colorata, extantibus apiculis consita.

Num. 9. Priori similis est, at apiculis caret.

Num. 10. Belgæ hanc speciem *Zagertjes* quasi serratulas vocant. Omne genus colorum elegantissimorum hic conspicitur, maxime cum poliendo exterior cuticula deteritur.

Num. 11. Concha Veneris purpurea, cujus dorsum lineæ purpureæ singularem in modum exornant.

Num. 12. Concha bivalvis a Frago dicta; quoniam haud aliter rubris apiculis conspersa est, ac fragum, quod semina sua forinsecus infixa gerit.

Num. 13. Ad Carthagenenses hæc referri debet, prioribus tamen minor.

Num. 14. Alia ejusdem speciei, sed lævis.

Num. 15. Conchæ Veneris, quas Belgæ *Venus labaren* vocant, exhibentur lævigatæ, elegantissimæ, altera parte albentes, altera amœnissime cæruleæ, tono admirabili resplendentes.

Num. 16. Ejusdem nominis alia rotunda, itidem nitide expolita, rubris marginibus, minus, quam priores, cærulescens.

Num. 17. Concha Veneris oblonga, utrinque macula cærulea distincta, ceterum lineis ruffis transversalibus picta.

Num. 18. Similis alia pulchre lævigata.

TABULA OCTOGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. En! eximium specimen diconchæ Corallinæ, quæ colore saturate rubro, velut carneo, fulgens, costis prominulis, ramulos corallii referentibus, distinguitur. Valvæ oppositæ dilutior est rubedo. Nec coloris ista diversitas tamen obstat, quo minus altera alteri congruat. Apex cæruleo tono resplendet.

Num. 2. Similis alia purpurascens, cujus altera lamina itidem longe saturatiore est colore, quam altera.

sont plus communes, car celles-ci sont pâles, au lieu que la notre est d'un jaune foncé. On donne aux Coquilles de cette espèce le nom de Bonnets de fols; parce que la volute de chaque battant est contournée à peu près comme un Cornet de Postillon, ce qui fait que si l'on joint ces deux battants, la coquille ressemble assez à un de ces bonnets garnis de clochettes, avec lesquels on peint la folie. Il y a une sorte de Coquilles Univalves, qui portent aussi le même nom; ce sont des espèces de Patelles, qu'il ne faut pas confondre avec les Bivalves dont il s'agit ici. Rumphius donne la description & la figure d'une de ces Patelles. Voïez son *Museum Amboinense* pag. 123. Planch. XL. Lettr. P. Q.

N°. 2. Très belle Coquille bivalve, nommée Carthagène; elle est faite en forme de Peigne, & ornée de cercles de couleur grise sur le dos. Elle est d'un roux clair, & fort grande.

N°. 3. Coquille de la même espèce que la précédente, de couleur roussâtre, sans bandes circulaires, & hérissée de petites pointes.

N°. 4. Autre Coquille Carthagène, mais fort rare; sa surface est à côtes, & profondement sillonnée. Elle est toute hérissée de pointes qui ont la forme de dents.

N°. 5. Autre Coquille de la même sorte, sillonnée comme la précédente, mais qui au lieu de dents n'offre que des petites cavités.

N°. 6. C'est ici une des mêmes coquilles, mais plus petite que les précédentes: elle ressemble fort à celle du N°. 2. Elle est aussi ornée de bandes circulaires de couleur rousse.

N°. 7. Autre espèce de Carthagène, de couleur plus claire.

N°. 8. Cette Coquille se nomme le cœur de Venus: elle n'est pas commune. Sa couleur est d'un brun jaunâtre, elle est hérissée de piquans.

N°. 9. Coquille semblable à la précédente, excepté qu'elle n'a point de piquans.

N°. 10. Les Hollandois donnent aux Coquilles de cette espèce le nom de petites scies. Elles offrent toutes sortes de belles couleurs, lorsqu'en les polissant on enlève leur croute extérieure.

N°. 11. Conque de Venus, couleur de pourpre. Des lignes de la même couleur ornent son dos d'une façon très singulière.

N°. 12. Coquille appellée la Fraise, à cause des points rouges dont elle est parsemée, & qui ressemblent à la semence dont la Fraise est hérissée.

N°. 13. Cette Coquille appartient à la Classe des Carthagènes: mais elle est plus petite que celles que nous avons décrites.

N°. 14. Autre de la même espèce, mais lisse.

N°. 15. Conque de Venus, appellée par les Hollandois *Venus labaren*. Ces Coquilles sont lisses & fort belles. Elles sont blanches en partie, & en partie d'une agréable couleur bleue, très bien nuancée.

N°. 16. Autre Coquille du même nom, d'un poli net, à bord rougeatre, moins bleue que la précédente.


N°. 17. Conque de Venus oblongue, marquée des deux cotés par une tâche bleue, & ornée de lignes transversales rousses.


Num. 18. Autre Coquille semblable, très lisse.

PLANCHE QUATRE VINGT-SEPTIÈME.

N°. 1. Très belle Coquille bivalve, dite la Coralline. Sa couleur est d'un rouge foncé, approchant de la couleur de chair, & très éclatant. Les canelures de sa surface ressemblent aux branches du Corail. Un des Battans est d'un rouge plus clair, diversité qui n'empêche pas qu'ils ne s'ajustent très bien ensemble. Le sommet de cette Coquille tire un peu sur le bleu.

N°. 2. Autre Coquille de la même espèce couleur de pourpre, mais


N.o 7.
N.o 7.
N.o 16.
N.o 16.
N.o 3.
N.o 3.
N.o 17.
N.o 17.
N.o 2.
N.o 18.
N.o 18.
N.o 9.
N.o 9.
N.o 4.
N.o 4.
N.o 1.
N.o 1.
N.o 6.
N.o 6.
N.o 5.
N.o 5.
N.o 2.
N.o 8.
N.o 8.
N.o 15.
N.o 15.
N.o 10.
N.o 10.
N.o 11.
N.o 11.
N.o 14.
N.o 14.
N.o 13.
N.o 13.
N.o 12.
N.o 12.


N.° 4.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 5.
N.° 3.
N.° 3.
N.° 10.
N.° 10.
N.° 1.
N.° 1.
N.° 11.
N.° 11.
N.° 12.
N.° 6.
N.° 12.
N.° 6.
N.° 13.
N.° 13.
N.° 7.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 8.
P. Tanjé fecit

altera. Unde dixeris hanc diſcrepantiam id genus conchis natura inſitam eſſe.

Num. 3. Priori & colore & forma ſimilis, at minor.

Num. 4. Alia ſaturate purpurea.

Num. 5. Alia dilute rubens.

Num. 6. Huic Pallii Regii nomen dant Belgæ. Colore eſt ſature rubro. Canaliculi ejus non adeo profundi ſunt, uti in Corallina ſuperiore, at dorſis tamen utcunque turgentibus interſtincti. Ob elegantiam coloris id nomen obtinuit.

Num. 7. Pallium Regium ex Indiis occidentalibus, nequaquam, uti præcedens, unicolor, ſed arcuatis faſciis, rubris, ſuper fundo albido exornatum.

Num. 8 & 9. Duæ exhibentur bivalves ejus ſpeciei, quæ Pallii variegati nomen gerit. Marmoris in modum eleganter pictæ ſunt.

Num. 10. Alia, prioribus etiam pulchrior, maculis majoribus notata.

Num. 11. Alia ex rubro maculata.

Num. 12. Alia nigricantibus coſtis diſtincta.

Num. 13. Pallium Regium Indiæ occidentalis, nitide rubens, forma priori ſimile.

Num. 14. Pallium variegatum lutei coloris, coſtis purpureis.

Num. 15. Ejuſdem ſpeciei aliud albidum, punctis faſciiſque purpureis eleganter pictum, valva tamen ima pallidiore, magis cinerea, punctiſque & faſciolis tantum obſoletis notata.

Num. 16—18. Tres iſtæ diconchæ quoque Palliis variegatis, Americanis, accenſeri debent. Conformatione autem & pictura multum diſcrepant.

TABULA OCTOGESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. Oſtreum muricatum, aurantium, quod Crepitaculum leproſi vocant, inuſitatae pulchritudinis. Raro id genus conchæ inveniuntur, quæ tam ſaturo ſunt colore. Externa ſuperficie utriusque valvæ complures extant proceſſus, plerique ſatis longi, nonnulli etiam breves, qui coſtis eodem colore tinctis ſuperimminent. Apud Belgas nomen crepitaculi leproſorum obtinuerunt, quia & formam hujus inſtrumenti utcunque referunt, & ſimilis propemodum ſonus cietur, cum binæ teſtæ coagitantur: per ginglymum enim inter ſe accurate junctæ ſunt; quo fit, ut diductæ adductæque inter ſe mutuo moveri poſſint junctura non diſſoluta, inſtar crepitaculorum, parique modo etiam ſonent compulſæ.

Num. 2. Aliud ſimile, ſed clauſum. Teſta ima aurantii eſt coloris, ſumma albet ac ſubtilius muricata eſt. Adhæret huic tubulus vermiculi, itidem albidus, ſed magis tamen in luteum vergens.

Num. 3. Hoc ſpecimen parte aurantium eſt, parte flavum ſuper fuſco, muricibus dilute flaventibus.

Num. 4. Aliud cinerei coloris, at exochis dilute flavis, multo latioribus, quam priorum.

Num. 5. Longe minutius aliud, fundo purpureo, clavis ſature aurantiis, nonnullis inſuper albis maculis exornatum.

Num. 6. Aliud coloris dilute flavi, muricibus acuminatis. Qua teſtæ articulantur, color aurantius regnat.

Num. 7. Oſtreum muricatum albidum, per coſtas guttis fuſcis conſperſum.

Num. 8. Hæc peculiaris eſt ſpecies, quam alii ad Crepitacula leproſorum, alii ad conchas a Macere aromatico dictas referunt. Mole quidem minor eſt prioribus, at colore aurantio fulgidiſſimo tamen præcellit.

Num. 9.

mais auſſi plus foncée ſur un des battans que ſur l'autre. Variété qui ſemble être naturelle à cette ſorte de Coquilles.

N°. 3. Coquille ſemblable à la précédente pour la couleur & pour la forme, mais plus petite.

N°. 4. Autre de la même eſpèce d'un pourpre foncé.

N°. 5. Autre ſemblable, d'un rouge clair.

N°. 6. Les Hollandois donnent à cette Coquille le nom de Manteau Roïal. La beauté de ſa couleur qui eſt d'un rouge foncé, l'a fait ainſi nommer. Les Canelures de ſa ſurface ne ſont pas profondes comme celles de la Coralline: cependant elles ſont ſenſibles.

N°. 7. Manteau Roïal des Indes Occidentales. Il n'eſt pas d'une ſeule couleur comme le précédent. Il eſt entrecoupé de bandes orbiculaires rouges, ſur un fond blanc.

N°. 8 & 9. Ces figures repréſentent deux Coquilles bivalves de la même eſpèce, appellées Manteaux bigarrés. Elles ſont très joliment marbrées.

N°. 10. Autre Coquille de la même eſpèce, plus belle que les précédentes. Ses taches ſont plus grandes.

N°. 11. Autre, tachetée de rouge.

N°. 12. Autre, canelée de noir.

N°. 13. Manteau Roïal des Indes occidentales; ſa couleur eſt d'un beau rouge, & par ſa forme il reſſemble aux Coquilles précédentes.

N°. 14. Manteau bigarré, de couleur brune, & à côtes de pourpre.

N°. 15. Autre Coquille de la même eſpèce, très joliment variée par des points & des bandes couleur de pourpre; le battant inférieur eſt d'une couleur plus pâle, & plus cendrée. Ses points & ſes bandes ſont moins marqués.

N°. 16—18. Ces trois Coquilles bivalves doivent auſſi être rangées parmi les Manteaux bigarrés d'Amérique. Ils en diffèrent cependant beaucoup tant par leur configuration que par leurs couleurs.

PLANCHE QUATRE VINGT-HUITIÈME.

N°. 1. Huitre épineuſe de couleur d'orange, & d'une beauté extraordinaire: il eſt rare d'en trouver dont la couleur ſoit ſi foncée. La ſurface extérieure de chaque battant eſt chargée de pluſieurs piquants, les uns plus longs que les autres, & placés ſur des côtes de même couleur. Les Hollandois donnent à cette Coquille le nom de Palette de Lepreux, tant à cauſe de ſa figure, qui approche un peu de celle de cet inſtrument, qu'à cauſe du bruit que font les deux battans, lorſqu'on les agite l'un ſur l'autre; car ils ſont joints exactement enſemble par une charnière, qui ne leur permettant aucun mouvement lateral, eſt cauſe que quand on les ſecoue ils frappent l'un ſur l'autre, comme les Palettes des lepreux.

N°. 2. Autre Huitre de la même eſpèce, mais fermée. Le battant inférieur eſt de couleur d'orange; celui de deſſus eſt blanc, & ſes pointes ſont plus ſubtiles. On y voit attaché le petit tube d'un vermiſſeau, qui eſt d'un blanc plus obſcur.

N°. 3. Cette Huitre eſt en partie couleur d'orange, & en partie jaune ſur un fond brun; ſes pointes ſont d'un jaune clair.

N°. 4. Huitre de couleur cendrée, mais dont les piquans ſont auſſi d'un jaune clair, & plus larges que ceux des précédentes.

N°. 5. Autre Huitre de la même eſpèce, mais beaucoup plus petite. Ses piquans ſont d'un jaune foncé, & s'élèvent ſur un fond violet, parſemé de taches blanches.

N°. 6. Autre Huitre d'un jaune clair, dont les piquans ſont plus pointus, les environs de la charniere ſont couleur d'orange.

N°. 7. Huitre épineuſe blanchatre, dont les côtes ſont parſemées de taches brunes.

N°. 8. C'eſt ici une Coquille d'une eſpèce particulière, que quel-

Num. 9. Crepitaculum leproſi clauſum, album, minutis maculis, purpureis, conſperſum, ad cardines vireſcens.

Num. 10. Aliud dilute rubens, muricibus latis, valde protenſis, quos folia Maceris appellant; quia horum formam utcunque præ ſe ferunt.

Num. 11. Aliud majus, fundo luteo, maculis proceſſibusque eleganter rubentibus.

Num. 12. Raræ magnitudinis concha ad eas pertinet, quæ a Macere nomen habent. Id genus conchæ, & quas ſequente tabula exhibebimus, conchæ rupium, *Rotsdoubletten*, dictæ, ſaxis tam tenaciter adhærent, ut non niſi violenter abſtrahi poſſint. Inde ea ſedes, qua hæc ſuæ rupi adnata fuit, etiamnum manifeſte diſcerni poteſt. Albo ceterum eſt colore, compluresque ramulos protendit albentes, qui, inſtar Maceris foliorum, denſe coacervati teſtam ita obſident ac contegunt, ut a foris nihil ejus fere in conſpectum veniat. Adnatus quoque cernitur vermiculi tubulus, ejusdem, uti concha, coloris.

Num. 13. Elegantiſſima hæc ſimulque rariſſima concha bivalvis vix nota eſt aut deſcripta. Ejus ramuli, inſtar pennarum, ordine digeſti utramque teſtam obſident. Teſtæ ipſæ, præter ſuos ramulos ſpectatæ, formam majoris amygdalæ ſatis exacte referunt, at colore ſunt profunde fuſco. Par huic aliud ſpecimen fruſtra in quibusvis demum muſeis quæſiveris.

TABULA OCTOGESIMA ET NONA.

Num. 1. Concha rupium, claviculis tenuibus, proceſſibus maceriformibus ad labia. Teſtæ ſuper albo nigris punctis, nigroque margine, diſtinctæ ſunt: paxilli itidem albicant: at ramuli foliacei ſature aurantio nitent colore. Adductis valvis clauſam exhibemus, at utroque tamen latere conſpiciendam.

Num. 2. Similis alia, tota alba, aliquot ſaltem punctis, fuſcis, notata, & ex flavo relucens.

Num. 3. Alia lutei coloris, at paxillis rubris flavisque munita.

Num. 4. Ejusdem generis ſpecimen eximiæ magnitudinis, foliatura maceriformi elegantiſſime rubente, paxillis luteis, longum protenſis. A latere extat corniculum.

Num. 5. Crepitaculum leproſi ſordide rubellum, inter murices etiam maceris foliola gerens, corniculumque flaveſcens.

Num. 6. Hæc ad conchas pertinet, quæ a Macere denominantur. Proceſſibus longis latisque obſeſſa, purpureo colore, ac dilute rubro tono, renitet.

Num. 7. Leproſi crepitaculum, ſature rubra foliatura, teſta inferiore punctis nigricantibus guttata.

Num. 8. Concha rupium prægrandis, alba, proceſſibus aliquot foliaceis, quoque albis, exornata.

Num. 9. Maceris conchula venuſta, ramoſa, dilute purpuraſcens. Alteram ejus teſtulam interne conſpiciendam damus, qua non inepte auriculam humanam referre dixeris; uti colore etiam non multum ab ea abludit.

Num. 10. Permagna & valde elegans concha fungiformis, foliis admodum amplis, cinereis, interna facie fuſca. Non abſimilis eſt ei plantarum marinarum ſpeciei, quæ apud curioſos nomine Braſſicæ Pompejanæ, marinæ, venit.

Num. 11. Minuta Maceris conchula duplex, cujus foliola griſeo, dilute purpureo, & flavo colore variantur.

Num. 12. Elegantiſſima rupium concha, ſquamoſa, coloris dilute griſei, ex purpureo, luteo, aurantio, aliisque coloribus maculata.

TABULA

quelques-uns placent parmi les Palettes de Lepreux, & d'autres parmi ces Coquilles qu'on nomme Feuilles de Macer, ou Macis. Elle eſt plus petite que les précédentes, mais elle leur eſt ſupérieure par l'éclat de ſa couleur d'orange.

N°. 9. Palette de Lepreux fermée, blanche, parſemée de petites taches violettes, & verte auprès de la charniére.

N°. 10. Autre Huitre d'un rouge clair, à pointes longues & larges, qu'on nomme feuilles de Macer, parce qu'elles en ont à peu près la forme.

N°. 11. Autre Huitre plus grande; ſur un fond jaunâtre on voit des taches & des piquans d'un beau rouge.

N°. 12. Cette Huitre du genre de celles qu'on nomme feuilles de Macer, eſt d'une grandeur peu commune. Cette eſpèce de Coquilles, & celles que l'on verra dans la Planche ſuivante, ſont tellement adhérentes aux Rochers, qu'il faut emploïer de la force pour les en détacher, & on peut voir encore ſur celle-ci l'empreinte que le Roc a fait ſur elle. Sa couleur eſt blanche, auſſi bien que celle des pointes dont elle eſt tellement heriſſée & couverte, qu'elle en eſt presque entiérement cachée. C'eſt comme un paquet de feuilles de Macer. On voit ſur ſa ſurface le tube d'un vermiſſeau, qui eſt de la même couleur.

N°. 13. Cette Coquille auſſi recommandable par ſa beauté que par ſa rareté, n'eſt presque pas connue ou décrite. Ses deux battans ſont couverts de petites feuillures rangées comme des plumes, & ils reſſemblent aſſez à une groſſe amande, ſi l'on fait abſtraction de ces feuillures. Leur couleur eſt d'un brun foncé. Inutilement chercheroit on la paire de cette belle coquille dans les cabinets des curieux.

PLANCHE QUATRE VINGT-NEUVIÈME.

N°. 1. Coquille de Rochers, à clavicules minces, & à pointes en forme de feuilles de Macer autour des lèvres. Sa couleur eſt blanche, mais tachetée de points noirs; ſes bords ſont auſſi noirs. Ses pointes ſont blanches; mais encore chargées de petites feuillures d'une couleur d'orange foncée. Elle eſt-ici repréſentée fermée, mais de façon qu'on en voit les deux cotés.

N°. 2. Autre Coquille ſemblable, mais toute d'un blanc tirant ſur le jaune, & tachetée de points bruns.

N°. 3. Autre Coquille de même eſpèce d'un jaune clair, armée de piquans rouges & jaunes.

N°. 4. Coquille de la même eſpèce remarquable par ſa grandeur; ſa feuillure eſt d'un beau rouge; ſes pointes ſont jaunâtres, & fort longues. A coté elle a une petite corne.

N°. 5. Palette de Lepreux d'un rouge ſale, à feuillures de Macer; elle a auſſi une petite corne jaunâtre.

N°. 6. Cette Coquille eſt encore à feuillures de Macer. Elle eſt garnie de piquans longs & larges. Sa couleur eſt pourpre, & rouge clair.

N°. 7. Palette de Lepreux à feuillure d'un rouge foncé. Le battant inférieur eſt tacheté de points noirs.

N°. 8. Coquille de Rochers fort grande, blanche, avec quelques feuillures auſſi blanches.


N°. 9. Petite Coquille de Macer très belle, branchue, d'un pourpre clair. Un de ſes battans ſe voit ici en dedans, afin qu'on puiſſe remarquer ſa figure qui approche aſſez de celle de l'oreille d'un homme. Elle en a même un peu la couleur.


N°. 10. Grande & belle Conque, en forme de Champignon: à feuillures grandes, cendrées, & brunes en dedans. Elle reſſemble aſſez à cette eſpèce de Plantes Marines que les curieux nomment *Braſſicae Pompeianae Marinae.*


N°. 11. Petite Coquille double de Macer; ſa feuillure eſt bigarrée de gris, de pourpre clair & de jaune.


N°. 12. Conque de Rocher, très belle; écailleuſe, & de couleur d'un gris clair, tachetée de pourpre, de jaune, d'orangé, & d'autres couleurs.

PLANCHE


N.°1.
N.°1.
N.°2.
N.°2.
N.°3.
N.°3.
N.°6.
N.°6.
N.°4.
N.°4.
N.°5.
N.°5.
N.°7.
N.°7.
N.°9.
N.°9.
N.°8.
N.°8.
N.°10.
N.°10.
N.°11.
N.°11.
N.°12.
N.°12.




N.° 1.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 1.
N.° 2.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 3.
N.° 5.
N.° 8.
N.° 5.



TABULA NONAGESIMA.

Hac tabula in conſpectum producimus collectionem excellentiſſimam concharum bivalvium, quibus Ephippii Polonici nomen inditum eſt ob formam convexam, qua ephippium veluti æmulantur. Tenui ſunt & ſcabra fiſſilique teſta, foris ſature griſei coloris, intus profunde margaritacei, quem plures alii, tanquam iridis, colores elegantiſſime variant. Nonnullæ & foris & intus ſaturo rubore ſplendent; aliæ purpuraſcunt; quædam ex dilute aurantio renitent, eæque oppido raræ, quæ, etſi extrinſecus haud admodum venuſtæ ſunt, magno tamen pretio conſtant, eo quod rarius inveniuntur. Dantur etiam applanatæ & rotundæ, inſtar placentarum, quæ, ut a ceteris diſtinguantur, Tranſparentes audiunt. Has ſuperior tabulæ pars repræſentat, nitide albicantes, ac eleganti tono reſplendentes: unde id nomen acceperunt.

TABULA NONAGESIMA ET PRIMA.

Num. 1. Pinna, quæ Perna dicitur, inuſitatæ magnitudinis. Iſtud nomen ipſi datum, quia pernam cum colore, tum conformatione, æmulatur. Externa ſuperficie rufa fuſcis maculis diſtinguitur, interna profundo rubore carnem petaſonis infumatam refert. Apex albeſcit cæruleo ſimul & viridi tono renitens.

Num. 2. Perna fuſca, claviculis diſtincta, multo minor, ſed & proportione latior priore, intus ſuper nigro ex cæruleo refulgens: pars anguſtior externe ſimiliter tincta eſt.

Num. 3. Productior alia, claviculis carens, intus quoque ex cæruleo coruſcans.

Num. 4. Hæc Tudes Polonica, aut & concha Cruciata, audit. Profunde fuſca, & fere nigra eſt. Nonnullis viſum eſt, corporis humani figuram in ejus cavo conſpiciendam dari, qua hinc crucifixus Servator repræſentetur. Cauſam huic opinioni dederunt maculæ atque eminentiæ intus conſpicuæ, e quibus haud ſecus, atque ex nubibus, omne genus formarum ſibi effingere phantaſia humana poteſt. Interna facies dilutius colorata eſt. Peniculi duo velut byſſini, dilute ſpadicei, utrinque propendent: id, quod rariſſime occurrit. Teſtarum altera intus, altera foris, exhibetur.

Num. 5. Tudes altera, cujus trabecula transverſalis, quæ in priore angulos rectos facit, obliqui ſitus eſt. Minor etiam eſt, peniculisque caret.

Num. 6. Concha, Volſella dicta, quæ unum modo apicem protendit coloris cinerei, ima tamen parte nigrum. Ceterum non abſimilis eſt denti Elephantis molari, radicibus concretis.

Num. 7. Alia ejusdem ſpeciei, ſed craſſior & magis incurvata.

Num. 8. Et hæc eo pertinet, minor tamen & magis coacta.

TABULA NONAGESIMA ET SECUNDA.

Quam plurimæ ſpecies Petaſunculorum, ordine diſtributæ, hic exhibentur, quotquot in muſeo noſtro aſſervamus. Omne genus colorum præ ſe ferunt, præcipue tamen ſature rubrum, flavum, fuſcum; intus autem ſplendorem cæruleum. Nonnullis in ſuperficie clavi velut, aut dentes, extant, qui, tubulis vermium quaſi ſimiles, re vera tamen his conchis proprii ac perpetui ſunt. Quæ medium tenet, ſpecies inuſitatæ eſt conformationis, interque tranſparentes Pernas refertur. Humanæ faciei colore

PLANCHE QUATRE-VINGT-DIXIÈME.

Cette Planche offre une précieuſe Collection de ces Coquilles bivalves, que l'on nomme Selles Polonoiſes, à cauſe de leur forme convexe qui les fait véritablement reſſembler à des ſelles de cheval. Leur écaille eſt mince, rude au toucher, & ſe fend par lames. En dehors elles ſont d'un gris foncé, & en dedans elles ſont de couleur de perle, mais mêlée de pluſieurs autres comme l'Arc-en-Ciel. Il y en a qui tant en dehors qu'en dedans, ſont d'un rouge éclatant; quelques autres ſont violettes, d'autres ſont de couleur d'orange claire, & celles-ci ſont rares, ce qui fait qu'elles ſont fort chères, quoique leur extérieur n'aie rien de beau. Il y en a auſſi qui ſont plattes & rondes, comme des gateaux; pour les diſtinguer des autres, on les nomme tranſparentes. On en voit de telles repréſentées au haut de la Planche, elles ſont d'un beau blanc éclatant; c'eſt ce qui leur a fait donner le nom qu'elles portent.

PLANCHE QUATRE-VINGT-ONZIÈME.

Nº. 1. La Grande Pinne Marine, appellée *Perna* en latin. Ce nom lui a été donné parce qu'elle reſſemble aſſez, tant par ſa couleur que par ſa forme, à une Nageoire, que le mot *Pinna* déſigne. Sa ſurface extérieure eſt de couleur rouſſe, tachetée de brun: en dedans elle eſt d'un rouge foncé, ſemblable à celui d'un jambon fumé. Son ſommet eſt d'un blanc où l'on remarque une teinte de bleu & de vert.

Nº. 2. Pinne brune, avec des ſtries armées de piquans; elle eſt beaucoup plus petite que la précédente: mais plus large à proportion; en dedans elle eſt d'un noir bleuâtre, ſa partie étroite eſt en dehors de la même couleur.

Nº. 3. Autre Pinne plus longue, mais ſans piquans: elle eſt auſſi d'un bleu éclatant en dedans.

Nº. 4. Cette Coquille eſt connue ſous le nom de Marteau Polonois, ou de Conque en forme de croix. Elle eſt d'un brun foncé, presque noir. Quelques perſonnes ont cru voir dans ſa cavité la figure d'un corps humain, & en conſéquence l'on a dit qu'elle repréſentoit notre Seigneur ſur la croix. Ce qui a fait tenir ce langage, c'eſt que dans l'intérieur de cette coquille, il y a quelques taches & quelques éminences, auxquelles l'imagination donne toutes ſortes de figures, comme aux nuées. En dedans ſa couleur eſt plus claire. Des deux côtés on voit ſortir deux paquets d'une eſpèce de *Byſſus* ou de ſoye, tirant ſur le jaune; ce qui eſt fort rare. La figure repréſente un des battans en dedans, & l'autre en dehors.

Nº. 5. Autre Marteau, dont les bras, qui forment avec le Manche, des Angles droits dans le précédent, ſont placés ici obliquement. Ce Marteau eſt plus petit, & n'a point de ſoye.

Nº. 6. Conque, dite *Volſella* en latin: elle n'a qu'un bras: ſa couleur eſt cendrée, mais vers le bas elle eſt noire. Sa figure eſt aſſez ſemblable à celle de la dent machelière d'un Elephant, dont les racines ſeroient jointes enſemble.

Nº. 7. Autre Coquille de même eſpèce, mais plus épaiſſe & plus recourbée.

Nº. 8. Cette autre Coquille eſt encore du même genre, mais elle eſt plus petite & plus ramaſſée.

PLANCHE QUATRE-VINGT-DOUZIÈME.

Cette Planche repréſente les différentes eſpèces de Coquilles, nommées Jamboneaux, qui ſe trouvent dans notre Cabinet. Ces Coquilles offrent toutes ſortes de couleurs, ſur-tout, du rouge foncé, du jaune, & du brun: en dedans elles ſont d'un bleu éclatant. La ſurface extérieure de quelques-unes eſt parſemée d'éminences qui reſſemblent à des cloux ou à des dents; on les prendroit au pre-

lore picta elegantiſſime coruſcat. Notetur tandem, quævis ſpecimina interna & externa parte conſpicienda hic proponi.

TABULA NONAGESIMA ET TERTIA.

Num. 1. Venuſta admodum concha Cruciata, aut Tudes Polonica, prout intus ſeſe habet, exhibetur. Loculus, quem animalculum occupat, elegantiſſime ex cæruleo reſplendet. Reliqua nigricant.

Num. 2. Alia, priore minor, dilute nigreſcens, extrinſecus ſpectanda.

Num. 3. Buccinum noſtras, Balanis, quos Tulipas marinas vocant, ac tubulis vermium, externe adnatis, conſitum, colore eſt dilute cinereo: balani autem magis obſcuri ſunt, tubulique etiam in obſcurum vergunt.

Num. 4——9. Tubuli vermium perpulchri, tum rectus, tum plures diverſimode contorti, inteſtiniformes, nonnulli ſature fuſci, alii nigricantes & albidi, ſubrufi ex purpureo ſtriati, nonnulli etiam dilute cinerei. Rarius id genus domunculæ inveniuntur, nec unquam duæ per omnia inter ſe ſimiles fere occurrunt.

TABULA NONAGESIMA ET QUARTA.

Numeroſam hic exponimus collectionem Tubulorum & vulgo dictorum Inteſtinorum, quæ totidem vermium ſunt habitacula, alia craſſa ac fere recta, alia gracilia multumque convoluta, quæ quidem cinerei ſunt coloris, alia tamen aliis ſaturatiora. Nonnulli horum tubulorum ita inter ſeſe coacti & compacti ſunt, ut fere ſilices æmulentur; hique diverſorum ſunt colorum ac inſignis duritiei. Porro varia etiam exhibemus conchylia adnatis uvis, tulipisque marinis conſpicua: uti & fragmenta lignorum, radices arborum, quin & particulam eboris, ſuo ſingula modo, diverſi generis marinis adnatis pulcherrime decorata. Filamentorum quoque, quos pilos marinos vocant, faſciculus hic datur; cujusmodi ingentem ſæpe numerum piſcatores ſuis retibus e mari protrahunt. Etiam Echinos adjecimus aliquot marinos, horumque fragmenta, prout inter piſcandum acquiruntur, aeri inciſa, multo quidem craſſiora, quam communiter eſſe ſolent, atque idcirco pro lapidefactis habita.

TABULA NONAGESIMA ET QUINTA.

Prolixam Conchyliorum, ſermone atque iconibus expoſitam, hiſtoriam excipiunt cum maxime Plantæ marinae & quæ id genus alia ſunt, maris producta, quæ ob qualemcunque formæ ſuæ externæ ſimilitudinem apud pleroſque Scriptores Plantarum nomine veniunt. Quatuor plerumque hic ſumma conſtituuntur genera; Lapideorum puta, Corneorum, Spongioſorum & Muſcoſorum: quibus nonnulli & quintum genus eorum, quae lignea ſunt materie, ſuperaddunt. Cetera, quae tum externis ſuis characteribus, tum analyſi chemica, veram plantarum naturam produnt, ad regnum Vegetabilium referuntur.

Primum omnino inter eos, qui de hac materie ſcripſerunt, locum Comes *Marſilli* meretur. Ante hunc quidem *Cluſius*, *Beſlerus*, *Wormius*, *Imperatus*, *Barrelierius*, *Mercatus*, pluresque alii, ſparſim in ſuis operibus nonnulla exhibuerunt: at ille eſt, qui primus omnium iſthaec corpora intra proprium ſibi elementum ſcrutari aggreſſus, flores eorumdem, modumque deorſum creſcendi detexit.

premier abord pour des tubes de vermiſſeaux, ils ſont cependant partie de ces Coquilles ſur leſquelles on les trouve toujours. Celle qui eſt au milieu de la Planche, eſt d'une forme peu commune, & on la range parmi les Pinnes tranſparentes. Sa couleur eſt celle du viſage d'un homme. Il faut remarquer que chacune de ces Coquilles eſt repréſentée ici tant en dedans qu'en dehors.

PLANCHE QUATRE-VINGT-TREIZIÈME.

N°. 1. Très-beau Marteau Polonois, ou Conque en forme de croix, vue en dedans. L'endroit qui eſt occupé par l'Animal eſt d'un bleu éclatant; le reſte eſt noir.

N°. 2. Autre Coquille de même eſpèce, mais plus petite, vue en dehors; ſa couleur eſt d'un noir léger.

N°. 3. Buccin chargé de Glands de Mer, & de tubes de Vermiſſeaux, attachés ſur ſa ſurface extérieure. Sa couleur eſt d'un cendré clair. Celle des Glands de Mer, auſſi bien que des tuyaux vermiculaires, eſt plus foncée.

N°. 4——9. Ces Figures repréſentent différens tubes de Vermiſſeaux: il y en a un qui eſt droit, & les autres ſont différemment contournés, & ont la forme d'inteſtins. Quelques-uns ſont d'un brun foncé, les autres ſont noirs & blancs, ou d'un roux tirant ſur le pourpre, ou d'un cendré clair. Ces tuyaux ne ſont pas communs, & on n'en trouve jamais deux qui ſe reſſemblent parfaitement.


PLANCHE QUATRE-VINGT-QUATORZIÈME.


Cette Planche offre encore une nombreuſe collection de ces mêmes Tuyaux, que l'on nomme Inteſtins, & qui ſervent d'habitation à des Vermiſſeaux. Les uns ſont épais, & presque droits; les autres ſont minces, entortillés, & de couleur cendrée, mais plus foncée dans les uns que dans les autres. On en voit qui ſont tellement unis & ſerrés entr'eux, qu'on les prendroit pour des cailloux; ils ſont fort durs & offrent des couleurs très-variées. Nous avons fait encor repréſenter dans cette Planche différens Coquillages, des morceaux de bois, des racines d'arbres & un morceau d'ivoire, chargés de Glands de Mer & d'autres productions marines qui leur ſont adhérentes. On y voit auſſi un paquet de ces filamens, que l'on nomme poils marins, & dont il arrive ſouvent que les filets des Pêcheurs ſont tout garnis quand on les retire de la Mer. Nous avons de plus ajouté ici quelques Ourſins, avec quelques fragmens d'ourſins, tels qu'ils ont été pêchés. Ces Ourſins ſont plus épais qu'à l'ordinaire, ce qui fait qu'on les croit pétrifiés.


PLANCHE QUATRE-VINGT-QUINZIÈME.

Après avoir donné une deſcription aſſez étendue des Coquillages, & des figures qui l'accompagnent, nous allons expoſer celle des Plantes marines, & des autres eſpèces de productions de la mer, auxquelles la plupart des Ecrivains ont donné le nom de Plantes, parce qu'elles ont extérieurement avec elles, quelque ſorte de reſſemblance. On les diſtingue d'ordinaire en trois claſſes, qui ſont les Plantes pierreuſes, les ſpongieuſes, & celles qui tiennent de la nature de la corne & de la mouſſe: quelques-uns y ajoutent encore une cinquième claſſe, qui contient les Plantes ligneuſes. On raporte au règne des Végétaux les autres productions, qui paroiſſent être effectivement des Plantes, ſoit par leurs caractères, ſoit par l'analyſe chimique.

De tous ceux qui ont écrit ſur cette matière, perſonne ne s'eſt plus diſtingué que le Comte de *Marſilli*. Il eſt bien vrai qu'on trouvoit déjà avant lui, divers morceaux qui ont raport à ce ſujet, & qui ſont répandus çà & là dans les ouvrages de *Cluſius*, de *Beſlerus* de *Wormius*, d'*Imperati*, de *Barrelier*, de *Mercatus*, & de pluſieurs autres: mais il eſt le premier qui ait entrepris d'examiner ces corps dans leur propre élement, & qui ait découvert leurs fleurs, & la manière


N.º 1.
N.º 1.
N.º 2.
N.º 2.
N.º 3.
N.º 4.
N.º 5.
N.º 6.
N.º 8.
N.º 7.
N.º 9.




TAB. XCV.
N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.
De La Croix fecit. 1735.

texit (*). Verum tranſeo ad ſpecialem ſingulorum, quae his tabulis traduntur, deſcriptionem.

Num. 1. *Spongia fiſtulata, ſimplex.*

Huic plantæ, cujus permagna, quod ad formam, varietas occurrit, vix aliud, quam ſpongiæ, nomen competit; quum conformatione iſti generi ſimillima ſit; etſi materie veluti cornea conſtare videatur. Particulis nimirum coaluit duriuſculis ad tactum aſperisque, ſubtiliſſime contextis, coloris fuſci, forma fiſtulari.

Num. 2. *Spongia flabelliformis, nigra, fibris tenuiſſimis, rigidis.*

Ex Indiis orientalibus transmiſſum accepimus iſtud flabellum marinum, oppido rarum, ad oras Aroëenſes naſcens. Colore eſt nigro, ſubtilibusque & rigidis fibrulis denſiſſime in retis formam contextum veluti flabellum refert. Truncus craſſus, mox in tenues ramulos divaricatus, ſic ſeſe attenuando celeriter evaneſcit. Materies ejus corneum inter & ſpongioſum genus dubitat.

Num. 3. *Alcyonium irregulare, rigidum, membranaceum & celluloſum.*

Qui de plantis marinis egerunt, Scriptores plerumque Alcyonia appellare conſueverunt quascunque iſtius modi rerum, quæ ob irregularem ſtructuram ad certum genus redigi non poterant: quaſi innuere voluiſſent, nidos forte cujusdam animantis eſſe. Quod hac icone exhibetur, corpus eo referendum videtur. Rigida quidem id materie eſt, at ſimul tenui ac membranacea, contextum, extremis apicibus plurimis acute terminatis. Intus & foris cellulis gaudet nullo ordine congeſtis. Membranacea ejus compages valde tenſa eſt, & ex nigro fuſci coloris.

Num. 4. Similis ſpongia, ut Num. 2. at laxioris texturæ.

Num. 5. *Spongia erecta, ſubtilior, fragilis, ramulis tenuibus.*

Ramoſa hæc plantula naturam ſpongiae magis, quam ſupra deſcriptæ, præ ſe fert. Coloris eſt dilute fuſci, ac materiæ ſubtiliſſime contextæ, mollis ad tactum & teneræ. In Indiis Occidentalibus e rupibus germinat; uti, quod hic exhibemus, ſpecimen fragmento lapidis inſidens monſtrat.

Num. 6. *Planta marina, lignoſa, ramulis tenuibus, in modum retis contextis.*

Materies ejus ligni æmula, ex dilute flavo colorata diſcrepat a Ceratophytis eo, quod fragilior ſit ac veluti ex fibris compoſita.

Num. 7. Forma duntaxat a ſpecimine Num. 1. diſtinguitur.

(*) Poſt hujus Operis Auctorem D. A. Seba, induſtria Peyſſonellii & Juſſieuji, nuperrimeque etiam Elliſii, indubitatis argumentis evicit, plurima iſtorum corporum, ne dicam omnia, artificio certæ ſpeciei animalculorum, quibus Polypis nomen eſt, fabrefacta horumque potius derelicta eſſe domicilia, quam, quarum modo ſimilitudinem prae ſe ferunt, plantas marinas: prorſus uti conchylia marina, quae vacua, & incolis ſuis privata, ad nos perveniunt."

Num. 8.

nière dont ils croiſſent en-embas (*). Paſſons maintenant à la description particulière de chacune des pièces repréſentées dans les Planches ci-jointes.

N°. 1. *Eponge ſimple, tubuleuſe.*

Cette Plante, dont le port varie extrêmement, ne peut guère recevoir d'autre nom que celui d'Eponge, puisqu'elle reſſemble parfaitement aux Eponges par ſa conformation, quoiqu'elle paroiſſe tenir de la nature de la corne. Elle eſt effectivement compoſée de particules un peu dures & rudes au toucher, d'un tiſſu très-fin, de couleur brune, & faite en tubules.

N°. 2. *Eponge faite en manière d'éventail, noire, à fibres roides & très-déliées.*

On nous a envoyé des Indes Orientales cet Eventail marin, qui eſt des plus rares, & que l'on trouve ſur les côtes d'Aroë. Il eſt de couleur noire, & forme un Réſeau fait en Eventail, d'un tiſſu très-ſerré, & dont les filets ſont roides & déliés. Sa tige eſt groſſe, mais elle ſe partage bientôt en petits rameaux, dont la fineſſe augmente à meſure qu'ils ſe diviſent. Elle tient de la nature de la corne & de l'éponge, & peut par conſéquent être rangée dans la claſſe de l'une ou de l'autre de ces deux productions.

N°. 3. *Alcyonium irrégulier, roide, membraneux & celluleux.*

Les Auteurs qui traitent des Plantes marines, donnent d'ordinaire le nom d'*Alcyonium* aux diverſes ſortes de productions, qu'on ne ſauroit raporter à aucun genre fixe, à cauſe de leur ſtructure irrégulière: comme s'ils vouloient inſinuer par-là, qu'ils les regardent comme des Nids de ces Oiſeaux que l'on connoit ſous ce même nom. La production dont nous donnons ici la figure, peut être rangée dans cette claſſe. Elle eſt d'une ſubſtance dure, mais elle forme un tiſſu mince & membraneux, dont la plupart des extrémités extérieures ſont autant d'éguillons. Le dedans & le dehors ſont parſemés de cellules, qui ne gardent aucun ordre entre elles. Sa ſtructure membraneuſe eſt d'un noir-brun, & fort tendue.

N°. 4. *Eponge ſemblable à celle du* N°. 2. *mais d'un tiſſu plus lâche.*

N°. 5. *Eponge qui croît en en-haut, très-fine, caſſante, & à rameaux déliés.*

Cette petite Plante rameuſe tient beaucoup plus de la nature de l'Eponge, que celles dont nous venons de donner la deſcription. Elle eſt d'un brun-clair, d'un tiſſu très-fin, douce & tendre au toucher. Elle croît dans les Indes Orientales, ſur les rochers, comme on le peut voir par celle que nous repréſentons ici placée ſur un morceau de pierre détaché du rocher même.

N°. 6. *Plante marine, ligneuſe, à rameaux déliés, & d'un tiſſu fait en forme de réſeau.*

Cette Plante eſt ligneuſe, & d'un jaune tirant ſur le blanc: elle diffère de celles qui tiennent de la nature de la corne, en ce qu'elle eſt plus fragile, & d'un tiſſu plus filamenteux.

N°. 7. Celle-ci ne diffère de celle du N°. 1. que par ſon port.

N°. 8.

(*) „ Depuis Mr. *Seba*, Auteur de cet Ouvrage, Mrs. *Peyſſonel*, *de Juſſieu*, & en dernier lieu Mr. *Ellis*, ont fait voir par des preuves ſans replique, & après des recherches qui marquent beaucoup d'induſtrie & de ſagacité, que pluſieurs de ces productions, pour ne pas dire toutes, ne ſont que l'ouvrage d'une ſorte d'Inſectes, auxquels on a donné le nom de Polypes; que quoiqu'elles ayent le port & la figure de Plantes marines, elles ne ſont néanmoins que le domicile de ces petits animaux; & qu'enfin il en eſt d'elles comme des Coquilles de mer, que nous recevons vuides & dénuées de leurs habitans."

Num. 8. *Planta marina foliacea & ſpongioſa, ſingulari modo ramoſa.*

Segmentum folii arefacti fere refert. Rami craſſiores interventu tenuiorum ac membranacearum propaginum inter ſeſe cohærent. Univerſa materies mollis eſt, flexilis & velut elaſtica. Color purpuraſcens.

Num. 9. *Spongia ramoſa, fibris tenuiſſimis.*

Molliſſimis ſubtiliſſimisque contexta fibrillis, coloris fuſci, in Jamaica quandoque ad litora reperitur. Materies ejus paulo tenerior eſt, quam cornea.

TABULA NONAGESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Spongia rigida, ſimplex, ramoſa.*

Prioris tabulæ Num. 9. multum ſimilis hæc eſt. Duriore tamen magisque cornea conſtat materie: quod veriſimiliter adultiori ejus ſtatui tribuendum. Formae certe, quae intercedit, exigua diſcrepantia vix in id genus rebus alicujus momenti eſt; quum nimis illa variabilis in omnibus animadvertatur. Colore eſt nigricante.

Num. 2. *Spongia rigida, ramoſa, ramis foraminulentis & nodoſis.*

Sordide cinereo, ad fuſcum vergente colore eſt. Ramuli, tuberibus inæquales, paſſim perforati ſunt & excavati. Texturæ ſubtilitate ac denſitate ſpeciebus ſuperioribus antecellit, tenax tamen ſimul & ad tactum rudior. In mari meridionali circa loca ſaxoſa invenitur.

Num. 3. *Fungus coronarius, ligno corrupto adnaſcens.*

Singularem hic exhibemus fungum, qui palis in terram defixis, ſemiputrefactis, adnaſci conſuevit. Colore eſt obſcure griſeo: protuberantes ejus ramuli nigricant, albida tamen margine in faſtigio diſtincti. Dixeris ad arborum potius fungos, quam ad plantas marinas pertinere.

Num. 4. *Alcyonium pilæ rugoſæ ſimile, denſi ſubtilisque contextus.*

Primo ac quinto Alcyonio Mercati in Metallotheca Vaticana congruit. Coloris eſt ex rufo flaveſcentis, pilamque veluti rugis inæqualem refert. Particulis pertenuibus ac modice rigidis concrevit. Ad oras Angliæ & Americæ ſeptentrionalis naſcitur.

Num. 5. *Spongia fragilis, fibris tenerrimis.*

Fibrulæ hujus ſpongiæ quam ſubtiliſſimæ & tenerrimæ nullo ordine inter ſe contextæ ſunt. Colore eſt

N°. 8. *Plante marine, feuilletée, ſpongieuſe, & dont les rameaux ſont diſpoſés d'une manière aſſez ſingulière.*

On la prendroit presque pour un morceau de feuille deſſéchée. Les plus gros rameaux tiennent enſemble à l'aide d'un tiſſu mince & membraneux. Sa ſubſtance eſt molle, flexible, & un peu élaſtique. Elle eſt de couleur de pourpre.

N°. 9. *Eponge rameuſe, à filets très-déliés.*

Cette production, formée de filamens très-mous & très-fins, eſt de couleur brune, & ſe rencontre quelquefois à la Jamaïque ſur le rivage. Sa ſubſtance eſt un peu plus tendre que celle de la corne.

PLANCHE QUATRE-VINGT-SEIXIÈME.

N°. 1. *Eponge roide, ſimple, rameuſe.*

Il y a beaucoup de reſſemblance entre cette Plante & celle du N°. 9. de la Planche précédente. Elle eſt cependant d'une ſubſtance plus dure, & qui tient davantage de la nature de la corne, parce qu'elle eſt apparemment plus vieille. La petite différence qu'on remarque dans ſon port, eſt de peu d'importance dans ces ſortes de productions, puisqu'il n'y en a aucunes qui ſe reſſemblent à cet égard. Sa couleur eſt d'un brun tirant ſur le noir.

N°. 2. *Eponge roide, rameuſe, à branches tuberculeuſes & percées de trous.*

Elle eſt d'un gris ſale tirant ſur le brun. Ses branches ſont tuberculeuſes, & l'on y voit çà & là quantité de trous & de cavités. Son tiſſu eſt beaucoup plus fin & plus ſerré que celui des eſpèces précédentes: elle eſt néanmoins & coriace & rude au toucher. Elle croît ſur le roc dans la mer du ſud.

N°. 3. *Champignon couronné, qui croît ſur du bois pourri.*


Nous repréſentons ici un Champignon aſſez ſingulier, que l'on trouve d'ordinaire ſur des pilotis enfoncés en terre & à demi-pourris. Il eſt d'un gris obſcur: ſes rameaux, qui ſe jettent en enhaut, ſont noirâtres, mais leur ſommet eſt bordé de blanc. On diroit qu'il appartient plutôt aux Champignons des arbres, qu'aux plantes marines.


N°. 4. *Alcyonium qui reſſemble à une boule ridée, d'un tiſſu fin & ſerré.*

Il a beaucoup de raport avec le premier & le cinquième Alcyonium, dont il eſt fait mention dans la *Metallotheca Vaticana* de *Mercatus.* Il eſt d'un roux jaunâtre, & on le prendroit pour une boule ridée. Sa ſubſtance eſt d'un tiſſu très-fin, mais un peu roide. Il croît ſur les côtes d'Angleterre & de l'Amerique ſeptentrionale.

N°. 5. *Eponge caſſante, à filets très-tendres.*

Les filets de cette Eponge ſont très-déliés, très-tendres, & forment


N. 1.
N. 2.
N. 3.
N. 4.
N. 5.
N. 6.
N. 7.
De La Croix fecit. 1735


N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.

eſt griſeo. Quum aquæ immergitur, cito in mucum deliqueſcit, ita tamen, ut priſtinam figuram recuperet, quod ſupereſt, ubi de aqua protractum denuo ſiccatur.

Num. 6. *Alga marina, foliis latioribus, texto lineo aut ſericeo aſſimilis.*

Hæc Algæ ſpecies, ad litora Angliæ & Hollandiæ frequens, perquam ſubtilis, alias longe latioribus, alias & anguſtioribus gaudet foliis, telamque lineam aut ſericeam primo aſpectu refert. Fragilis ceterum eſt & ex flaveſcente colorata.

Num. 7. *Alga marina, caule tenui, diviſo; bacculis oblongis, inter ſe coalitis.*

Singularis hæc Algæ ſpecies, cornea, coloris eſt ex rufo fuſci. Bacculæ paſſim inter ſe denſe coactæ, quandoque & proxime invicem concretæ ſunt. Reperitur in Oceano, nec multum abludit ab illa Algæ ſpecie, quæ de mari Algoſo protrahitur.

TABULA NONAGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Spongia irregularis, laxioris ac foraminulentæ texturæ.*

Parum diſcrepat ab illa, quam Num. 2. præcedentis tabulæ depinximus. Laxius tamen contexta eſt, rarius perforata, ac dilutioris coloris.

Num. 2. *Spongia denſa, fungoſa, tubuloſis ex parte ramis.*

Rara hæc Spongia coloris eſt fuſci, fibris tenuibus denſe contexta. Exurgentes ramuli ad caudicem usque, unde prodeunt, perforati ſunt. Subſtantia ceterum plane fungoſa.

Num. 3. *Spongia ſingularis, lignoſa, ramis recurvis, in totum fiſtulatis.*

Materies hujus plantæ, haud magis ſpongiæ, quam ligni naturam referens, longe compactior eſt denſiorque, quam priorum ſpecierum, & denſitate ſua propius, quam proxime ſuperior, ad fungum accedit. Tubulati recurvique rami videntur in centro ſuo aliud quoddam, forte corneum, aut fruticoſum corpus, eſſe complexi. Color eſt cinereo griſeus; ſuperficies externa undique lævis.

Num. 4. Eadem ſpecies, quam Num. 5. ſuperioris tabulæ deſcripſimus, nec diſcrepans, niſi forma & colore magis griſeo.

Num. 5, 6, 7. *Spongia erecta, ramoſa, mollis atque ſubtilis.*

Spongiarum in his natura magis elucet. Differunt inter ſe ſolo colore. Num. 5. nigreſcit; 6. colore eſt fuſco; 7. dilute luteo. Ad oras Italiæ, Angliæ & Hollandiæ inveniuntur.

TABULA

ment un tiſſu très-irrégulier. Elle eſt de couleur griſe. Lorsqu'on la plonge dans l'eau, elle ſe réſout bientôt en une eſpèce de mucilage, de manière néanmoins que, ce qui en reſte ne manque pas de reprendre ſa première figure, quand on le tire de l'eau & qu'on le fait ſécher.

N°. 6. *Algue marine, à feuilles très-larges, dont le tiſſu reſſemble à du lin ou à de la ſoie.*

Cette eſpèce d'Algue, d'un tiſſu très-fin, ſe trouve fréquemment ſur les côtes d'Angleterre & de Hollande. Elle a des feuilles fort larges, elle en a auſſi de fort étroites. Au premier aſpect on la prendroit ou pour du lin, ou pour de la ſoie. Du reſte, elle eſt caſſante & de couleur jaunâtre.

N°. 7. *Algue marine, à tige grêle, diviſée, & à bayes oblongues qui tiennent les unes aux autres.*

Cette eſpèce d'Algue ſingulière approche de la nature de la corne, & eſt d'un roux tirant ſur le brun. Ses bayes ſont le plus ſouvent ſerrées les unes contre les autres, elles tiennent même quelquefois fortement enſemble. On la trouve dans l'Océan, & elle ne diffère pas beaucoup d'une autre eſpèce d'Algue que l'on pêche dans la mer qui a ſon nom de la quantité prodigieuſe d'Algues, qu'elle porte.

PLANCHE QUATRE-VINGT-DIX-SEPTIÈME.

N°. 1. *Eponge irréguliere, d'un tiſſu fort lâche & percé de trous.*

Elle diffère peu de celle que nous avons repréſentée au N°. 2. de la Planche précédente: elle eſt cependant d'un tiſſu moins ſerré, elle a moins de trous, & ſa couleur eſt moins foncée.

N°. 2. *Eponge épaiſſe, mollaſſe, à rameaux en partie tubuleux.*

Cette Eponge peu commune eſt de couleur brune, d'un tiſſu ſerré & fin. Ses rameaux ſont percés juſqu'à l'endroit de la tige d'où ils partent. Elle tient entièrement de la nature du champignon.

N°. 3. *Eponge ſingulière, ligneuſe, à rameaux recourbés, & tout-à-fait tubuleux.*

La ſubſtance de cette plante tient également & de la nature de l'éponge & de celle du bois. Elle eſt beaucoup plus compacte & beaucoup plus ſerrée que les eſpèces précédentes, & c'eſt par ſa denſité qu'elle a avec le champignon plus de raport que la dernière. Ses rameaux tubuleux & recourbés paroiſſent contenir dans leur centre quelque autre corps, qui tient peut-être ou de la nature de la corne, ou de celle d'un arbuſte. Sa couleur eſt d'un gris-cendré, toute ſa ſurface eſt liſſe.

N°. 4. Celle-ci eſt de la même eſpèce que celle dont nous avons donné la deſcription au N°. 5. de la Planche précédente, elle n'en diffère que par ſa forme & par ſa couleur plus griſâtre.

N°. 5, 6, 7. *Eponge droite, rameuſe, molle, & d'un tiſſu fin.*

La ſubſtance ſpongieuſe ſe fait également bien remarquer dans ces Eponges. Elles ne diffèrent entre elles que par la couleur. Celle du N°. 5. eſt noirâtre; celle du N°. 6. eſt brune, & celle du N°. 7. eſt d'un jaune clair. On les trouve ſur les côtes d'Italie, d'Angleterre & de Hollande.

TABULA NONAGESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Alga marina, foliis oppoſitis, ad extremitates veſiculis ac penicillis conſita, fragmento ſuberis, cui conchæ anatiferæ, balani & vermes marini inſident, adnata.*

Alga, quam hic exhibemus, caudice conſtat plano, folioſo, aſſurgente, cujus medium coſta diſtinguit tenuis, firma tamen, ad apicem usque protenſa. In eodem, qua parte oppoſita utrinque folia ſeſe expandunt, tres conſpiciuntur veſiculæ, cavæ plerumque & inanes. Folia ejusdem, ac caudex, materiæ ſunt, validaque itidem diſtinguuntur coſta, in coſtam caudicis procurrente. Extremum caudicis in plures ſecedit ramulos, veſiculis villoſiſque apicibus conſitos. Recentis plantæ color eſt ſaturate virens aut olivinus. Eamdem, uti ex icone liquet, fragmento ſuberis adhærentem, Zandvordo transmiſſam accepimus, ad cujus litus poſt tempeſtatem appulſa fuerat. Iſthæc, & quæ ſequuntur, ſpecies, recentes, tenaci, flexibili ac glutinoſa veluti omnes natura ſunt, ſuperficie glabra & ad tactum pingui. Suberi præterea varia etiam conchylia adnata cernuntur, quæ vulgo apud Belgas a longo collo nomen habent, Latinis autem Conchæ anatiferæ audiunt. Vetus nimirum fabula eſt inter homines nauticos etiamnum vigens, anates inde provenire; quum animalculum, quod in hac concha habitat, ramoſis quaſi villis, qui ſpeciem pennarum aliquo modo referunt, gaudeat: uti in nonnullis ex icone videre eſt. Anates, quæ iſtud ferculum in deliciis habent, una cum pullis ſuis, magno numero, ad ea loca confluunt, ubi hæ conchæ occurrunt, quæ quidem longo ſuo, velut inteſtiniformi, collo ſeſe adfigunt quibusvis rebus in mari obviis, aut fluctuantibus in aquarum ſuperficie, aut arboribus, quæ ad oras quarumdam inſularum ramis ſuis deorſum inclinatis in mare propendent. Inde olim creditum, in Scotia anates ad ramos arborum naſci. Præter id genus concharum, plurimi quoque balani minores, oblongi, albicantes, & tubuli vermium hic conſpiciuntur. Conchæ hæ anatiferæ ex quinque veluti valvis, albentibus, compoſitæ ſunt, hinc una cum balanis ad claſſem conchyliorum multivalvium pertinent.

Num. 2. *Alga marina, ramis diviſis, planifoliis; veſiculis ad foliorum extremitates acuminatis, conicis.*

Eadem hæc Algæ ſpecies videtur, ac prior ſuberis fragmento inſidens. Ejusdem certe naturæ eſt: differt tamen eo, quod caudex nequaquam, uti prior, in folia lateralia ſeſe expandat, ſed in ramos diſparetur uniformes, qui, æque ac caudex, veſicularibus cavulis, inter ſe oppoſitis, inſtructi ſunt. In extremitatibus nonnullorum ramorum tria conſpiciuntur corpuſcula veſicularia, cava & in acumen convergentia, haud abſimilia fructui Piperis dicti Hiſpanici, utcunque aculeata ac pungentia, intus mucagine plena, aut & nonnunquam vacua. Planta iſthæc in ſiliculo ita defixa hæret, ut eamdem ſua radice, ſeu baſi, prorſus contegat. Subtus etiam parvi balani aliquot adnati ſunt. Ad oras Angliæ ac Hollandiæ, tum & in mari Atlantico reperitur.

Num. 3. *Alga marina, ramis plurimis, tenuibus, longis; veſiculis oblongis, ſiliquarum æmulis.*

Et hæc ejusdem, ac antecedentes, naturæ eſt, multisque conſtat ramis, longis, planisque, quorum ex-

PLANCHE QUATRE-VINGT-DIX-HUITIÈME.

N°. 1. *Algue marine, à feuilles oppoſées, garnie à ſon extrémité de véſicules, & d'un grand nombre de fibres chevelües diſpoſées en manière de touſes ou d'aigrettes, laquelle a pris naiſſance ſur un morceau de liège, que l'on voit tout chargé de Conques anatifères, de Glands & de Vers de mer.*


L'Algue, que nous repréſentons ici, eſt compoſée d'une tige plate, garnie de feuilles, qui croît en hauteur, diviſée dans le milieu par une côte ou nervure déliée, mais ferme, & qui s'étend juſqu'au ſommet. A l'endroit de cette tige, d'ou partent les feuilles oppoſées par paires, ſe voient trois véſicules, qui ſont le plus ſouvent creuſes & vuides. Les feuilles ſont de la même ſubſtance que la tige, & ont comme elle, auſſi dans leur milieu, une forte nervure, qui va s'inſérer dans celle de la tige. Le haut de la tige ſe diviſe en pluſieurs petits rameaux, dont les ſommités ſont chevelüës & garnies de véſicules. La plante encore toute récente eſt d'un vert foncé ou olivâtre. Nous la repréſentons ſur le morceau de liège où elle a pris naiſſance, & telle qu'on nous l'a envoyée de Zandvoord, où elle avoit été jettée après une violente tempête. Cette plante & les eſpèces ſuivantes, lorsqu'elles ont encore leur fraîcheur, ſont toutes tenaces, flexibles, viſqueuſes, liſſes & graſſes au toucher. On voit encore ſur le même bois de liège divers Coquillages, qui y ont crû, & que les Hollandois déſignent d'ordinaire par un nom qui marque la longueur de leur cou. Les Latins les appellent Conques anatifères, c'eſt-à-dire, Coquillages qui produiſent des Canards. Suivant une vieille fable, qui a encore cours aujourd'hui parmi les Marins, il naît des Canards de ces ſortes de Conques; & voici ce qui a donné lieu à cette croyance. L'Animal qui fait ſa demeure dans cette Coquille, eſt garni d'une eſpèce de poils ou filets rameux, que l'on prendroit presque pour des plumes, comme on le voit à quelques-uns de ces Animaux repréſentés dans la figure ci-jointe. Les Canards, qui font leurs délices de ce mêts, ſe rendent en foule, avec leurs Petits, aux endroits où il y a de ces Coquillages, leſquels, à l'aide de leur long cou, fait en manière d'inteſtin, s'attachent à tout ce qui ſe trouve dans la mer, à ce qui flotte au gré des vagues, aux arbres mêmes qui, dans certaines Iles croiſſent ſur le rivage, & dont les branches plongent dans la mer. De-là vient qu'on croyoit autrefois, qu'en Ecoſſe les Canards croiſſoient ſur les branches des arbres. Outre cette eſpèce de Coquillages, on voit encore ici un grand nombre de petits Glands marins, oblongs, blanchâtres, avec des Tuyaux qui ſont l'ouvrage & la demeure de certains Vers. Ces Conques anatifères ſont compoſées de cinq pièces ou valves de couleur blanche; ainſi elles appartiennent, de même que les Glands, à la claſſe des Coquillages multivalves.


N°. 2. *Algue marine, diviſée en branches, ſubdiviſée en rameaux, à feuilles applaties; avec des véſicules coniques & pointuës aux extrémités.*

Cette Algue paroit être de la même eſpèce que la précédente, qui a pris naiſſance ſur un morceau de liège. Sa ſubſtance eſt la même; on y remarque néanmoins cette différence, que ſa tige, aulieu de ſe diviſer, comme la première, en feuilles latérales, ſe partage en branches, & en rameaux inégaux, mais uniformes, qui, de même que la tige, ſont garnis de véſicules creuſes, oppoſées l'une à l'autre. Des extrémités de quelques-uns des rameaux naiſſent trois petits corps véſiculaires, creux, terminés en pointe, & aſſez ſemblables à cette ſorte de fruit que nous nommons Poivre d'Eſpagne: ils ſont même un peu piquans comme des épines, pleins d'une matière gluante, ou quelquefois entièrement vuides. Cette plante eſt ſi bien enracinée dans le caillou ſur lequel elle repoſe, qu'elle l'embraſſe & le couvre entièrement avec ſa racine: on voit auſſi au-deſſous quelques petits Glands de mer, qui y ont pris naiſſance. Elle ſe trouve ſur les côtes d'Angleterre, de Hollande, & dans la Mer Atlantique.

N°. 3. *Algue marine très-touſuë, à rameaux longs & grêles; avec des véſicules oblongues, qui reſſemblent à des gouſſes ou ſiliques.*

Celle-ci eſt encore de la même nature que les précédentes. Elle


N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.


TAB. XCIX.
N.° 1.
N.° 2.
N.° 4.
N.° 3.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.

extrema acutis veluti germinibus fimbriata ſunt. Sparſim etiam veſiculæ cernuntur ovatæ, plerumque viſcoſo humore plenæ, quas non inepte ſiliculis certarum plantarum comparaveris. Olivino quoque obſcuriore, nigreſcente, hæc alga colore eſt, & lapidi adnata, quem minutum inſuper coralium ac muſcus marinus obſidet. In mari Septentrionali creſcit.

Num. 4. *Alga marina, tenuis, ramulis teretibus, minutis Balanis ad extremitates conſita.*

Fruticem hæc Alga æmulatur criſpis ſuis ramulis, tenuibus ac teretibus. Referri tamen debet ad ſpecies præcedentes; quum textura eandem originem videatur indicare.

Memorabile eſt, quod plerasque omnes ejus ramulorum extremitates Balani marini obſideant, minuti, flaveſcentes: at qui prorſus diverſæ ſunt ſpeciei ab illis, quos fragmento ſuberis inſidentes ad Num. 1. deſcripſimus. Hi nimirum oblongi ſunt, ſiccatique in partes dilabuntur: contra, quos hæc Alga præ ſe fert, breviores, ſimplices, nequaquam ex pluribus ſegmentis conſtant. Referunt adeo Balanos maximæ ſpeciei, qui plerumque una cum conchis anatiferis, ante deſcriptis, parti poſticæ ac laterali gubernaculi navium mercenariarum, quæ ex Indiis Orientalibus ad nos revertuntur, accreſcunt. Animalculum intus habitans flavi ac ſanguineo-rubri eſt coloris, ſuperiusque oſtium ſuæ teſtæ occludit roſtello itidem teſtaceo, quod ipſius animalculi potius, quam teſtæ, pars haberi debet. Roſtellum iſtud binis conſtat ſegmentis, quorum quodvis iterum bifidum eſt: ut adeo quælibet particula triangulo ſcaleno haud male comparetur; præterquam quod poſteriores duæ particulæ, ſubtus, oblongo veluti pediculo gaudeant, quo fit, ut formam trullæ cæmentariæ utcunque exprimant. Inter hæc ſegmenta, quæ uti exactiſſime ſibi invicem congruunt, ita diduci quoque poſſunt, animalculum penicillos emittit plumatiles, more pholadum, quibus haud dubie ad alimoniam ſuam attrahendam utitur. Sandvordo quoque miſſum accepimus hoc ſpecimen, cujus paulo nigricantior eſt, quam prioris, color.

Num. 5. *Alga marina, ramulis planis, obtuſis, late expanſis, ad ſimilitudinem foliorum Quercus.*

Hæc ab illa, quam Num. 2. exhibuimus, vix diſcrepat, niſi quod maſſulis, quæ ſemina aut fructus referant, careat, ramulosque aut folia habeat diſparis formæ. Externa ſuperficies tota quanta obtegitur cruſta griſea, tenui, retiformi, quæ veroſimiliter induſtriæ quorumdam animalculorum debetur. Ceterum, uti priores, ſilici quoque adnata eſt, minutisque plantulis marinis & muſco obſeſſa, ac de litore pagi maritimi *Zandvoord* ad nos delata.

TABULA UNDECENTESIMA.

Num. 1. *Alga marina, foliis racematim caudici denſe adnatis.*

Species hæc illi, quam poſtremo loco in ſuperiore tabula deſcripſimus, per omnia ſimilis eſt. Color tamen paulo magis ad fuſcum vergit. Litora noſtra id genus plantis, figura plurimum inter ſe differentibus, ſcatent.

Num. 2.

le forme une touffe épaiſſe, compoſée d'un grand nombre de rameaux longs, plats, dont les extrémités ſont garnis de bourgeons pointus. On lui remarque auſſi des véſicules ovales, remplies d'ordinaire d'une humeur visqueuſe, & qui reſſemblent aſſez aux ſiliques de certaines plantes. Elle eſt de couleur d'olive ſombre & tirant ſur le noir. On la voit ici repréſentée ſur une pierre où elle a pris naiſſance, de même qu'un petit Corail & une Mouſſe marine. Elle croît dans la Mer du Nord.

N°. 4. *Algue marine, déliée, à rameaux arrondis, dont les extrémités ſont garnies de petits Glands marins.*

Cette Algue reſſemble à un arbuſte par ſes rameaux crépus, déliés & arrondis. On doit cependant la raporter aux eſpèces précédentes; puisqu'elle eſt d'un tiſſu qui ſemble indiquer la même origine.

Ce qu'il y a de bien remarquable, c'eſt que la plupart des extrémités de ſes rameaux ſont garnies de petits Glands jaunâtres; mais qui ſont d'une eſpèce entièrement différente de ceux que l'on voit ſur le morceau de liège du N°. 1. & dont nous avons donné la deſcription. Ceux-ci ſont oblongs, & tombent en pièces lorsqu'ils ſont deſſéchés. Ceux, au contraire, dont il eſt ici queſtion, ſont plus courts, ſimples, & ne forment qu'une ſeule pièce. Ils reſſemblent à ces Glands de la grande eſpèce, qui s'attachent d'ordinaire, avec les Conques anatifères dont on a donné ci-deſſus la deſcription, à la partie poſtérieure & latérale du gouvernail des vaiſſeaux marchands qui reviennent ici des Indes Orientales. Le petit Animal, qui loge dans ces Glands, eſt jaune & d'un rouge de ſang: il ferme l'ouverture ſupérieure de ſa coquille avec un bec de même matière que la coquille, & qui appartient plus au petit Animal qu'à la coquille. Ce bec eſt compoſé de deux ſegmens, qui ſont encore l'un & l'autre partagés en deux; de manière que chaque portion reſſemble aſſez bien à un triangle ſcalène: de plus, les deux portions poſtérieures ſont garnies en deſſous d'une eſpèce de long pédicule, ce qui fait qu'elles reſſemblent aſſez bien à une truelle de maçon. Du milieu de ces ſegmens, qui peuvent s'ouvrir & ſe fermer fort exactement, petit Animal fait ſortir, comme les Pholades, des filamens garnis de duvet, dont il ſe ſert ſans doute pour prendre ſa nourriture. C'eſt encore du village de Zandvoord qu'on nous a envoyé cette production, dont la couleur tire un peu plus ſur le noir que la précedente.

N°. 5. *Algue marine, à rameaux aplatis, obtus, larges comme les feuilles du Chêne.*

Celle-ci ne diffère de celle que nous avons repréſentée au N°. 2. qu'en ce qu'elle n'a point ces petits corps qui reſſemblent aux ſemences ou aux fruits, & que ſes rameaux & ſes feuilles ont une toute autre forme. Sa ſurface extérieure eſt par-tout couverte d'une croute griſe, mince, faite en manière de réſeau, & qui eſt apparemment l'ouvrage de quelques Animalcules. Elle croît, comme les précédentes, ſur un caillou, & elle eſt toute parſemée de petites plantes marines & de mouſſe: on la trouve ſur le rivage de Zandvoord, d'où nous l'avons reçuë.

PLANCHE QUATRE-VINGT-DIX-NEUVIÈME.

N°. 1. *Algue marine, garnie de feuilles ſerrées, & attachées à la tige en manière de grape.*

Cette eſpèce reſſemble en tout à celle dont nous avons donné en dernier lieu la deſcription dans la Planche précédente. Sa couleur tire cependant un peu plus ſur le brun. On trouve ſur nos rivages quantité de ces ſortes de plantes dont la figure varie extrêmement.

N°. 2.

Num. 2. Ejusdem iſta generis eſt, ac prior ad Num. 6. Tabulæ nonageſimæ & ſextæ deſcripta; niſi quod foliis gaudeat longioribus.

Num. 3. *Alcyonium* hoc eſt, quale ad Num. 4. Tabulæ nonageſimæ & ſextæ exhibuimus, nec niſi figura ab hoc diſcrepat.

Num. 4. Et iſtud perquam ſingulare maris productum ad *Alcyonia* referendum eſſe videtur. Texturæ eſt denſæ, ſpongioſæ; leve; foris tuberoſum; coloris ex fuſco flaveſcentis. Forma fere fructum alicujus plantæ æmulatur. Vid. *Mercati Metallothec.* Cap. de *Alcyoniis.*

Num. 5. *Alga marina, foliis in modum Roſæ patulæ compoſitis.*

Ejusdem ſpeciei eſt, ac quas ad Num. 5. Tabulæ præcedentis, & ad Num. 1. hujus Tabulæ exhibuimus. Figura tamen differt.

Num. 6. Videtur itidem *Alcyonium* eſſe, uti quod Num. 3. habetur. Coloris eſt undique gryſei.

Num. 7. *Spongia, ramis craſſiuſculis, tenax, tota ſuperficie apiculis tenuibus, mollibus, denſe conſita.*

Ad oras Delminæ frequens occurrit. Eſt vero coloris ex dilute fuſco cinerei, ac undiquaque apiculis gracilibus, flexilibus, ſpiſſe aggeſtis, hiſpida.

TABULA CENTESIMA.

Num. 1 & 2. *Muſcus marinus, capillaceus, adnatus Fuco marino filiformi.*

Lapillis ſeſe adfixerunt iſti pilorum perſubtilium ac tenerorum faſciculi, ex cinereo gryſei coloris. Subtus accrevit Fuci marini ſpecies nigricans, chordam referens. Ora maritima Catvici & Scheveningæ id genus exhibet.

Num. 3. *Muſcus marinus capillaceus, ramulis longioribus, diviſis.*

Ramuli iſtius Muſci irregulariter quidem, uti in priore, at profundius tamen diviſi ſunt & longiores. Coloris eſt ex rufo fuſci. Zandvordo accepimus conchæ adnatum.

Num. 4, 5 & 6. *Frutices marini, lignoſi, ramulis teretibus, lævibus.*

Arbuſculæ hæ, materie lignea contextæ, in ramulos primarios, teretes, hique viciſſim in alios minores, ſine ordine ſeſe dividunt. Color eſt dilute flavens. Materies denſa, compacta, nequaquam cornea, ſed lignoſa.

Num. 7. *Pila corallina, tubuloſa.*

Quum nihil radiati in poris tubulorum compareat, ſed orbiculare modo cavum, Madreporis accenſeri

N°. 2. Celle-ci ne diffère de celle qui eſt décrite au N°. 6. de la Planche quatre-vingt-ſeizième, qu'en ce que ſes feuilles ſont plus longues.

N°. 3. C'eſt un *Alcyonium*, qui ne diffère que par la figure de celui que nous avons repréſenté au N°. 4. de la Planche quatre-vingt-ſeizième.

N°. 4. Cette production marine tout-à-fait ſingulière ſemble devoir être raportée à la claſſe des *Alcyonia*. Elle eſt d'un tiſſu ſerré, ſpongieux, liſſe; hériſſée en dehors de tubercules, & d'un brun jaunâtre. Sa figure eſt telle, qu'on la prendroit pour le fruit de quelque plante. Voyez *Mercati Metallotheca*, cap. *de Alcyoniis.*

N°. 5. *Algue marine, dont les feuilles ſont diſpoſées comme celles d'une Roſe épanouïe.*

Elle eſt de même eſpèce que celles que l'on a repréſentées au N°. 5. de la Planche précédente, & au N°. 1. de cette Planche: ſa figure eſt cependant différente.

N°. 6. Il me ſemble que c'eſt encore un *Alcyonium*, comme celui que l'on voit au N°. 1. Il eſt par-tout de couleur griſe.

N°. 7. *Eponge à rameaux aſſez gros, coriace, dont la ſuperficie eſt toute hériſſée d'un grand nombre de pointes déliées.*

On la trouve fréquemment ſur les côtes de *Delmine*. Elle eſt d'un brun cendré clair, & par-tout hériſſée de pointes grêles, flexibles, drues.

PLANCHE CENTIÈME.

N°. 1 & 2. *Mouſſe marine, cheveluë, attachée à un Fucus marin fait en manière de ruban.*

Ces faiſceaux de Filamens très-déliés & tendres ont pris naiſſance ſur de petites pierres, & ſont d'un gris cendré. Ils tiennent pardeſſous à une eſpèce de Fucus marin noirâtre, qui reſſemble à un cordon. On en trouve communément ſur le rivage de Katwyk & de Schevening.

N°. 3. *Mouſſe marine, cheveluë, à rameaux très-longs & diviſés.*


Les rameaux de cette Mouſſe ſe partagent irrégulièrement comme ceux de la précédente, mais à une plus grande profondeur, & ſont auſſi plus longs. Elle eſt d'un brun tirant ſur le roux. Nous l'avons reçuë de Zandvoord avec la coquille ſur laquelle elle a pris naiſſance.

N°. 4, 5 & 6. *Arbriſſeaux marins, ligneux, à rameaux arrondis & liſſes.*

Ces Arbriſſeaux de ſubſtance ligneuſe ſe diviſent d'abord en branches arrondies, qui ſe ſubdiviſent à leur tour en rameaux, ſans garder aucun ordre. Leur couleur eſt d'un jaune clair. La matière dont ils ſont formés, eſt ſolide, compacte, ligneuſe, & ne tient point du tout de la nature de la corne.

N°. 7. *Boulette coralline, tubuleuſe.*

Comme les cavités de ſes tuyaux ou tubules ne ſont point rayées,


N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.
N.° 10.
N.° 11.
N.° 12.
N.° 13.
N.° 14.
N.° 15.
N.° 16.
N.° 17.
a ....
b ....
N.° 18.
.. a
N.° 19.
a ....

ſeri haud poteſt. Forma gaudet ſphærica, nec niſi ex tubulis brevibus, teretibus, inter ſeſe junctis, ſubflavis, conſtat.

Num. 8. Hæc congeries eſt minutorum tubulorum, valde ſubtilium, quos vermiculi videntur inhabitaſſe, eumque in modum, magno numero, invicem conglutinaſſe. Longe majores craſſioresque ſæpe occurrunt, multumque nocent coralliis conchyliisque marinis; ut quibus adnaſci amant, ac jugi ſuo incremento & multiplicatione corruptionem denique inferunt. Coloris ſunt griſei, & ad litora quævis ſaxoſa inveniuntur, quibusvis fere corporibus, quæ in mari verſantur, adnaſcentes.

Num. 9. Conformatione tantum & colore diſcrepat ab illis ſpeciminibus, quæ ad Num. 4, 5 & 6. tradita ſunt. Cruſta tartarea, albicans, lignoſam ſubſtantiam circumquaque contegit.

Num. 10. *Alga marina, foliis tenuibus, cinereogriſei coloris.*

Folia hujus plantulæ, quæ haud frequenter occurrit, perquam tenuia & ſubtilia ſunt, lævia ſimul, ac profunde utrinque inciſa. Color cinereogriſeus in album vergit.

Num. 11. *Planta marina, foraminulis denſiſſime pertuſa, fragilis,* Eſchara *vel* Millepora *dicta.*

Denticulatæ fimbriæ ſimilis hæc plantula membranam refert regularibus undique porulis perviam; ut ideo nomen coralii denticulati, aut & milleporæ, acceperit. Colore eſt ſordide griſeo, forma autem multum ſæpe diſcrepante: uti apud Imperatum aliosque autores videre licet. Invenitur in Amboneſi aliisque maribus.

Num. 12. *Corallodendron pertenue, & torrefacto corio ſimile.*

Hæc etiam plantula inter Eſcharas ab Autoribus refertur. Diceres tenui conſtare corio, quod recens ab igne ambuſtum ſeſe criſpat. Materies ejus tenera valde & fragilis eſt, color flaveſcens, criſpatio multa, irregularis.

Num. 13, 14 & 15. *Corallina officinarum, ramulis articulatis.*

Hoc quidem nomine potiſſimum nota eſt hæc plantula; quanquam ab aliis quoque aliter appelletur. C. Bauhino Muſcus Maritimus ſive Corallina officinarum audit: Dalechampio Fucus capillaceus. Creſcit fere ad altitudinem duorum triumve pollicum, multis aſſurgens cauliculis, qui in ramulos laterales ſeſe dividunt. Univerſam ſuperficiem cruſta tegit lapidoſa, dilute thalaſſini viroris, quandoque & ex rufo rubens aut albida, ſimul tamen in articulos veluti diviſa. In mari mediterraneo, & frequenter ad oras Angliæ invenitur. Medicis quoque in uſu eſt.

Num. 16. *Ceratophyton ramulis ſpinoſis.*

Materie conſtat cornea, flexibili, acutisque ſpinulis horret. Color eſt dilute flaveſcens.

Num.

yées, mais orbiculaires, on ne doit pas la ranger dans la claſſe des Madrepores. Elle eſt ſphérique, & toute compoſée de tuyaux courts, ronds, joints les uns aux autres, & de couleur jaune.

N°. 8. Cette production n'eſt qu'un amas de petits tuyaux très-fins & très-déliés. Il y a lieu de croire qu'ils ont fait la demeure d'un grand nombre de Vermiſſeaux, qui les ont colés & joints enſemble de la manière qu'on le voit ici. Il s'en rencontre ſouvent de bien plus grands & de bien plus gros, & ils font beaucoup de tort aux Coraux & aux Coquillages de mer; car comme ils cherchent à s'y attacher, & alors y prennant continuellement de nouveaux accroiſſemens, ils y multiplient, & y introduiſent par conſéquent une eſpèce de corruption qui les gâte & les détruit. Ils ſont de couleur griſe; & on les trouve ſur les rochers qui bordent la mer, ils croiſſent même auſſi ſur la plupart des autres corps qui ſont dans la mer.

N°. 9. Celle-ci ne diffère que par la forme & par la couleur, de celles que l'on a repréſentées au N°. 4, 5 & 6. Sa ſubſtance ligneuſe eſt par-tout couverte d'une croute ou écorce tartreuſe & blanchâtre, qui y eſt fortement attachée.

N°. 10. *Algue marine, à feuilles minces, d'un gris cendré.*

Cette petite plante ne ſe trouve pas fréquemment. Ses feuilles ſont minces, fines, liſſes, & découpées de chaque côté fort profondément. Sa couleur eſt d'un gris cendré tirant ſur le blanc.

N°. 11. *Plante marine, toute percée de petits trous fort drus, caſſante, connue ſous le nom d'*Eſchara *ou* Millepore.

Cette petite plante reſſemble aſſez bien à de la Dentelle, en ce qu'elle eſt parſemée de toutes parts de quantité de petits pores réguliers; ce qui lui a fait donner le nom de Corail dentelé ou Millepore. Elle eſt d'un gris ſale; mais ſa figure varie extrêmement, comme on peut s'en convaincre en conſultant Impérati & ceux qui en ont traité. On la trouve dans la mer d'Amboine & encore dans d'autres mers.

N°. 12. *Corallodendron très-mince qui reſſemble à du cuir grillé.*

Les Auteurs mettent auſſi cette plante au nombre de celles qu'on nomme *Eſchara.* On diroit qu'elle eſt compoſée d'un cuir mince, qui ſe racornit quand il vient d'être roti au feu. Elle eſt d'une matière très-tendre, & caſſante; ſa couleur eſt jaunâtre; elle ſe replie beaucoup, & d'une manière irrégulière.

N°. 13, 14 & 15. *Coralline des Apoticaires, à rameaux articulés.*

Cette petite plante eſt connue particulièrement ſous ce nom, quoique d'autres l'appellent encore autrement. C. Bauhin la nomme *Muſcus maritimus ſive Corallina Officinarum*, c'eſt-à-dire, Mouſſe marine ou Coralline des Boutiques; & Dalechamp l'appelle *Fucus capillaceus*, c'eſt-à-dire, Fucus chevelu. Elle s'éléve presque à la hauteur de deux ou trois pouces, jettant pluſieurs branches, qui ſe diviſent en rameaux latéraux. Toute ſa ſuperficie eſt enduite d'une croute pierreuſe, d'un verd de mer clair, & quelquefois même d'un roux rougeâtre ou blanchâtre. Ses branches & ſes rameaux ſe partagent en pluſieurs digitations. On trouve cette production dans la mer méditerranée, & même en quantité ſur les côtes d'Angleterre. On s'en ſert auſſi dans la Médecine.

N°. 16. *Cératophyton à rameaux épineux.*

Cet arbuſte eſt compoſé d'une matière flexible, qui tient de la nature de la corne. Il eſt armé & tout hériſſé de piquans pointus. Sa couleur eſt d'un jaune clair.

N°.

Num. 17, 18 & 19. *Corallina Equiseti forma.*

Nomen inde accepit, quod caudæ equinæ aut & ſcoparum, quibus canthari expurgantur, ſimilitudinem præ ſe ferat. Naturæ eſt corneæ, coloris ex flaveſcente fuſci. Caudex erectus alternis geniculis interſtinguitur. Extrema caudicis genicula emittunt in omnem ambitum tenues ramulos, ſetiformes. Reperitur ad Angliæ Scotiæque litora. *Sibaldus* Scotiæ illuſtratæ part. 1. libr. 1. pag. 56. ejus quidem deſcriptionem, nec tamen ſatis accuratam iconem exhibuit. Ad lit. *a.* Num. 17. alia ejusmodi plantula marina adſtat: ad lit. *b.* Stellula marina habetur, cujusmodi in noſtro litore Scheveningæ eſt reperire. Num. 18. lit. *a.* ſingularis admodum juncus marinus cernitur, corneus, cavus, cujus ſuperficies undique porulis denſiſſime conſita eſt. Sub lit. *a.* Num. 19. tubulorum vermicularium congeries, qualis Num. 8. deſcripta eſt, datur.

TABULA CENTESIMA ET PRIMA.

Num. 1. *Fucus marinus, ſiliculas ferens, Corallina falciformi petiolum ejus circum ambiente.*

Caudice hic Fucus conſtat erecto, e cujus lateribus propagines emittuntur ſiliculis ſimiles. Materies ejus tenax, flexibilis ac lævis eſt, videturque adeo ad ſpecies tum paulo ante deſcriptas, tum quæ ſequuntur, pertinere. Huic ſeſe circumvolvit alia quædam ſpecies, lutei coloris, de genere Corallinarum ſubtiliorum, quæ ob figuram ſuam falcatæ vel falciformes vocantur. Creſcit ad oras Angliæ & Hollandiæ.

Num. 2. *Alia ſpecies Corallinæ, Equiſeti forma, adnata Conchæ, quæ Oſtreum echinatum eſt.*

Corallodendri hæc alia ſpecies eſt, utcunque priori ſimilis, ſed ramulis longe rarioribus ac tenuioribus gaudens. Pro baſi eſt concha, echinata, crepitaculum leproſi dicta, ante inter conchylia bivalvia deſcripta, cui nitide inſidet. Videtur adeo in mari Indico nata eſſe.

Num. 3. *Alga marina, foliis anguſtis, non ſerratis.*

Autoribus nomine *Sargaſſo* venit. Anguſta foliola, quorum margines nequaquam, ut in vulgari Alga, ſerrati ſunt, ex olivino colore flaveſcunt. Hæc inter comparent germina coloris multo obſcurioris, ſimilitudine ſeminum aut floſculorum. In mari, quod algoſum vocant, copioſe invenitur.

Num. 4. *Fucus marinus foliis & fructibus conſpicuus.*

Caudex ſingularis iſtius Fuci, æque ac ſuperior & inferior ramus, cruſta veluti tartarea, flaveſcente, paſſim ſtellatis porulis conſpicua, undiquaque fere obtegitur. Bina folia lateralia, tum &, quæ de apice propullulat, veſica aut fructus, nigricantem colorem guttis albidis interſtinctum monſtrant. Qui ſub apice utrinque e trunci latere prodeunt, fructus inter ſe diſcrepant: alter enim acutis ſpinulis aſper, dilute flaveſcit; alter lævis, fuſcus, adnata monſtrat duo Corallinarum germina; utriusque petiolus quoque germinibus conſitus eſt.

Num. 5

N°. 17, 18 & 19. *Coralline faite en manière d'*Equiſetum *ou Queue de cheval.*

On lui donne ce nom, parce qu'elle reſſemble aſſez à une queue de cheval ou à une ſorte de petit balai dont on ſe ſert pour nétoyer certains vaſes. Elle tient de la nature de la corne, & eſt d'un brun jaunâtre. Sa tige eſt droite & garnie de nœuds poſés alternativement. Les nœuds de l'extrémité de la tige jettent de toutes parts de petits rameaux déliés ſemblables à des poils. Cette Coralline ſe trouve ſur les côtes d'Angleterre & d'Ecoſſe. Sibaldus en fait la deſcription dans ſa *Scotia illuſtrata, part. 1. Lib. 1. pag. 56.* mais la figure qu'il en donne n'eſt pas aſſez exacte. Nous avons repréſenté à la *lettre a*, N°. 17. une autre petite plante marine de cette espèce; & l'on voit à la *lettre b* une petite Etoile de mer, de l'eſpèce de celles qui ſe rencontrent ſur le rivage du village de Schevening. La *lettre a* du N°. 18. repréſente un Jonc marin bien ſingulier: il eſt creux, ſa ſubſtance tient de la nature de la corne, & toute ſa ſuperficie eſt parſemée de petits pores fort drus. On voit à la *lettre a* du N°. 19. un tas de petits tuyaux, formés par des Vermiſſeaux, & tels que ceux dont on a donné la deſcription au N°. 8.

PLANCHE CENT-UNIÈME.

N°. 1. *Fucus marin, garni de Siliques, & dont la tige eſt entourée d'une Coralline faite en forme de faux.*

La tige de ce Fucus eſt droite, & pouſſe de chaque côté des jets qui reſſemblent à des gouſſes. Il eſt tenace, flexible, liſſe; ce qui doit le faire placer parmi les eſpèces dont on a déja donné ci-deſſus la deſcription, & parmi celles dont il ſera fait mention ci-après. Il eſt ceint d'une autre ſorte de plante jaune, qui rampe tout autour, du genre des Corallines déliées, auxquelles on donne le nom de falciformes, parce qu'elles ſont faites comme une faux. On en trouve ſouvent ſur les côtes d'Angleterre & de Hollande.

N°. 2. *Autre eſpèce de Coralline, faite en forme de Queue de cheval, qui a pris naiſſance ſur une de ces coquilles d'Huitre qui ſont hériſſées de pointes.*

Voici une autre ſorte de Coralline, qui reſſemble aſſez à la précédente, mais ſes rameaux ſont en plus petit nombre & plus déliés. Elle embraſſe une coquille, que l'on nomme Cliquette de Lepreux, dont on a donné ci-devant la deſcription parmi les Coquilles bivalves, & ſur laquelle elle repoſe fort proprement. Il y a par conſéquent lieu de croire qu'elle eſt originaire de la mer des Indes.


N°. 3. *Algue marine à feuilles étroites, non dentelées.*


Elle eſt connue des Naturaliſtes ſous le nom de *Sargaſſo.* Elle a de petites feuilles d'un jaune olivâtre, mais qui ne ſont pas dentelées comme celles de l'Algue commune. On voit entre ces feuilles des eſpèces de germes d'une couleur beaucoup plus obſcure, qui reſſemblent ou à des ſemences, ou à de petites fleurs. On en trouve en quantité dans cette partie de la Mer méditerranée qui eſt toute couverte d'Algue.

N°. 4. *Fucus marin, garni de feuilles & de fruits.*

La tige de ce Fucus ſingulier, de même que ſes deux branches ſupérieure & inférieure, ſont presque par-tout couvertes d'une croute jaunâtre, qui tient de la nature du tartre, & qui eſt çà & là percée de petits pores étoilés. Les deux feuilles latérales, auſſi-bien que la capſule ou le fruit, qui part du ſommet, ſont parſemés de petits points blancs ſur un fond noirâtre. Les deux fruits que l'on voit un peu au-deſſous du ſommet, & qui partent de chaque côté de la tige, ne ſe reſſemblent point: l'un eſt d'un jaune clair, & tout hériſſé de pointes aigues; l'autre eſt liſſe, brun, & porte deux rameaux ou rejettons de Corallines. Le pedicule de ces deux fruits eſt auſſi chargé de pareils rejettons.

N°. 5


N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.



TAB. CII.
N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.
N.° 10
N.° 11.

Num. 5 & 6. Eſchara, qualem Num. 11. prioris Tabulæ deſcripſimus. Poſſunt hæc ſpecimina oſtendere, quam differenti modo id genus plantularum creſcat.

Num. 7. Fragmentum rupis, cui duæ conchæ echinatæ, ad genus earum pertinentes, quæ crepitacula leproſorum audiunt, adnatæ ſunt. Rubri quoque corallii nonnulla tubercula hic cernuntur; unde diſcere licet, quemadmodum illud radicetur ac creſcat.

Num. 8. *Corallium rubrum, fragile, cum aliis marinorum ſpeciebus concretum.*

Spongioſæ ac fragilis naturæ hoc corallium eſt, cruſtaque corallina, tenui, laxa, veluti contectum. Ad baſin ejus diverſæ aliæ ſpecies tum corallinarum, tum milleporarum, ſeſe adfixerunt.

Num. 9. Hæc altera ſpecies eſt præcedentis Corallii, cui cochlea marina cernitur adglutinata.

TABULA CENTESIMA ET SECUNDA.

Num. 1 & 2. *Frutices marini, arbuſcularum forma, multicolores.*

Elegantia iſta Corallodendra magno numero ad nos deferuntur ex Promontorio bonæ ſpei, ubi de rupibus litoris incredibili copia germinant. Differunt valde coloribus; neque hic vel in eadem plantula unus & idem eſt; ut ideo difficulter duas prorſus inter ſe ſimiles invenire liceat. Quum recens e mari protrahuntur, cruſta lapidea gaudent, quæ plerumque deglubitur, ut cornea materies, arbuſculæ propria, nitidior quippe, quam cruſta, nuda compareat. Autoribus diverſo ſub nomine Lithoxyli, Fuci vel Algæ, veniunt.

Num. 3, 4 & 5. Diverſæ Corallinarum ſpecies, quæ ad idem pertinent genus, cujus aliquot ſpecimina ante expoſuimus. Num. 3. flaveſcit. Num. 4. magis fuſci eſt coloris. Num. 5. ad nigrum vergit. Creſcunt ad Angliæ Belgiique oras.

Num. 6. *Fucus maritimus, major, multifolius.*

Id fere nomen eſt, quo Rajus in ſynopſ. 11. app. 239. hanc plantam compellat. Papyraceæ propemodum tenuitatis eſt, ſimul tamen tenax, nativumque colorem, quem cum ceteris ſui generis communem habet, ſiccata cum nigreſcente commutat.

Num. 7, 8, 9 & 10. *Fucorum maritimorum ſpecies differentes.*

Colore potiſſimum inter ſeſe diſcrepant; quod forte diverſæ eorumdem ætati debetur. Plerumque tamen quibuscunque in oris colorem flaveſcentem amant.

Num. 7. Ex fuſco flaveſcit, paſſim cruſta tartarea obſeſſus.

Num. 8. Obſcure fuſcus eſt, nec niſi ad caulem aliquantum incruſtatus.

Num. 9. Ordinatiore foliatura gaudet, inciſiſque foliis quercum fere æmulatur. Color eſt dilute fuſcus.

Num. 10. Rufi eſt coloris, obſcurioris tamen in medio foliorum.

Num. 11.

N°. 5 & 6. Eſchara ou Millepore, ſemblable à celui dont nous avons donné la deſcription au N°. 11. de la Planche précédente. Nous ne donnons ici ces deux figures, que pour faire voir la différence qu'il y a dans les plantes de cette eſpèce.

N°. 7. Morceau de roc, auquel ſe ſont attachés deux de ces coquilles hériſſées de pointes, qui appartiennent à cette eſpèce de coquillage que l'on connoit ſous le nom de Cliquette de Lepreux. On y voit auſſi quelques jets de Corail rouge; ce qui peut ſervir à nous apprendre de quelle manière il prend racine & s'acroît.

N°. 8. *Corail rouge, fragile, qui s'eſt réuni & a pris naiſſance avec d'autres productions marines.*

Ce Corail eſt ſpongieux, caſſant, & comme enduit d'une croute tartreuſe, mince, lâche. Il s'eſt attaché à ſa baſe diverſes autres eſpèces de Corallines & de Millepores.

N°. 9. Voici un autre Corail différent du précédent, auquel s'eſt collé une coquille de mer.

PLANCHE CENT-DEUXIÈME.

N°. 1 & 2. *Productions marines, faites en arbriſſeaux, de diverſes couleurs.*

On nous apporte quantité de ces magnifiques Coraux du Cap de Bonne-Eſpérance, où il en croît un nombre prodigieux contre les rochers qui ſe trouvent ſur le rivage. Leur couleur varie extrêmement; & même cette variété ſe remarque dans une ſeule & même plante; en-ſorte qu'il eſt difficile d'en trouver deux qui ſe reſſemblent parfaitement. Lorſqu'ils viennent d'être tirés tout récemment de la mer, ils ſont couverts d'une croute pierreuſe, qui ſe détache enſuite ordinairement; de manière qu'on voit alors à découvert la ſubſtance même de l'arbuſte, laquelle tient de la nature de la corne, & dont la beauté l'emporte de beaucoup ſur celle de l'envelope. Les Auteurs les nomment tantôt Lithoxyles, tantôt Fucus ou Algues.

N°. 3, 4 & 5. Diverſes eſpèces de Corallines, qui appartiennent au genre de quelques autres dont on a déja vu ci-deſſus la deſcription & les figures. Le N°. 3. eſt jaunâtre. Le N°. 4. eſt un peu plus brun. Le N°. 5. tire ſur le noir. Elles croiſſent ſur les côtes d'Angleterre & de Hollande.

N°. 6. *Fucus marin, très-grand, à pluſieurs feuilles.*

Cette plante eſt ainſi déſignée par Ray dans ſa *Synopſ.* 11. *app.* 239. Elle eſt preſque auſſi mince que du papier, & cependant fort coriace. Sa couleur eſt la même que celle des autres plantes de ſon eſpèce; mais elle devient noirâtre lorſqu'elle ſe ſèche.

N°. 7, 8, 9 & 10. *Differentes eſpèces de Fucus marins.*

Leur plus grande différence conſiſte dans la couleur; ce qu'il faut peut-être attribuer à leur âge plus ou moins avancé. Ces Fucus ſont néanmoins d'ordinaire, ſur toutes les côtes, de couleur jaunâtre.

Le N°. 7. qui eſt d'un brun tirant ſur le jaune, eſt couvert çà & là d'une croute tartreuſe.

Le N°. 8. eſt d'un brun obſcur, & ce n'eſt qu'à la tige qu'il eſt un peu incruſté.

Le N°. 9. a les feuilles un peu mieux rangées, & elles reſſemblent aſſez à celles du chêne par la manière dont elles ſont échancrées. Sa couleur eſt d'un brun clair.

Le N°. 10. eſt rouſſâtre; mais il y a quelque choſe de plus ſombre dans le milieu des feuilles.

Num. 11. *Fucus marinus, ramosus, caule folioso, foliis angustis, ad margines pilosis.*

Singulare huic est, quod caulis veluti per mediam foliorum longitudinem decurrat. Ceterum flaventi est colore. Foliaturæ divisio irregularis. Tenuissimo velut tomento ambitus foliorum fimbriatus est.

TABULA CENTESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Folium Algæ marinæ, cribriforme, latum, orbiculare.*

Materies tenax & cornea, qua singulare istud folium constat, id ipsum ad algas referendum esse docet; quamvis conformatione ab illis permultum differat. Cribri instar foraminulis dense stipatis pertusum est, in ambitu utcunque serratum; ceterum nigrescit.

Num. 2 & 3. *Algæ marinæ folia magna, lata, reticulata.*

Etsi hæc folia diversitatem aliquam præ se ferunt; credibile tamen mihi videtur ejusdem, ac prius, esse generis. Forte, quod sub numero 2. est, ob qualecunque impedimentum justam perfectionem assequi non potuit. Colore ac materie priori Num. 1. simile est, & parte superiore similibus quoque foraminulis pertusum: at parte ima amplioribus fenestellis reticulatum folio Num. 3. propius accedit, hujusque etiam foliola lateralia utrinque e petiolo prodeuntia monstrat. Color tamen Num. 3. diversus est, dilute fuscus in luteum vergens.

Num. 4. Eandem, quæ præcedente Tabula ad Num. 10. habetur, Algam marinam sistit, sed quæ lutei est coloris, nonnullisque sparsim verruculis consita.

Num. 5. *Alga marina, foliis longis, angustis, germinantibus, tenui tomento in ambitu ornatis.*

Multum hæc a cunctis speciebus prioribus sese distinguit. Tenuia ejus folia de sua superficie undiquaque germina emittunt flosculis fere similia. Margines autem, in modum plantulæ, quam priore Tabula Num. 11. exhibuimus, subtilibus pilis dense consiti sunt. Color sordide luteus.

Num. 6. Corallina isthæc dilute lutei coloris ramulos eleganter nodosos, tuberculis veluti proxime inter se addensatis compositos, ostendit.

TABULA CENTESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Accarbaar, sive Corallodendron, vulgare, rubrum, articulatum.*

Maleitis nomine *Accarbaar* venit. *Boerhaavio* Ind. Hort. L. B. Hippuris videtur appellari. Universus truncus, omnesque ejus ramuli crusta tartarea, rubente, quam facile cultro aut digitis deradere possis, obteguntur. Sub hac materies cernitur velut lapidosa, rubra, rudibus poris dense consita, naturam corallii rubri proxime referens; nisi quod articuli intermedii, quibus distinguitur, materie constent spongiosa, friabili. Indiarum maria hanc plantam magno numero proferunt, quandoque etiam tripedali altitudine rupibus adnascentem: maxime autem circa insulas Batavas & Amboinam frequen-

N°. 11. Fucus marin, branchu, à tige garnie de feuilles étroites & bordées de filets déliés.

Ce qu'il y a de singulier dans cette planté, c'est que sa tige traverse le milieu de la longueur des feuilles. Elle est de couleur jaunâtre. Ses feuilles, assez mal divisées, sont garnies sur les bords d'une espèce de filamens chevelus.

PLANCHE CENT-TROISIÈME.

N°. 1. *Feuille d'Algue marine, percée de trous, large, orbiculaire.*

Ce qui nous détermine à ranger cette feuille dans la classe des Algues, c'est qu'elle est composée d'une matière tenace & qui tient de la nature de la corne; quoiqu'elle soit bien différente de ces sortes de plantes tant par son port que par sa forme. Elle est toute percée, comme un crible, de petits trous fort drus. Ses bords sont dentelés presque en manière de scie; sa couleur tire sur le noir.

N°. 2 & 3. *Feuilles d'Algue marine, grandes, larges, & faites en manière de rézeau.*

Quoiqu'il y ait en apparence quelque différence entre ces feuilles, il me semble cependant qu'il y a lieu de croire qu'elles sont du meme genre que la précédente. Peut-être que celle qui est représentée au N°. 2. a été empêchée, par quelque accident, de parvenir à son entière perfection. Elle ressemble à celle du N°. 1. tant par sa couleur que par sa substance: sa partie supérieure est aussi percée de semblables petits trous; mais vers le bas elle a des mailles plus amples, & approche par-là davantage de celle du N°. 3: elle a même, comme celle-ci, tout en-bas & de chaque côté, de petites feuilles qui tiennent à un pédicule. La couleur de celle du N°. 3. est néanmoins différente: elle est d'un brun clair tirant sur le jaune.

N°. 4. On représente ici la même Algue marine qui se trouve au N°. 10. de la Planche précédente; mais elle est de couleur jaune, & parsemée çà & là de quelques petites verrues.

N°. 5. *Algue marine, à feuilles longues, étroites, garnies de jets, & ornées dans leur pourtour de filets déliés.*


Celle-ci diffère extrêmement de toutes les autres espèces précédentes. Il part de toute la surface de ses feuilles minces, des jets que l'on prendroit presque pour autant de petites fleurs. Ses bords, comme ceux de la petite plante que nous avons représentée au N°. 11. de la Planche précédente, sont parés de filamens chevelus & fort serrés. Sa couleur est d'un jaune sale.


N°. 6. La couleur de cette Coralline est d'un jaune clair. Les nœuds, dont ses branches sont formées, ont quelque chose d'agréable & de joli: ils se suivent de si près, qu'on diroit qu'ils sont colés les uns contre les autres.


PLANCHE CENT-QUATRIÈME.

N°. 1. *Accarbaar*, ou *Corallodendron commun, rouge, articulé.*

Les Malais lui donnent le nom d'*Accarbaar*. Boerhaave (*Ind. Hort. L. B.*) semble l'avoir pris pour un *Hippuris*. Tout le tronc, de même que toutes ses branches, sont couvertes d'une croute tartreuse, rouge, qu'on peut enlever facilement, ou avec le couteau, ou avec les doigts. On voit sous cette croute une matière pierreuse, rouge, parsemée de quantité de pores grossiers, & qui tient beaucoup de la nature du Corail rouge; mais les parties intermédiaires, qui forment chaque division, sont composées d'une substance spongieuse & friable. Il y a beaucoup de ces plantes dans les mers des Indes, où elles croissent contre les rochers, & qui parviennent quelquefois à la hauteur de trois pieds: il s'en trouve sur-


N°. 1.
N°. 4.
N°. 2.
N°. 3.
N°. 5.
N°. 6.


N. 1.
N. 2.
N. 3.
a
a
a
De La Croix f 1735


N. 1.
a
b
a
N. 2.
N. 3.
N. 4.

quenter piſcatorum retibus implicata protrahitur. Incolis pro remedio habetur, cui virtutem alexipharmacam & abſtergentem tribuunt. Aliæ etiam hujus generis ſpecies occurrunt, quæ ſub cruſta rubella, magis in aurantium colorem vergente, corallium album, lapidoſum, monſtrant: quin & plures aliæ, de quibus deinceps agemus.

Num. 2. *Frutex marinus prægrandis, niger, Corallium nigrum dictus.*

In Indiis Orientalibus hanc quoque ſpeciem *Accarbaar* vel *Calbahaar nigrum* appellant: nobis tamen verum videtur Corallium nigrum; quo etiam nomine apud Seplaſiarios venit. Botanicis, uti BOERHAAVIO aliisque, *Keratophyton* dicitur; aliis *lithoxylon* vel *lithodendron* &c. Multum ramoſa arbuſcula corneæ eſt texturæ, truncoque duos tresve nonnunquam pollices craſſo, tres pedes alto, in mari, de rupibus progerminat. Recens e mari protracta utplurimum cruſtam veluti tartaream, cinerei aut rubelli coloris, præ ſe fert, quæ tamen exſiccata plerumque decidit. Graciliores ramuli, filamentis tenuibus terminati, coloris ſunt ex ruſo nigricantis, flexibiles, diaphani, læves: rami contra craſſiores, valde rigidi, nec transparentes, prorſus nigri, longitudinaliter velut contorti excavantur. Circa inſulas Amboinenſes & Moluccas, ſex octove orgyarum profunditate ſub maris ſuperficie, creſcit. Indi, pro more ſuo, vægrandes ei attribuunt vires medicatas; quin & armillas aliaque ornamenta inde conficiunt. Obſoleta planta tenuiores ramulos maximam partem detritis extremitatibus obtuſos exhibet, eaque forma a *Beſlero* aliisque autoribus depingitur.

Num. 3. *Frutex marinus ſpinoſus, ſerpentiformis.*

Rara hæc ſpecies, ſingulari admodum ratione conformata, lignoſæ potius, quam fruticoſæ, naturæ, coloris ex fuſco rufi, tenax & valde compacta eſt. Reptantis inſtar ſerpentis ſinuoſa trunco non tereti conſtat, ſed utrinque compreſſo, ac per medium veluti canaliculato; prout lit. *a. a. a.* videre eſt. Sinus plerique tuberculo acuto obſidentur.

TABULA CENTESIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Rupes calcaria, variis fruticum marinorum, qui ventilabra marina vocantur, ſpeciebus ornata.*

Extenſio applanata his arbuſculis nomen ventilabrorum fecit. Autoribus *Keratophyta* dicuntur. Quæ lit. *a. a.* notantur, perquam ſingulares ſunt. Altera in tres ramos abit primarios, qui porro plurimos, tenuiores, emittunt ramulos, recta aſſurgentes. Altera contra, quanquam ceterum ejusdem omnino naturæ, ſimplice tantum conſtat vimine indiviſo, recta protenſo: unde dixeris non eundem perpetuo creſcendi modum iſtis ſpeciebus proprium eſſe. Quæ ad lit. *b.* habetur, in plures ſeſe ramos, quam prior, dividit; propagines graciliores paſſim inter ſe concreſcunt. Ceterum tamen omnibus ac ſingulis hoc commune eſt, quod cornea gaudeant materie, cruſtaque obtegantur undiquaque tartarea, nodoſa, rubra, utcunque in luteum vergente. Ex Amboina Indiæ Orientalis ad nos pervenerunt.

Num. 2.

ſur-tout aux environs d'Amboine & autres Iles, qui appartiennent aux Hollandois; & les pêcheurs en tirent ſouvent de l'eau, avec leurs filets, auxquels elles s'acrochent. Les habitans s'en ſervent comme d'un remède, & prétendent qu'elles ſont déterſives & très-efficaces contre le poiſon. Il s'en rencontre auſſi diverſes autres eſpèces, qui donnent un Corail blanc, pierreux, couvert d'une croute un peu rouge, & qui tire davantage ſur l'orangé: il y en a même encore pluſieurs autres dont nous parlerons dans la ſuite.

N°. 2. *Arbriſſeau marin, très-grand, noir, appellé Corail noir.*

Dans les Indes Orientales on donne auſſi à cette eſpèce le nom d'*Accarbaar* ou *Calbahaar* noir. Nous croyons néanmoins que c'eſt le véritable Corail noir; & c'eſt auſſi ſous ce nom qu'il eſt connu des Droguiſtes. Quelques Botaniſtes, comme BOERHAAVE & d'autres, l'appellent *Keratophyton;* d'autres le nomment *Lithoxylon* ou *Lithodendron*, &c. Cet arbriſſeau eſt fort branchu, & ſa tiſſure tient beaucoup de celle de la corne. Il croît dans la mer contre les rochers. Son tronc a deux, & même quelquefois trois pouces d'épaiſſeur, & trois pieds de hauteur. Lorsqu'il vient d'être tiré de la mer, il eſt ordinairement couvert d'une croute tartreuſe, de couleur cendrée ou rougeâtre; mais le plus ſouvent cette croute ſe détache, & tombe enfin, dès qu'elle eſt ſèche. Ses plus petits rameaux ſont d'un roux noirâtre, flexibles, transparens, liſſes, & ſe terminent par des filets déliés: les groſſes branches, au contraire, ſont fort roides, opaques, entièrement noires, & comme canelées longitudinalement. Il croît ſous l'eau, dans les parages des Iles Moluques & d'Amboine, à la profondeur de ſix à huit braſſes. Les Indiens ont coutume de lui attribuer de grandes vertus médicinales; ils en font même des braſſelets & d'autres ornemens. Lorsque cette plante vieillit, les extrémités de ſes rameaux les plus déliés ſe détruiſent, ce qui les fait paroître émouſſées; & c'eſt ſous cette forme que *Beſler* & d'autres Auteurs la repréſentent.

N°. 3. *Arbriſſeau marin, épineux, fait en ſerpent.*

La forme de cette rare production eſt des plus ſingulières. Elle eſt d'un brun tirant ſur le roux, tenace, très-compacte, & tient plus de la nature du bois que de celle d'un arbuſte. Semblable à un ſerpent qui rampe, elle eſt compoſée d'un tronc qui n'eſt pas rond, mais applati de chaque côté, & un peu creuſé dans le milieu, comme le font voir les Lettres *a. a. a.* La plupart des plis ſont garnis d'un tubercule pointu.

PLANCHE CENT-CINQUIÈME.

N°. 1. *Pierre de chaux ſur laquelle ont végété diverſes eſpèces d'Arbriſſeaux marins, que l'on nomme Eventails de mer.*

La forme applatie qu'ont ces Arbuſtes, leur a fait donner par quelques Curieux le nom d'Eventails. Les Auteurs les rangent dans la claſſe des *Keratophytes.* Ceux qu'on a indiqués par les Lettres *a. a.* ſont tout-à-fait ſinguliers. L'un ſe partage en trois groſſes branches principales, lesquelles ſe ſubdiviſent enſuite en pluſieurs rameaux déliés, qui montent droit en-enhaut. L'autre, au contraire, quoique de même nature à tous égards, n'a qu'un ſeul jet, droit & ſans aucune diviſion; ce qui me fait croire que ces eſpèces ne croiſſent pas toujours de la même manière. Celui que l'on voit à la Lettre *b.* ſe diviſe en un plus grand nombre de branches que le premier: quelques-uns de ſes plus petits rameaux ſe réüniſſent en s'abouchant. Du reſte, tous ces Arbriſſeaux ont cela de commun, que leur ſubſtance tient de la nature de la corne, & qu'ils ſont par-tout revêtus d'une croute tartreuſe, noueuſe, rouge, & qui tire un peu ſur le jaune. On nous les a envoyés d'Amboine, Ile des Indes Orientales.

N°. 2.

Num. 2. *Frutex marinus subfuscus, ramis crassis, rigidis.*

Lignosa magis natura in hac specie, quam in Corallio nigro præcedentis tabulæ, animadvertitur. Color utcunque fuscus in nigrum vergit. Rami duriores sunt, extremisque crassioribus ac obtusis terminantur. Ventilabri quidem instar planam plerumque extensionem hæc planta habet; sed rami tamen ejus magis divisi sunt, nec adeo inter se connati, uti in ventilabris marinis. Radix aut basis ejus, more plerarumque hujus generis plantarum, crasso veluti corio constat, sicco, indurato, lateque sese effundit per superficiem corporis, cui adnascitur. Corallii nigri, veri, radix lapidosæ est naturæ, ac coloris grisei. In maribus Indicis frequens reperitur.

Num. 3. *Corallium fruticosum, plumbei coloris, articulatum, forma radicis Zingiberis.*

Corneum Corallium, cujus iconem hoc loco exhibemus, crasso constat ramo, trunci æmulo, extremitatibus suis maximam partem mutilato. Ramuli laterales articulis distinguuntur, quibus perfractis species quædam acetabuli comparet, qua inter se coaluerant. Conformationem si spectes, haud inepte radici Zingiberis siccatæ comparaveris: quocirca & hanc notam in plantæ istius denominatione addidimus. Color est ex cærulescente griseus, plumbi æmulus. Externa superficies intortis quasi sulcis juxta longitudinem distinguitur. Ex Indiis Orientalibus accepimus.

Num. 4. *Ramulus defractus fruticis marini demortui.*

Corpora isthæc haud aliter, quam quæcunque alia, corruptioni obnoxia sunt. Videtur ideo hic ramulus esse demortuus keratophyti. Tubercula, quæ sparsim in eo observantur, credibile est ab alio genere animalculorum marinorum producta esse: effracta enim cavum intus corpusculum monstrant similis materiæ, qua testæ Balanorum constant. Crusta plantæ communis plerumque istas quoque ampullulas obducit.

TABULA CENTESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Frutex marinus, caudice tereti, erecto, ramulis plurimis, brevibus, rigidis, tenuibus, spinosis, circumcirca prodeuntibus; Cupressus marina dictus.*

Inter frutices marinos hæc quidem species valde rara est. Caudex ejus teres, ac plerumque erectus, quam plurimos emittit ramulos, spinosos, qui, more Asparagi, at longe spissius, quaquaversum per universum caudicis ambitum sese expandunt. Natura hujus plantæ fruticosa est, lapidi tamen, quam ligno, propior. Extrema ramulorum cuspidata sunt & fragilia. Color ex flavescente griseus aut fuscus. Autoribus Cupressus, Quercus, aut Abies marina dicitur. *Theophrastus* præprimis & *Clusius* posteriore nomine id genus fruticum compellant. *Imperatus* Palmam marinam vocat. Locus natalis est in maribus Indicis prope insulas *Banda*.

Num. 2.

N°. 2. *Arbrisseau marin, à rameaux gros, roides, & de couleur tirant sur le brun.*

Cette espèce tient plus de la nature du bois que celle du Corail noir de la Planche précédente. Elle est d'un brun noirâtre. Ses branches sont très-dures, & se terminent par des extrêmités mousses & fort grosses. Cette plante forme à la vérité ordinairement une surface plate en manière d'Eventail; mais ses branches sont plus divisées, & ne s'abouchent pas comme la plupart des Eventails marins. Sa racine ou sa base, comme dans presque toutes les plantes de cette espèce, est faite d'une sorte de cuir épais, sec, dur, qui s'étend beaucoup sur le corps qu'il embrasse, & auquel il s'attache. La base du vrai Corail noir est pierreuse & de couleur grise. Il se trouve communément dans les Mers des Indes.

N°. 3. *Corail fait en Arbrisseau, de couleur plombée, articulé, & qui ressemble à la racine du Gimgembre.*

Le Corail, dont nous donnons ici la figure, tient de la nature de la corne. Il est composé d'une grosse branche, que l'on prendroit pour un tronc, & dont la plupart des extrêmités sont tombées. Les rameaux latéraux sont partagés en plusieurs jointures, qui, étant rompuës, font voir une espèce de cavité, à l'aide de laquelle elles s'emboîtent & tiennent les unes aux autres. Quant à la forme de cette plante, elle ne ressemble pas mal à la racine du gingembre desséchée; & c'est pour cela que nous avons joint cette dénomination à ses autres caractères. Sa couleur est d'un gris bleuâtre, qui tire sur celle du plomb. Elle est creusée sur sa surface extérieure par des canelures entrelacées, qui s'étendent longitudinalement. Nous l'avons reçue des Indes Orientales.

N°. 4. *Branche détachée d'un Arbrisseau marin mort.*


Ces sortes de corps ne sont pas moins sujets à la corruption que tous les autres. Il nous semble donc que ce rameau mort a fait partie de quelque *Keratophyte*. Il y a lieu de croire que les tubercules qu'on lui remarque çà & là, sont l'ouvrage de quelque espèce d'Insectes marins: car lorsqu'on vient à les ouvrir, on y voit un petit corps creux, dont la substance est la même que celle des Glands marins. La croute qui couvre toute cette production, sert aussi ordinairement d'envelope à ces capsules.

PLANCHE CENT-SIXIÈME.

N°. 1. *Arbrisseau nommé Cyprès marin, à tige ronde, droite, qui jette de toutes parts quantité de rameaux, petits, courts, roides, déliés, épineux.*

On peut dire que, de tous les Arbrisseaux marins, cette espèce est l'une des plus rares que l'on puisse trouver. Il part de sa tige, ronde & ordinairement droite, un très-grand nombre de rameaux, qui, comme ceux de l'Asperge, mais plus serrés, entourent toute la tige, & se répandent de tous côtés. Cette plante tient de la nature de l'Arbrisseau, mais elle approche davantage de celle de la pierre que de celle du bois. Ses rameaux se terminent par des pointes aiguës & fragiles. Sa couleur est d'un gris ou d'un brun jaunâtre. Les Auteurs l'appellent *Cyprès*, *Chêne*, ou *Sapin marin*. *Théophraste* sur-tout & *Clusius* lui ont donné ce dernier nom. *Imperati* l'appelle *Palme marine*. Elle croît dans les mers des Indes proche des Iles de *Banda*.

N°. 2.


N.° 1.
N.° 2.
a
b
b
b
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.
P. Tanjé fecit, 1731

Num. 2. *Frutex marinus, demortuus, diversis Corallinarum speciebus onustus.*

Præter nonnullas ostreorum testulas, duæ potissimum distinctæ species Corallinarum demortuo huic ramulo adnatæ cernuntur. Quæ lit. *a.* notatur, eadem est, ac illa, quam Tab. C. Num. 17, 18 & 19. descripsimus. Lit. *b. b. b.* alia est Corallinæ species, quæ tenues ac irregulares in propagines sese partitur minutis nodulis distinctas.

Num. 3. *Frutex marinus lignosus, ramis ventilabri in modum utrinque expansis, crusta tartarea, nodosa, undiquaque obductis.*

Nonnulli Autores istam speciem haud minus, quam plures alias, valde inter sese discrepantes, *Lithophyti* nomine donant, quasi tu dicas plantam lapideam; etsi longe diversæ sint naturæ. *Clusio* post *Theophrastum* Quercus marina audit, & mea quidem opinione, rectius. Materies ejus potius lignum æmulatur. Ramuli utrinque discedentes, instar Ventilabrorum marinorum, sese explanant, divisione tamen haud regulari. Universam plantæ superficiem crusta obtegit tartarea, dilute lutea, nequaquam æquabilis; uti quidem in aliis quibusdam speciebus occurrit; sed nodosa, quasi minutis verruculis, dense aggregatis, consita. Verrucularum quælibet foveolam medio impressam monstrat. Derasa hac crusta frutex ipse comparet dilute fuscus, lignosus, lævis. Raro autem ad majorem excrescit altitudinem, quam qua hic exhibetur. Ad oras Hispanicas, Americanas, aliasque reperitur.

Num. 4. *Frutex marinus, lignosus, caudice tereti ramisque articulatis.*

Lignosus iste frutex coloris est ex dilute flavescente fusci. Caudex irregulari divisione in complures abit ramulos, paullatim tenuiores, extremis acuminatis terminatos, qui pari ratione, ac ipse caudex, tereti sunt forma, superficie lævi, multisque passim geniculis compositi. Radix sex constat partibus, inæqualibus, horizontaliter lateque expansis, superficiei nimirum corporis, cui, tanquam basi, olim adhæserant, accommodatis. Rarissimus frutex ne vestigium quidem crustæ tartareæ, quæ huic speciei alioqui non infrequens est, ostendit. Locus ejus natalis nobis ignotus est: nec adeo liquet, qua de ratione Veteres id genus plantis nomen Hippuridis imposuerint.

Num. 5 & 9. *Ramuli corallini, luteoli, lapidi spongioso adnati.*

Singulares isti lapilli, adnatis Coralliorum ramulis eleganter ornati, nigricantes, materie fragili ac spongiosa concreti videntur. Locus, unde ad nos pervenerunt, non succurrit. Vegetatio corallina, quæ plana expansione superficiei concinne adnascitur, texturæ quoque videtur lapideæ, densæ ac compactæ. Color est dilute flavescens.

Num. 6. *Frutex marinus, lignosus, adnata concha, tenuiter muricata, quæ Crepitaculum leprosi vocatur, conspicuus.*

Imperfecta hæc ac mutila plantula, ex dilute griseo colorata, adglutinatum præ se fert elegans Ostreum, quod muricatum leprosi crepitaculum vulgo appellari solet, albidoque colore sese distinguit.

N°. 2. *Arbrisseau marin, mort, chargé de diverses espèces de Corallines.*

Outre quelques coquilles d'Huitres, qui se sont attachées à ce rameau mort, on y remarque encore particulièrement deux espèces bien distinctes de Corallines, qui y ont pris naissance. Celle qu'on indique par la Lettre *a.* est la même que celle dont nous avons donné la description à la Planche C. N°. 17, 18 & 19. Let. *b. b. b.* est une autre espèce de Coralline, qui se divise en plusieurs rameaux déliés, irréguliers, & garnis de petits nœuds.

N°. 3. *Arbrisseau marin, ligneux, dont les rameaux, étendus de chaque côté en manière d'éventail, sont par-tout enduits d'une croute tartreuse & noueuse.*

Quelques Auteurs donnent à cette espèce, de même qu'à plusieurs autres, qui diffèrent fort entre elles, le nom de *Lithophytes*, ce qui signifie *Plantes pierreuses;* quoiqu'elles soient d'une tout autre nature. *Clusius* l'appelle, d'après *Théophraste*, *Chêne marin;* & je pense que ce nom lui convient beaucoup mieux. Sa substance tient en effet plutôt de la nature du bois. Les branches s'écartent de chaque côté, & s'aplanissent comme les Eventails marins; mais elles ne se partagent pas régulièrement. Toute la superficie de cette plante est couverte d'une croute tartreuse & d'un jaune clair, mais inégale, ainsi que cela se remarque dans quelques autres espèces: elle est, au contraire, noueuse, & comme parsemée de mammelons ou petites verrues très-drues & serrées les unes contre les autres. On voit au milieu de chaque verrue une petite fosse ou cavité. Cette croute enlevée, on apperçoit l'Arbrisseau même, qui est d'un brun clair, ligneux, lisse. Il parvient rarement à une grandeur plus considérable que celle qu'on lui donne ici. On le trouve sur les côtes d'Amérique, & autres.

N°. 4. *Arbrisseau marin, ligneux, à tige ronde, & à rameaux articulés.*

La couleur de cet Arbrisseau ligneux est d'un brun tirant sur le jaune clair. La tige se divise d'une manière irrégulière en plusieurs rameaux, qui deviennent petit-à-petit plus déliés, & dont les extrêmités sont pointues. Ces rameaux, de même que la tige, sont arrondis, ont la surface lisse, & se trouvent entrecoupés çà & là de plusieurs articulations. La racine est composée de six parties, de figure & de grandeur inégales, qui forment ensemble une large patte, disposée horizontalement, & faite apparemment de cette manière, pour mieux s'adapter au corps qu'elle embrassoit auparavant, & qui lui servoit de base. Cet Arbrisseau, extrêmement rare, ne laisse appercevoir, en aucun endroit, la moindre trace de cette croute tartreuse, qui est néanmoins assez ordinaire à cette espèce. Nous ne savons point d'où il vient originairement, & nous ignorons aussi pourquoi les Anciens ont donné à ces sortes de plantes de nom d'*Hippuris*.

N°. 5 & 9. *Branches de Corail, d'un jaune clair, attachées à une pierre spongieuse.*

Ces petites Pierres extraordinaires, de couleur noirâtre, & si proprement ornées de branches de Corail, qui y ont végété, paroissent être formées d'une matière fragile & spongieuse. Le lieu, d'où on nous les a envoyées, nous est inconnu. Le Corail, qui se plaque & s'attache si joliment sur la surface de la pierre, paroît être aussi d'une substance pierreuse, serrée & compacte. La couleur est d'un jaune clair.

N°. 6. *Arbrisseau marin, ligneux, chargé d'un Coquillage un peu hérissé, connu sous le nom de Cliquette de Lépreux, qui y a végété.*

Cette petite plante, imparfaite & tronquée, d'un gris clair, est chargée d'une belle Huitre blanche, qui s'y est collée, & que l'on appelle communément Cliquette de Lépreux, hérissée, à cause des poin-

guit. Plures hujus generis ſpecies, prioribus tabulis, inter conchas bivalves, aeri inciſas deſcripſimus. Amant ſimiliter, ac Oſtrea, quibus a rupibus nomen eſt, certis quibusdam corporibus firmis, rupibus, Coralliis marinis, aliisque ejusmodi, ſeſe adglutinare: tametſi hoc ipſum tamen Oſtreis rupicolis, *Rots-doubletten* dictis, quæ commiſſura ſuarum valvarum a Crepitaculo Leproſi multum diſcrepant, præprimis proprium perpetuumque eſt.

Num. 7. *Corallina tubuloſa, plurimis fiſtulis, longis, cavis, inter ſeſe implicitis, conſtans.*

Admirabilium varietatum, quas Natura in formandis rebus creatis manifeſtat, infinitus numerus eſt. Corallina iſthæc; quo nomine omnes illas ambiguas ſpecies, capillaceas, muſcoſas, comprehendimus; verius nidum refert minutiſſimorum inſectorum, polyporum, aut vermiculorum, quam quidem corallium aut plantam. Numeroſis conſtat tubulis, longis, admodum ſubtilibus, circum tenuem bacillum inter ſeſe implicitis, ex flaveſcente fuſcis, diaphanis, valde fragilibus, qui uſti cornu olent. In litoribus Angliæ, Belgii, aliisque frequens occurrit.

Num. 8. *Frutex marinus, corneus, irregularis, cruſta tartarea craſſa tectus, Oſtreo adnatus.*

Nigro eſt colore, materie cornea. Rami ejus partim defracti ſunt, partim valde irregulares. Cruſta tartarea, griſei coloris, admodum denſa & craſſa, ramorum extremos apices duntaxat contegit; ut ideo alicubi veluti foliacea appareat. Truncus ipſe pro baſi Oſtreum habet, cinereo griſei coloris, nonnullisque maculis rubris diſtinctum.

TABULA CENTESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Cochlea alata lata, cui frutex marinus lignoſus accrevit.*

Quod hic exhibetur, ſpecimen oppido rarum, primæ magnitudinis cochlea eſt marina, quam Belgæ ideo, ut ab aliis id genus ſpeciebus diſtinguant, *de groote Laphoorn* appellant; denominatione ab ala late expanſa, quæ huic generi propria eſt, petita. Inuſitatus huic Cochleæ inſidet frutex marinus, inter omnes hucusque cognitos, quantum ſcio, maximus. Trunco is conſtat lignoſo, ſaturate fuſco, arboris in modum ramoſo. Imo tres diſtincti frutices de hac cochlea, tanquam de baſi ſua, progerminant, quorum alter decem fere pedum altitudinem attigiſſe videtur, alii duo trium modo quatuorve pedum. Nautæ, quod dolendum eſt, poſtquam memorabile iſtud corpus, e mari Novæ Hispaniæ, reti piſcatorio protraxerant, duos truncos ad radicem usque propemodum reſecuerunt; ut commodius reponere ac ſecum vehere poſſent. Radix undiquaque ſuperne ac inferne ſeſe cochleæ adfixit amplisſima baſi, pro conſtanti iſtarum plantarum more. Circa caput iſtius cochleæ, quod communiter, licet perperam, a Conchyliophilis, pro cauda habetur, alius adhuc cernitur ramus, diſtinctus, radice ſua introrſum porrectus. Quin & nonnullæ inſuper hic comparent Madreporæ, appoſitis literis notatæ, de quibus dicendi deinceps occaſio dabitur. Ne quid vero deſiderari poſſet, tabula ſequente etiam oppoſitam faciem rariſſimi hujus corporis aeri inciſam exhibuimus.

Num. 1.

pointes aiguës dont elle eſt armée. Dans les Planches précédentes nous avons déjà donné la deſcription & les figures de pluſieurs ſortes de ces Coquillages, parmi ceux qui ſe nomment bivalves. Ils aiment, de même que les *Rupicoles*, en Hollandois *Rots-doubletten*, ou *Doublettes de Rocher*, à ſe coller contre certains corps fermes, tels que ſont les rochers, les Coraux marins, & autres de cette nature; quoique cette propriété appartienne particulièrement, & même toujours, aux Rupicoles, qui diffèrent beaucoup de la Cliquette de Lépreux par la charnière de leurs coquilles.

N°. 7. *Coralline tubuleuſe, compoſée d'un grand nombre de tuyaux, longs, creux, entortillés les uns dans les autres.*

La Nature a employé une variété infinie & admirable dans la formation des créatures. Cette Coralline (nous comprenons ſous ce nom toutes ces espèces ambiguës, cheveluës, en manière de mouſſe) reſſemble beaucoup plus à un nid de petits Inſectes, de Polypes, ou de Vermiſſeaux, qu'à un véritable Corail, ou à une plante. Elle eſt formée de quantité de tuyaux, longs, extrêmement déliés, entortillés les uns dans les autres autour d'un petit bâton, d'un brun jaunâtre, transparens, très-fragiles, & qui ſentent la corne quand on les brule. Elle ſe trouve ordinairement ſur les côtes d'Angleterre, de Hollande, & autres.

N°. 8. *Arbriſſeau marin, tirant ſur la nature de la corne, irrégulier, couvert d'une croute épaiſſe tartreuſe, attaché ſur une Huitre, où il a végété.*


Cet Arbriſſeau eſt noir, & d'une ſubſtance qui approche de la corne. Ses rameaux ſont ou rompus, ou très-irréguliers. Une croute tartreuſe, de couleur griſe, fort ſerrée & fort épaiſſe, ne couvre que les extrêmités des rameaux; ce qui la fait paroître en quelques endroits comme foliacée. Le tronc a pour baſe une Huitre, d'un gris cendré, & marquetée de taches rouges.

PLANCHE CENT-SEPTIÈME.

N°. 1. *Grande Coquille aîlée, ſur laquelle on voit un Arbriſſeau marin ligneux, qui y a pris naiſſance.*

La pièce que l'on repréſente ici, eſt une Coquille marine extrêmement rare, & de la plus grande espèce. Pour la diſtinguer des autres Coquilles de cette ſorte, les Hollandois l'appellent *la grande Laphoorn*, nom qui déſigne la grandeur de ſon bec étendu en forme d'aîle, & qui lui convient particulièrement. Sur cette Coquille repoſe un arbriſſeau marin tout-à-fait ſingulier, & le plus grand que je connoiſſe jusqu'à préſent. Son tronc eſt ligneux, d'un brun foncé, & ſe partage en pluſieurs branches & rameaux comme un arbre ordinaire. Il part même de cette Coquille, comme d'une baſe commune, trois arbriſſeaux bien diſtincts, dont l'un paroît avoir eu environ dix pieds de haut, & les deux autres ſeulement trois ou quatre pieds. C'eſt dommage que les Matelots, après avoir tiré avec leur filet, de la mer de la Nouvelle Espagne, ces rares productions, en ont coupé deux troncs presque jusqu'à la racine, afin de pouvoir les ſerrer plus commodément & les emporter avec eux. La racine embraſſe étroitement de toutes parts, tant en deſſus qu'en deſſous, la Coquille, comme cela ſe remarque toujours dans ces ſortes de plantes. Vers la tête de cette Coquille, que les Curieux prennent communément, quoique mal-à-propos, pour la queue, on voit encore un autre rameau ſéparé, dont la racine a pris naisſance en dedans. On a de plus repréſenté ici quelques Madrepores, indiquées par des lettres de renvoi, & dont nous aurons occaſion de parler dans la ſuite. Enfin, la ſingularité de cette rare production nous a portés à en expoſer, dans la Planche ſuivante, le côté oppoſé, qui eſt l'intérieur.

N°. 1.


N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.
N.° 10.
A
B
C
D

Num. 1. A. A. A. Trunci reſecti.
B. B. B. Rami reliqui lateraliter & deorſum protenſi.
C. C. C. C. C. Radix corticoſa, per ſuperficiem Cochleæ expanſa.
D. D. D. Madreporæ, magnæ, parvæ, Cochleæ adnatæ.

Num. 2. *Cochlea, Auris Gigantea dicta, quam undique obſidet materies corallina.*

Conchyliis univalvibus annumerari hæc cochlea debet, cujus formam haud ſatis diſtincte internoſcere licet ob ingentem, qua tegitur, materiæ corallinæ, velut coagulatæ, expanſionem. Nomen illa gerit Auris giganteæ, vel Cochleæ margariticæ, ore rotundo. Interna ejus ſuperficies, margaritacea, elegantiſſima colorum varietate, quam & externa ſuperficies, cum decorticata & lævigata eſt, monſtrat, amœnum ſpectaculum præbet. Patula ſua ſede ſaxis rupibusque ſemet adfigere ſolet, pari ratione ac Patellæ. Ex Promontorio Bonæ Spei ad nos delata eſt.

Num. 3. *Frutex corneæ naturæ, cujus ramuli prælongi, tenues, parumque diviſi, cruſta rubra obtecti ſunt.*

Titanokeratophyton hoc eſt Auctorum. Subſtantiæ ejus corneæ cruſta ex rubro utcunque purpuraſcens accrevit. In ramos abit graciles, teretes, longos, qui ſeſe rurſus in ſimiles alios dividunt. Cruſta tartarea, præcipue circa ſummitates ramulorum, tuberculis, minutisque veluti porulis conſpicua eſt. Imæ ſedi hujus fruticis nonnulla conchylia adnata ſunt de genere Oſtreorum, quæ a criſta galli nomen habent; quamquam inter ſpurias modo hujus generis ſpecies referri queant. Sub lit. A. unam iſtarum concharum apertam, griſei coloris, repræſentamus. Et hoc ſpecimen ex Promontorio Bonæ Spei transmiſſum accepimus.

Num. 4. *Keratophyton vulgare, nigrum; ramulis teretibus, in tenuia filamenta exeuntibus.*

Dubito, utrum niger hic frutex, ſilici adnatus, imperfectior forte, nec ſatis adulta ſit ſpecies illi ſimilis, quam Tab. CIV. Num. 2. deſcripſimus. Videntur certe multum inter ſe convenire. Accepi ex Indiis Occidentalibus.

Num. 5. *Frutex lignoſus, cui Oſtrea quædam adnata ſunt.*

Liquere hic poteſt, quam promiſcue obviis quibusvis corporibus Oſtreorum genus ſeſe affigat. Habent nimirum Oſtrea id ſibi præ ceteris quibuscunque conchis proprium. Quæ ratio eſt, ob quam ab Auctoribus inter animalia androgyna relata ſint. Forte tamen a veritate haud aberraverit, qui ſtatuat, univerſæ conchyliorum bivalvium familiæ facultatem ſeſe ſine pari multiplicandi inditam eſſe. Oſtrea, huic frutici dilute fuſco adnata, haud multum diſcrepant ab illis, quæ ſupra ad Num. 3. hujus tabulæ habentur: tenuiora modo ſunt atque intus margaritica. Fruticis iſta ſpecies in multis maribus reperitur ſaxis infixa.

Num. 6.

Num. 1. A. A. A. Troncs coupés.
B. B. B. Branches qui partent du tronc, & qui ſe jettent latéralement & en-embas.
C. C. C. C. C. Racine qui tient de la nature de l'écorce, laquelle s'étend ſur la ſurface de la Coquille.
D. D. D. Madrépores, grandes & petites, attachées à la Coquille, ſur laquelle elles ont pris naiſſance.

N°. 2. Coquille, *appellée* Oreille de Géant, *toute parſemée de matière coralline.*

On doit ranger cette Coquille dans la claſſe des Univalves. Il eſt aſſez difficile de bien diſtinguer ſa forme, à cauſe de la grande quantité de matière coralline dont elle eſt enduite, & qui s'y eſt comme figée. Elle a la bouche ronde. On lui donne le nom d'Oreille de Géant, ou de Coquille perlée. Sa ſurface interne, marquetée de nacre de perle, & bigarrée de diverſes couleurs, offre à la vuë un agréable ſpectacle, de même que ſa ſurface externe, lorsqu'on la polit, après l'avoir dépouillée de ſon envelope. A l'aide de ſa large ouverture, elle s'attache étroitement aux rochers, de la même manière que les Patelles. Nous l'avons reçuë du Cap de Bonne-eſpérance.

N°. 3. *Arbriſſeau, qui tient de la nature de la corne, à rameaux longs, déliés, un peu diviſés, & couverts d'une croute rouge.*

Les Naturaliſtes lui donnent le nom de *Titanokeratophyton.* Sa ſubſtance, que l'on prendroit pour de la corne, eſt comme enduite d'une croute, dont la couleur eſt d'un rouge qui tire un peu ſur le pourpre. Il ſe partage en branches déliées, arrondies, longues, lesquelles ſe ſubdiviſent encore en d'autres rameaux ſemblables. La croute tartreuſe eſt remarquable par ſes tubercules, & par quantité de petits trous dont elle eſt comme criblée, ſur-tout vers l'extrêmité des rameaux. La baſe de cet Arbriſſeau eſt chargée de quelques Coquillages, qui y ont pris naiſſance, & qui appartiennent au genre de ces Huitres qu'on nomme la Crête de Coq, quoiqu'on puiſſe les regarder comme des espèces bâtardes de ce genre. Nous avons repréſenté à la lettre A. un de ces Coquillages ouvert, qui eſt de couleur griſe. Cette pièce nous a été envoyée du Cap de Bonne-eſpérance.

N°. 4. *Kératophyton commun, noir, à rameaux arrondis, qui ſe terminent en filets déliés.*

Je ne ſai ſi cet Arbriſſeau noir, qui a pris racine ſur un caillou, n'eſt pas une espèce encore jeune & imparfaite, ſemblable à celle dont nous avons donné la deſcription au N°. 2. de la Planche CIV. On peut dire en effet qu'il y a entre elles beaucoup de raport. Je l'ai reçu des Indes Occidentales.

N°. 5. *Arbriſſeau ligneux, auquel quelques Huitres ſe ſont attachées.*

Cet exemple nous prouve que les Huitres s'attachent indifféremment à tous les corps qu'elles rencontrent. C'eſt effectivement une propriété qui leur convient encore plus qu'à toute autre ſorte de Coquillages. De-là vient que les Naturaliſtes les rangent parmi les animaux qui ſont tout enſemble mâles & femelles. Mais peut-être n'eſt-ce pas trop s'écarter de la vérité, que d'attribuer à toute la famille des Coquillages bivalves, la faculté d'engendrer ſans le ſecours de leurs ſemblables. Les Huitres, que l'on voit attachées à cet Arbriſſeau d'un brun clair, ne diffèrent pas beaucoup de celles qui ſont repréſentées au N°. 3. de cette Planche: elles ſont ſeulement plus minces & perlées en-dedans. Cette espèce d'Arbriſſeau végète contre les rochers dans pluſieurs mers.

N°. 6.

Num. 6. *Frutex lignosus, planus, instar ventilabri, ramulis inter se concretis, crusta tartarea, rubra, undiquaque contectus.*

Elegans hæc plantula fruticosa crustam saturate rubram sibi undique circumfusam monstrat. Truncus teres, humilis, in scopulo etiamnum radicatus, secundum latitudinem mox secedit in plurimos ramulos, qui inter sese connascuntur, at sparsim tamen & alias emittunt propagines, tempore demum concreturas. Ad Promontorium Bonæ Spei pluresque alias Africæ oras reperitur.

Num. 7. *Buccinum vulgare, alga marina, foliis brevibus, nodosis, consitum.*

Buccinorum generi annumeranda hæc cochlea frequenter in litore pagorum maritimorum, Sandvoordæ & Scheveningæ, occurrit, incolisque Tuba Sonora dicitur. Coloris est sordide cinerei, quandoque lutei, rugis sulcisque profunde arata. Alga insidens, foliolis crassis, brevibus, nodosis, prædita, ad illud genus pertinet, quod Tab. XCVIII descripsimus.

Num. 8. *Keratophyton, ramulis lateralibus brevibus, conjugatis, crusta obscure lutea tectum.*

Materiem hujus fruticis corneam esse inde constat, quod pelluceat, ubi crusta tollitur, cornuque oleat in ignem conjectus. Pro basi simile Ostreum est, ut supra. Locus natalis Nova Hispania.

Num. 9. *Uva marina, bacculis longo caudici dense adnatis.*

Quam hoc loco exhibemus, Uva marina raro occurrit. Bacculæ ejus, Piperis granis similes, dense stipatæ, cauliculo prælongo, duro ac veluti resinoso, circumcirca adnascuntur, intusque, lapidis instar duræ, albicant, foris, ut ipse etiam caulis, ex fusco utcunque virescunt. Ex Nova Hispania accepi. Musei *Besleriani* T. XXII. consimilis species, at caule carens, describitur.

Num. 10. *Pulmonaria marina, foliacea.*

In lapide radicata hæc plantula, ob qualemcunque similitudinem, Pulmonaria marina dicitur. Pediculi non minus, quam folia ejus, obscure thalassino sunt colore. Folia, utplurimum bifida, utraque facie ex albido resplendent, quasi albis squamulis obsita. Forte Escharæ species est, quæ ipsis adhæret. Sparsim tamen & fuscæ maculæ comparent, iis nimirum locis, uti videtur, quos Eschara nudos reliquit. Ex Nova Hispania allata est.

TABULA CENTESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Cochlea alata lata, cui frutex marinus, lignosus, accrevit, ima sede conspicienda.*

Præcedente tabula faciem superiorem hujus Cochleæ exhibuimus: hoc loco eadem inversa depingitur;

N°. 6. *Arbrisseau ligneux, plat en manière d'éventail, à rameaux entrelacés, & par-tout couvert d'une croute rouge & tartreuse.*

Ce joli petit Arbrisseau est par-tout revêtu d'une croute d'un rouge foncé. Son tronc arrondi, court, & qui tient encore au morceau de roc sur lequel il a pris naissance, se partage d'abord en un grand nombre de branches, qui ne tardent pas à s'entrelacer, & jettent ensuite çà & là d'autres rameaux, qui se joignent de la même manière, & se confondent enfin les uns avec les autres. On le trouve au Cap de Bonne-espérance, & sur plusieurs autres côtes d'Afrique.

N°. 7. *Buccin commun, couvert d'une Algue marine à feuilles courtes & noueuses.*

Cette Coquille, qui appartient au genre des Buccins, se rencontre fréquemment sur le rivage des villages de Zandvoord & de Scheveling, & est connuë des habitans sous le nom de Trompette. Elle est d'un gris sale, quelquefois jaune, ridée & sillonnée profondément. L'Algue, qui y a pris naissance, a de petites feuilles épaisses, courtes, noueuses, & appartient à l'espèce dont nous avons donné la description à la Planche XCVIII.

N°. 8. *Kératophyton, à rameaux latéraux courts, conjugés, & couvert d'une croute d'un jaune foncé.*

Ce qui prouve que cet Arbrisseau tient de la nature de la corne, c'est qu'il est transparent, lorsqu'on le dépouille de son envelope, & qu'il sent effectivement la corne quand on le brule. Il repose sur une Huitre de l'espèce de celle dont on vient de faire mention. Il croît dans la Nouvelle Espagne.

N°. 9. *Raisin marin, à grains ronds & serrés, attachés à une longue tige.*

Le Raisin marin que nous représentons ici, ne se trouve que rarement. Sa grape est garnie tout à l'entour de baies ou grains fort drus, semblables à ceux du poivre, & attachés à une longue tige. Ces grains sont blanchâtres en-dedans, & durs comme la pierre; mais en-dehors ils sont, de même que la tige, d'un brun qui tire un peu sur le verd foncé. J'ai reçu ce Raisin de la Nouvelle Espagne. On a donné la description d'une espèce semblable, mais sans tige, dans le Tom. XXII. du *Museum Beslerianum.*


N°. 10. *Pulmonaire marine, foliacée.*

Cette petite Plante, qui a pris racine sur une pierre, a été ainsi nommée à cause de sa ressemblance avec la Pulmonaire. Ses pédicules, de même que ses feuilles, sont d'un verd de mer foncé. Ses feuilles, ordinairement fourchuës, sont en-dessus & en-dessous d'un blanc éclatant, comme si elles étoient couvertes de petites écailles blanches. C'est peut-être une espèce d'*Eschara*, qui s'y est attachée. On y voit cependant çà & là quelques taches brunes; & il y a lieu de croire que ce sont ces mêmes endroits que l'*Eschara* a laissés dégarnis. Cette Pulmonaire nous a été envoyée de la Nouvelle Espagne.

PLANCHE CENT-HUITIÈME.

N°. 1. *Grande Coquille ailée, vuë par-dessous, à laquelle tient un Arbrisseau marin ligneux.*

Nous avons fait voir, dans la Planche précédente, la face supérieure de cette Coquille: nous la représentons encore ici, mais ren-


N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.
N.° 10.
N.° 11.
N.° 12.
A
A
A

tur; ut in cavum ejus introſpicere liceat. Patet adeo, quo pacto minimus ille frutex, cujus caudex, lit. A. notatus, de ore hujus cochleæ prorumpit, hic radices ſuas fixerit. Ad regionem ſuperiorem, qua itidem lit. A. poſita eſt, arboris maximæ, averſo latere conſpicuæ, radix late adnata cernitur.

Interna facies alæ, unde, uti ſupra monuimus, univerſa harum cochlearum familia nomen accepit, utplurimum introrſum elegantiſſimo colore chermeſino, dilutiore, pictam ſeſe offert. Cælaturæ periti artifices inde, qua color maxime eminet, ſegmenta quædam excidunt, quibus utuntur ad minutas effigies formandas; ita quidem, ut, qui in ſegmentis natura inſunt, varios rubedinis gradus nativo faciei, quam exprimere volunt, colori ſcite accommodent.

Cochlea hæc vetuſtate ſuum colorem amiſit, nec niſi ſordide gryſea eſt & in ſquamulas veluti corroſa ſuperficie interna.

Num. 2. *Fungus marinus lapideus, foliis erectis, dentatis.*

Rupi cinereæ inſidet hæc planta, quæ tota quanta lamellis conſtat tenuibus, erectis, dentatis, nonnullis ultra ceteras eminentibus. In meditullio rotundæ ſpecies cavitatis datur, quæ ipſa tamen & minoribus ex bracteolis, erectis dentatisque, conſtruitur. Color cinereus eſt. Locus natalis Nova Hiſpania.

Num. 3 & 5. *Fungi marini, foliolis tenuiſſimis, erectis, non dentatis.*

Hæc ſpecies, ſicubi paulo grandior eſt, inter Belgas nomen habet a Braſſica Pompejana. Differt autem manifeſte a ſpecie ſuperiore, cujus folia firma, dentata, velut radii ex communi centro prodeunt: in hac contra tenuiſſima ſunt, fragilia, non dentata; nec ordinate ex centro radiata, ſed magis irregulariter inter ſe decurrunt. Color gryſeus eſt. Pro baſi eſt fragmentum rupis, ex quo planta ſuccrevit. In utrisque Indiis reperiuntur: hæc ſpecimina ex Occidentalibus allata ſunt.

Num. 4. *Fungus marinus, nonnihil a priore Num. 2. diſcrepans.*

Ambitu rotundiore terminatur, quam ille, qui Num. 2. deſcriptus eſt, centralisque ejus umbilicus depreſſior. Tabulis ſequentibus plura exhibebimus ſpecimina, ad idem genus pertinentia, quæ conformatione duntaxat aliquantum deflectunt.

Num. 6. *Coralium nodoſum,* Milleporæ *ſpecies.*

Quod hic proponimus, Coralium, ſuo, unde prodiit, lapidi etiamnum inhærens, coloris eſt ex luteo cinerei. Ramuli craſſi ſunt, nodoſi, innumeris diſtincti porulis, intus lævibus, nec ſtellæ in modum radiatis: ut ideo *Milleporis* annumerari debeat. Ex Curaſſoa, ubi priores etiam ſpecies proveniunt, accepimus.

Num. 7. *Coralium ſingulare, ramulis rotundis, tubulatis, nullo ordine compoſitis.*

cèle encore mieux la nature de ces sortes de concrétions pierreuses. Voici ce qu'il en dit. *La plupart de ces corps sont couchés de plat sur les roches corallines, sans changer de place, quoiqu'ils n'y soient pas attachés.* Voici ce qu'on trouve encore plus bas, à l'endroit où il traite du *Champignon pierreux oblong. Ils reposent aussi lâchement sur les roches corallines, & ne changent pas de place.* Je suis fort surpris qu'une remarque de cette importance n'ait pas porté ce savant Naturaliste à faire de nouvelles recherches, & ne lui ait pas donné lieu de soupçonner, si ces productions doivent être prises pour de véritables plantes, comme il semble en douter lui-même, ou plutôt pour l'ouvrage & la demeure de quelques petits animaux. Il n'y a point de Naturaliste qui, aïant lu le Traité de Mr. *Ellis*, ne soit convaincu, que plusieurs de ces corps sont habités par de petits animaux, auxquels on donne le nom de Polypes. La question est maintenant de savoir, si ces animalcules viennent seulement se loger dans ces prétenduës plantes, pour en faire leur domicile, ou s'ils en sont eux-mêmes les architectes. Si l'on pèse donc, comme il faut, ce que *Rumphius* nous en dit, savoir, *qu'ils reposent librement sur les rochers, & que l'on y remarque quelque chose de vivant*; comment osera-t-on établir, que ces sortes de concrétions pierreuses, isolées de toutes parts, & qui ne tiennent à aucun autre corps, sont réellement des plantes? Quant à ce que pense le même Auteur, qu'ils ne changent pas de place, quoiqu'ils ne tiennent à aucun autre corps; il me paroît très-vraisemblable, que ces êtres animés ont la faculté de se mouvoir, & que par conséquent ils changent de lieu, suivant le besoin des animaux auxquels ils servent de domicile, soit pour chercher de quoi se nourrir, soit pour quelques autres nécessités. C'est effectivement un axiôme reçu dans l'histoire naturelle, qu'il ne se fait rien en-vain.

N°. 7. *Fucus marin, à plis grossiers, droits, entrelacés.*

Cette espèce varie souvent beaucoup, tant par la grosseur de ses plis, que par leur entrelacement. Les interstices de ses bandes forment des cavités plus ou moins profondes, qui sont traversées de chaque côte par des lames minces, serrées, comme la *Mæandrite.* Sa couleur est d'un gris blanc, comme celle de toutes les autres espèces. On en trouve souvent sur les rochers pierreux. Je crois presque que c'est la même espèce, à laquelle *Boccone* donne le nom d'os ondé inconnu dans ses *Observations naturelles.*

N°. 8. *Fucus marin, à lames sans dentelures, droites, très-minces, entrelacées.*

Il y a très peu de différence entre cette espèce & celle dont nous avons donné la description aux N°. 3 & 5. de la Planche CVIII. Elle est cependant un peu plus épaisse & plus nette.

N°. 9. Celle-ci a déja été représentée & décrite plus d'une fois dans la Planche précédente. Elle est adhérente à une petite branche de Corail; & nous ne l'exposons ici, que pour faire voir que ces productions s'attachent indistinctement à toutes sortes de corps.

PLANCHE CENT-DOUZIÈME.

N°. 1. *Pierre coralline, en forme de boule, ondée, à plis épais, entortillés, lisses par-dessus; connuë sous le nom d'*Encephalode.

Cette Pierre s'appelle *Encephalode*, parce qu'elle ressemble en quelque sorte par sa forme au cerveau des animaux, tel qu'il paroît après qu'on en a enlevé le crane. *Mercati* la nomme *Lapis lumbricatus* & *Lapis corallites*: *Besler* lui donne le nom de *Massa coralloïdes*, ou de *Placenta coralloïdes*: *Gualtieri* l'appelle *Mæandrites*; & *Boccone*, dans ses *Observations naturelles*, la désigne sous le nom

N.° 1. N.° 2. N.° 8. N.° 3. N.° 4.

N.° 23. N.° 24. N.° 25. N.° 26. N.° 27.

N.° 5. N.° 6. N.° 7. N.° 9. N.° 10.

N.° 28.

N.° 11. N.° 12. N.° 13. N.° 14. N.° 15. N.° 16.

N.° 17. N.° 18. N.° 19. N.° 29. N.° 30.

N.° 31.

N.° 20. N.° 21. N.° 22.

Recte quidem undulatus dicitur, quia superficies ejus externa undarum volutationes haud inepte exprimit: at Astroitæ nomen malim servari aliis speciebus deinceps secuturis. Accedo sententiæ Clarissimi *Burmanni*, quum in annotatione sua ad cap XXVII, libr. XII, Herbarii Amboinensis *Rumphii*, statuit, hunc ipsum lapidem habendum esse pro *saxo calcario* aut *capitato*, cujus ingentia strata in insulis Moluccanis inveniri, calcemque vivam inde urendo confici Autor testetur. Nec diffiteri tamen possum, descriptionem horum lapidum *Rumphianam* perobscuram esse.

Indubium est, id genus lapides reperiri stupendæ molis, nec certam semper servare formam. Plerumque nihilominus aut globosi sunt, aut ovati. Undarum juga elevata dorso tument planiore, lævi, inter hæc innumeræ cernuntur bracteolæ, oppositæ, in commune centrum coëuntes, quæ sua positione itidem undulati quid exhibent. Sepimenta isthæc membranacea introrsum quoque sese exporrigunt: quo fit, ut substantia horum lapidum spongiosa appareat. In vetustis tamen & grandioribus massis foveæ ac rimæ utplurimum materie corallina sufferciuntur. Color est dilute gryseus. Locus natalis in Mediterraneo æque ac Indicis maribus.

Num. 2 & 3. *Lapis corallites, irregularis, undulatus; plicis inter se convolutis, superne acuminatis.*

Priori quidem similis, differt tamen ratione undulatarum plicarum, quæ in dorsa acutiora assurgunt. Intermediæ quoque lamellæ magis inter sese distant, ductuque obliquiore & profundius deorsum feruntur.

Num. 4. *Lapis corallites, irregularis, undulatus; plicis per diversa plana digestis.*

Credibile mihi videtur, fragmentum hoc esse laterale. Dixeris ideo nullatenus a priore discrepare, sicubi a latere sinistro adspexeris.

Num. 5. *Lapis corallites, globosus, undulatus; plicis crassis, tortuosis, superne velut canaliculatis.*

Lata plicarum juga hic aliquantum sulcata sunt. Nec forsan longe a veritate abfuerit, qui ponat, hanc speciem ab illa Num. 1. haud diversam esse, latasque & tumentes plicas tempore demum oppleri penitus ac consolidari.

Num. 6. *Lapis corallites, globosus, undulatus; plicis crassis, tortuosis, similiter, ac interstitia, lamellatis.*

In hac specie elevatæ rugæ dehiscunt, bracteolisque haud minus, quam reliqua pars, distinguuntur. Laterales quoque eminentium jugorum parietes perpendiculariter assurgunt.

Num. 7. Ab illo Num. 5. non differt, nisi plicarum jugis gracilioribus.

Num. 8. *Astroites irregularis; foveis stellatis amplis, nequaquam rotundis, sed angulosis.*

Quæ inter Astroitas & Maeandritas intercedit differentia, a multis perperam prætervisa, in eo sita est,

nom d'*Astroïte ondé*. C'est avec raison qu'on lui donne cette dernière dénomination, puisque sa surface externe représente assez bien le mouvement des ondes: mais il vaut mieux reserver le nom d'*Astroïte* pour les autres espèces dont nous parlerons ci-dessous. J'adopte le sentiment du très-célèbre Mr. *Burman*, qui, dans sa remarque sur le Chap. XXVII. du Liv. XII. de l'Herbier d'Amboine de *Rumphius*, prétend que cette même pierre doit être prise pour la *pierre de chaux*, ou pierre faite en manière de tête, dont cet Auteur dit qu'on trouve de grands lits dans les Iles Moluques, où on la brule pour en faire de la chaux vive. Je ne saurois cependant me dispenser de reconnoître, qu'il y a bien de l'obscurité dans la description que *Rumphius* nous donne de ces pierres.

C'est une chose certaine, qu'on trouve de ces pierres d'une grosseur prodigieuse, & qu'elles n'ont pas toujours la même forme. Elles sont cependant d'ordinaire ou rondes, ou ovales. La surface supérieure est plate & lisse, mais les plis qui y serpentent, représentent des éminences en manière d'ondes, entre lesquelles paroissent quantité de jets, opposés les uns aux autres, aboutissans à un centre commun, & dont l'arrangement est tel, qu'on les prendroit aussi pour autant de petites ondes. Ces jets, ou cloisons membraneuses, se jettent en-dedans: d'où il arrive que la substance de ces pierres paroît spongieuse. Mais lorsqu'elles sont vieilles & qu'elles forment de grosses masses, les cavités se trouvent ordinairement remplies par une matière coralline. Elles sont toutes d'un gris clair. Il y en a & dans la Méditerranée, & dans les Mers des Indes.

N°. 2 & 3. *Pierre coralline, irrégulière, ondée, à plis entortillés, & dont le dessus est hérissé de pointes.*

Celle-ci diffère de la précédente, en ce que ses bandes ondées sont plus saillantes & plus chargées de pointes. Les membranes ou lames intermédiaires sont aussi plus éloignées les unes des autres, elles serpentent davantage, & se jettent plus profondément en-embas.

N°. 4. *Pierre coralline, irrégulière, ondée, dont les plis sont différemment rangés les uns au-dessus des autres.*

J'ai tout lieu de croire que cette pierre n'est qu'un fragment latéral. Aussi ne paroît-elle pas différer de la précédente, lors surtout qu'on la regarde du côté gauche.

N°. 5. *Pierre coralline, globuleuse, ondée, à bandes épaisses, tortueuses, & comme canelées par-dessus.*

Les larges bandes de cette espèce sont un peu canelées. Il y a bien de l'apparence qu'elle ne diffère pas de celle du N°. 1. & que ses plis, larges & gonflés, se consolident avec le tems tout-à-fait en se remplissant.

N°. 6. *Pierre coralline, arrondie, ondée, à bandes épaisses, tortueuses, séparées les unes des autres par des lames membraneuses intermédiaires.*

Les bandes saillantes de celle-ci sont crévassées, & parsemées, comme tout le reste, de membranes filamenteuses. Le pourtour des bandes gonflées s'élève aussi perpendiculairement.

N°. 7. Elle ne diffère de celle du N°. 5. que par ses plis qui sont plus étroits.

N°. 8. *Astroïte irrégulier à pores étoilés, amples, non arrondis, mais anguleux.*

C'est à-tort que plusieurs Naturalistes n'ont fait aucune mention de la différence qui se trouve entre les Astroïtes & les Mæandrites. Cette différence consiste en ce que les Mæandrites ont des bandes on-

eſt, quod Maeandritæ undulata habeant & tortuoſa juga; Aſtroitæ contra perpetuo poros monſtrent ſtellatos, ſive orbiculares, ſeu anguloſos: utraque enim figura in eodem lapide quandoque occurrit; ita tamen, ut ſtella undique circumſcripta ſit. Utrumque genus ſpongioſum eſt, poris per univerſam ſubſtantiam diffuſis. Interim nonnulli verorum Aſtroitarum, quos hoc loco exhibemus, tenui modo cortice conſtant, qui rupi aliisve lapidibus diverſæ naturæ ſuperinductus eſt atque adhæret: prout ſub Num. 9. manifeſte videre licet. Plerique Autores nomen *Aſtroitæ*, *Fungi lapidei poroſi*, aut *Spongiæ Corallitæ*, illis imponunt.

Rarior eſt, quam hoc articulo proponimus, ſpecies. Lamellæ, quæ ſtellam conficiunt, in medio profunde deſcendunt. Stella quælibet diſtincta eſt atque ab aliis interventu poroſorum ſepimentorum ſeparata. Color dilute gryſeus eſt, nonnunquam in luteum vergens. In maribus Indicis aliisque inveniuntur.

Num. 9. *Aſtroites globoſus, ima & laterali parte conſpiciendus, ſtellulis minutis, radiatis, in medio devexis.*

Huc etiam refer Num. 12. 14. 17 & 18. Omnia hæc exempla ad unam eandemque ſpeciem pertinent, nec niſi magnitudine pororum aut ſtellarum differunt. Stellulæ quidem ſingulæ ſeorſim conſiſtunt; nec tamen, ut in aliis ſpeciebus, ſua quælibet fimbria circumſcriptæ ſunt. Aſtroites Num. 9. tenui modo cruſta conſtat, lapidi calcario ſuperinducta.

Num. 10. 11. 16. 20 & 21. *Aſtroitæ globoſi; poris irregularibus, anguloſis.*

Ad ſpeciem, quæ ſub Num. 8. deſcripta eſt, referri debent; longe tamen ſubtilioribus & magis adenſatis bracteolis conſtant.

Num. 13 & 22. *Aſtroitæ globoſi; poris in medio depreſſis, in ambitu tantillum extuberantibus.*

Quum lamellæ ſtellularum in peripheria paulo elevatiores ſint, ſuperficies hujus ſpeciei rudior ac aſperior ad tactum apparet, hacque nota facile eſt eam a ceteris dignoſcere.

Num. 15 & 19. *Aſtroites oblongus; fimbria ſingulorum pororum itidem lamellata.*

Orbiculares ſtellulæ hic in ambuitu ſuo minimis circumſcriptæ ſunt bracteolis, erectis, quæ undiquaque per omnia ſtellularum interſtitia ſeſe diffundunt.

Num. 23. 24. 25. 26 & 27. *Fungi marini, oblongi; parietibus craſſis, erectis, compreſſis, oblongam veluti ac lateraliter compreſſam ſcutellam imitantes.*

Ut conformatione differant, omnes tamen ad illam ſpeciem, quæ Tab. CXI. Num. 7. deſcripta eſt, pertinent. Scutellæ formam æmulantur: ambiens enim extansque ora paſſim ad latera intropreſſa eſt. Intus bracteolæ comparent ſubtiles, acuminatæ, quæ inde ab extante ora, & qua hæc intropreſſa eſt, profunde deorſum verſus medium tendunt. Color, qualis omnium iſtarum ſpecierum, dilute gryſeus, veluti lapideus eſt, locusque natalis idem in maribus Indicis aliisque.

Num. 28.

ondées & tortueuſes; au-lieu que les Aſtroïtes ſont toujours garnis de pores étoilés, tantôt orbiculaires, tantôt anguleux: car ces deux figures ſe rencontrent quelquefois dans la même pierre; de manière néanmoins que l'étoile eſt bornée de toutes parts. Ces deux espèces ſont ſpongieuſes, aïant des pores répandus dans toute leur ſubſtance. Il y a cependant quelques-uns de ces véritables Aſtroïtes que nous repréſentons ici, qui ne ſont composés que d'une ſimple écorce ou écaille, laquelle eſt recouverte de roche ou d'autres pierres, auxquelles elle eſt adhérente, comme on peut le voir clairement au N°. 9. Ces pierres ſont connuës de la plupart des Auteurs ſous les noms d'*Aſtroïtes*, de *Champignons pierreux*, *poreux*, d'*Eponges corallines*, &c.

L'espèce, que nous expoſons ici, eſt très-rare. Les lames membraneuſes, dont l'étoile eſt composée, pénètrent dans leur centre profondément. Chaque étoile eſt iſolée, & ſéparée des autres par des cloiſons poreuſes intermédiaires. La couleur eſt d'un gris clair, tirant quelquefois ſur le jaune. Toutes ces pierres ſe trouvent dans les mers des Indes & autres.

N°. 9. *Aſtroïte globuleux, vu par-deſſous & de côté, à petites étoiles radiées, qui vont en pente dans le milieu.*

Raportez encore ici les N°. 12. 14. 17 & 18. Tous ces Aſtroïtes appartiennent à une ſeule & même espèce, & ne diffèrent que par la grandeur des pores ou des étoiles. Chaque étoile eſt à la vérité iſolée; mais leur pourtour n'eſt point frangé comme celui des autres espèces. L'Aſtroïte du N°. 9. n'eſt formé que d'une croute ou écorce mince, qui couvre une pierre a chaux à laquelle elle eſt attachée.

N°. 10. 11. 16. 20 & 21. *Aſtroïtes globuleux, à pores irréguliers, anguleux.*

On doit les raporter à l'espèce, dont on a donné la deſcription au N°. 8. mais leurs jets ſont plus déliés & plus ſerrés.

N°. 13 & 22. *Aſtroïtes globuleux, à pores enfoncés dans le milieu, & un peu ſaillans dans leur pourtour.*

Comme les petites feuilles ou lames des étoiles ont le pourtour un peu plus élevé, la ſurface de cette espèce paroît plus rude & plus âpre au toucher, & c'eſt par-là qu'il eſt facile de la diſtinguer des autres.


N°. 15 & 19. *Aſtroïte oblong, à pores dont les franges ſont auſſi garnies de petites lames.*


Les étoiles orbiculaires ſont ici bordées de petits jets ſaillans, qui ſe répandent de chaque côté dans tous les interſtices des étoiles.

N°. 23. 24. 25. 26 & 27. *Champignons marins, oblongs, à bords épais, ſaillans, recourbés, faits en manière d'écuelle ou jatte oblongue, comprimée ſur les côtés.*

Quelque différence que l'on remarque dans le port de ces Champignons, ils appartiennent cependant tous à l'espèce, dont on a donné la deſcription au N°. 7. de la Planche CXI. Ils ont la forme d'une écuelle: car ils ont tout-autour les bords relevés, qui ſe recourbent çà & là ſur les côtés. On voit en-dedans de petits jets pointus, qui partant du bord ſaillant, à l'endroit où il eſt recourbé, vont s'enfoncer profondément en-embas vers le milieu. La couleur eſt, comme la pierre, d'un gris cendré, & telle qu'on la remarque dans toutes ces espèces. C'eſt encore dans les mers des Indes & autres qu'on les trouve.

N°. 28.




N. 1.
N. 2.
N. 3.

Num. 28. 29 & 30. *Fungi marini globosi & oblongi; lamellis tenuibus, erectis, non denticulatis.*

Vix discrepant a Num. 1 & 2 superioris tabulæ. Disci hinc potest, figuram istorum corporum incertam esse. Erectæ bracteolæ tenues sunt, non dentatæ, dense compositæ, & cultri velut aciem habent.

Num. 31 & 32. Hic Talpam marinam, quam priore tabula sub Num. 6. descripsimus, utroque latere conspiciendam damus.

TABULA CENTESIMA ET TERTIA DECIMA.

Coralium grande, cornu cervini forma; ramis latis, planis; poris innumeris, tubulatis, intus stellatis.

Rariori huic Coralio, quod dedimus, nomen competere videtur ob externam conformationem, qua cornua cervina juniora, ramosa, complanata, spongiosa, refert. Utrinque in latos tenuesque ramos sese expandit. Superficies undiquaque tubulis extantibus, minutis, aspera est, qui ope microscopii intus examinati, cavitatem monstrant stellula obsessam. Inde spongiosum est, leve, simul tamen asperum ac rude ad tactum. Ad basin, qua fragmento rupis adfixum est, nonnulli istorum tubulorum quoque comparent. Unde forsan modum, quo nascitur & crescit, utcunque eruere licet. Color est ex subluteo gryseus. Locus natalis verosimiliter in maribus Indiæ Orientalis. Plerique Autores, Boerhaavius, Gualtieri & alii ad *Madreporas* referunt.

TABULA CENTESIMA ET QUARTA DECIMA.

Num. 1. *Coralium, cornu cervini forma; ramis teretibus, acutis; poris plurimis, tubulatis, intus stellatis.*

A priore diversum hoc Coralium illa æmulatur cervorum cornua, quæ multos teretesque ramos habent. Caudex medius, teres, utrinque & nonnunquam per omnem suum ambitum, in ramos teretes, æquales, sese dividit, hique iterum in alios, omnes tamen in cuspidem desinentes. Universa superficies quoque obsessa est tubulis exiguis, erectis, intus stellatis. Color est obscure luteus, ad rufum vergens; plerumque tamen ex gryseo albicans. In maribus Indiæ Orientalis & Occidentalis crescunt & *Madreporis* tubulatis, stellatis, quoque annumerari debent.

Imæ sedi elegantissimi hujus Coralii alia sese affixit species plane diversa, quæ *Muscus lapidosus Imperato* audit. Crescit is forma prorsus irregulari: plerumque tamen foliis gaudet latis, ventilabriformibus, similitudine quorumdam Agaricorum. Primo hæc intuitu solida & lævia apparent; at curatius examinata, intus aliquantum porosa sunt, externa autem superficie innumeris foraminulis, parvis, rotundis, distincta: quo fit, ut a nonnullis Autoribus inter *Milleporas* referantur. Color est, qualis saxorum, gryseus, undiquaque minutis punctis, fuscis, quæ adnatæ spongiosæ materiæ debentur, varius. Muscus hic corallinus sæpe & saturate luteus invenitur.

Num. 2. *Paxilli corallini, cuspidati vel aciculati, intus stellati.*

Modi, quibus Natura res creatas produxit, numero ac varietate infiniti sunt. Quod hoc loco exhibemus, corpus corallinum ex quatuor constat paxillis, teretibus, recta assurgentibus, qui in cuspides singuli capillares desinunt. Ob eorumdem eximiam longitudinem, quæ tabulæ magnitudinem excedebat, perfractos depingere oportuit. Inde, quæ a latere sunt, quatuor fragmenta concipi debent tanquam impo-

N°. 28. 29 & 30. *Champignons marins globuleux & oblongs, à lames déliées, saillantes, non dentelées.*

Ils diffèrent peu de ceux des N°. 1 & 2. de la Planche précédente. Ceci nous apprend que ces corps ne sont pas toujours faits de la même manière. Les jets saillans sont déliés, non dentelés, serrés les uns contre les autres, & tranchans comme la lame d'un couteau.

N°. 31 & 32. Nous faisons voir ici, des deux côtés, la Taupe marine, dont on a donné la description au N°. 6 de la Planche précédente.

PLANCHE CENT-TREIZIÈME.

N°. 1. *Grand Corail, fait en manière de bois de Cerf, à rameaux larges & plats, parsemé d'une infinité de pores, tubuleux, étoilés en-dedans.*

Le nom que nous donnons à ce rare Corail, paroît lui convenir, à cause de la ressemblance qu'il a extérieurement avec un bois de Cerf encore jeune, rameux, applati, spongieux. Il se partage de part & d'autre en rameaux larges & minces. Sa superficie est toute hérissée de petits tuyaux saillans, drus. Lorsqu'on examine ces tubules à l'aide du microscope, on y découvre une étoile qui en tapisse la cavité. Delà vient que ce Corail est spongieux, léger, & cependant âpre & rude au toucher. A l'endroit de la base, où il embrasse un fragment de roche, on aperçoit aussi quelques-uns de ces petits tuyaux: ce qui pourroit peut-être servir à faire connoître la manière dont il se forme. Sa couleur est d'un gris jaunâtre. Il y a bien de l'aparence qu'il croît dans les mers des Indes Orientales. La plupart des Auteurs, *Boerhaave*, *Gualtiéri*, & autres, le rangent dans la classe des *Madrépores.*

PLANCHE CENT-QUATORZIÈME.

N°. 1. *Corail, fait en bois de Cerf; à rameaux arrondis, pointus; garni de quantité de pores tubuleux, étoilés en-dedans.*

Ce Corail diffère du précédent, en ce qu'il ressemble à ces bois de Cerf, dont les branches sont en grand nombre & arrondies. La tige du milieu, arrondie, se divise de chaque côté, & même quelquefois dans toute sa circonférence, en branches arrondies, égales, lesquelles se partagent en rameaux, qui se terminent tous en pointe aussi bien que les branches. Toute la superficie est aussi hérissée de petits tubules, saillans, radiés en-dedans. La couleur de ce Corail est d'un jaune foncé, tirant sur le roux, quoique le plus souvent elle soit d'un gris blanchâtre. Il croît dans les mers des Indes Orientales & Occidentales. On doit aussi le mettre au nombre des *Madrépores* tubuleux, étoilés.

Au pied de ce magnifique Corail se voit encore une autre espèce toute différente, qui s'y est attachée, & à laquelle *Imperato* a donné le nom de *Muscus lapidosus*, ou Mousse pierreuse. Celui-ci n'est point uniforme dans sa manière de croître; mais il se trouve ordinairement garni de feuilles larges, faites en éventail, & qui ressemblent assez à certains Agarics. A la première vuë elles paroissent lisses & solides; mais lorsqu'on vient à les examiner de plus près, on s'aperçoit qu'elles sont un peu poreuses en-dedans, & que leur surface externe est percée d'une infinité de petits trous ronds; ce qui a porté quelques Auteurs à mettre ce Corail dans la classe des *Millépores.* Il est d'un gris de pierre, & madré par-tout de petites taches brunes, lesquelles doivent leur origine à une matière spongieuse qui s'y est attachée. On trouve aussi souvent de cette Mousse coralline d'un jaune foncé.

N°. 2. *Coraux, fait en manière de poinçons ou d'aiguilles, & étoilés en-dedans.*

Il y a dans les productions de la Nature une variété infinie. Le corps corallin que nous exposons ici, est composé de quatre jets, faits en poinçons, arrondis, s'élevans droit en-enhaut, & finissans en pointes capillaires. Il a fallu les représenter rompus, à cause de leur longueur excessive, qui surpassoit la grandeur de la Planche. Les quatre autres jets que l'on voit tout à côté, ne doivent être regardés que comme les parties supérieures de ceux qui sont encore enclavés dans le roc. Sa surface extérieure paroît comme un

posita illis, quæ in rupe etiamnum defixa cernuntur. Externa superficies tenuissimis veluti costulis distincta est, & undiquaque minimis lineolis ac maculis, marmoris in modum, albido super fundo variegata. Intus ad fracturæ superficiem porus cernitur stellatus, qui per universam paxilli longitudinem decurrit. Dubito, num *Rumphio*, Herbarii Amboinensis parte VI. pag. 226. dicatur *Palmijuncus marinus, albus; Kalbahaar puti lacki lacki.*

Num. 3. *Frutex marinus, corneus; ramis erectis, planiusculis, qui utrinque spinas emittunt.*

Prioribus tabulis plures ejus generis frutices jam depicti descriptique a nobis sunt. Rami recta assurgentes, utroque latere, plurimis spinis, sine ordine erumpentibus, armati sunt. Color est obscure fuscus. In maribus Indicis reperiuntur.

TABULA CENTESIMA QUINTA ET DECIMA.

Num. 1. 2. 3. 4. 5. 6 & 7. *Coralium rubrum, quod a sanguine nomen habet, ramis solidis, teretibus, sinuosis, obtusis.*

Inter omnia Coraliorum diversa genera speciesque, hoc quidem & notissimum est & præstantissimum. Forma quarumvis id genus arbuscularum non una atque eadem est ob causas accidentarias, quæ plerumque crementum aliter atque aliter determinant. Inde est, quod alias in planitiem expansæ ventilabri formam affectent; alias in omnem ambitum suos ramos dispergant. Majores rami utplurimum teretes sunt, inque ramulos laterales denuo, sinuose ac æquabiliter, sese partiuntur. Extrema ramorum constanter fere, furcæ in modum, in duos abeunt apices, breves, obtusos, inæqualis longitudinis. Quum hæ arbusculæ arte nondum repurgatæ ac expolitæ sunt; prouti in museis Curiosorum plerumque occurrunt; rami earum, & maxime caudex, manifestis sulcis, qui regulariter ab ima sede sursum tendentes sinuosum eorumdem ductum sequuntur, interstincti apparent. Quin & sæpiuscule tum complures cernuntur pori, coloris ex cinereo albidi, quos in exemplo Num. 1. conspicere licet. Basis, aut ita dicta radix, pro more aliorum Coraliorum, plano latoque pede sese affigit rupi aut cuivis alteri corpori, unde ramis deorsum porrectis ad prominentia sub aquis saxa, horumque in cavitatibus, crescit. Color est sanguineus, ex quo nomen Coralii sanguinei accepit: quandoque tamen & pallide rubet, imo in luteum vergit. Tanto fere præstantius habetur, quo ramis est crassioribus, grandioribus, solidioribus, tum quo saturiore ac nitidiore tinctum rubore, eoque, quod rarum est, prorsus immaculato. Istis notis præditum ingenti sæpe pretio in publicis auctionibus divenditur. En indicem pretiorum, quibus nonnulla id genus Coralia musei B. *Seba*, quum hoc publice venum distraheretur, pro Aula, ut perhibebatur, Hasso Casellana comparata, constiterunt!

Coralii arbuscula	XIV unciarum	- - -	florenis 105:
- - - - - -	XVII	- - - - - - - -	120:
- - - - - -	XI & dimid.	- - - - - -	76:
- - - - - -	VI & dimid.	- - - - - -	52:
- - - - - -	V & dimid.	- - - - - -	60:
- - - - - -	III & dimid.	- - - - - -	42:
- - - - - -	II	- - - - - - -	30:
- - - - - -	III	- - - - - - -	36:

- - - - - IV

un tissu formé de côtes très-déliées, & elle est, comme le marbre, toute parsémée de raies & de taches très-petites sur un fond blanc. A l'endroit où la surface a été rompue, on voit une cavité étoilée, qui parcourt toute la longueur du jet. Je ne sai si ce n'est pas ce que *Rumphius* appelle, dans son Herbier d'Amboine, part. VI. pag. 226. *Palmijuncus marinus, albus, Kalbahaar puti lacki lacki.*

N°. 3. *Arbrisseau marin, qui tient de la nature de la corne; à rameaux droits, applatis, d'où partent de chaque côté des jets pointus.*

Nous avons déjà décrit & représenté, dans les Planches précédentes, plusieurs arbrisseaux de cette espèce. Leurs rameaux montent droit, & sont armés de chaque côté de quantité de jets, pointus comme des épines, & disposés assez irrégulièrement. Leur couleur est d'un brun foncé. On les trouve dans les mers des Indes.


PLANCHE CENT-QUINZIÈME.


N°. 1. 2. 3. 4. 5. 6 & 7. *Corail sanguin, ainsi nommé à cause de sa couleur de sang; à rameaux solides, arrondis, tortueux, obtus.*

De toutes les diverses sortes de Coraux, celui-ci est sans contredit & le plus connu, & le plus estimé. On doit attribuër la diversité qu'on remarque dans le port & dans la forme de ceux de cette espèce, à des accidens qui les font croître fort différemment. Delà vient que les uns prennent une forme plate en manière d'éventail; tandis que d'autres jettent leurs branches de tous côtés. Les plus grosses branches sont ordinairement arondies, & se divisent ensuite en rameaux latéraux, tortus & de même figure. Leurs extrêmités se terminent presque toujours, comme une fourche, en deux fourchons, courts, obtus, & plus ou moins longs. Lorsque ces arbrisseaux sont bien nétoyés & bien polis, tels qu'ils se trouvent d'ordinaire dans les cabinets des Curieux, on remarque très-distinctement sur leurs branches, & particulièrement sur la tige, des canelures, qui serpentent régulièrement de bas en haut, en suivant le cours tortueux des branches. On y aperçoit même souvent quantité de pores, d'un blanc cendré, comme on en voit sur l'arbrisseau représenté au N°. 1. La base, que l'on nomme aussi la racine, embrasse, comme les autres Coraux, à l'aide d'un pied large & plat, ou une pierre de roche, ou quelque autre corps; d'où il arrive que les branches végètent en-embas suspenduës par leur base aux avances des rochers qui se trouvent sous les eaux, ou au fond même des antres & des cavernes de la mer. Il est de couleur sanguine, ce qui lui a fait donner le nom de Corail sanguin: il est cependant quelquefois d'un rouge pâle, il tire même sur le jaune. On en fait d'autant plus de cas, que ses branches sont plus grosses, plus grandes, plus solides; qu'il est d'un rouge plus foncé, plus net; qu'il est enfin sans tache, ce qui arrive rarement. Celui qui a ces qualités se vend fort cher dans les ventes publiques. Nous allons joindre ici les prix auxquels ont monté quelques-uns de ces Coraux du Cabinet de Mr. *Seba*, lorsqu'il s'est vendu publiquement, & qui ont été achetés, à ce qu'on prétend, pour la Cour de Hesse Cassel.

Les Coraux de	XIV onces	- - -	florins 105:
- - - - - -	XVII	- - - - - - - -	120:
- - - - - -	XI & demie	- - - - -	76:
- - - - - -	VI & demie	- - - - -	52:
- - - - - -	V & demie	- - - - -	60:
- - - - - -	III & demie	- - - - -	42:
- - - - - -	II	- - - - - - - -	30:
- - - - - -	III	- - - - - - - -	36:

- - - - - IV


N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.


TAB. CXVI.
N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.

- - - - - -	IV & dimid.	- - - - - -	35:
- - - - - -	VI & dimid.	- - - - - -	80:
- - - - - -	V - -	- - - - - -	65:
- - - - - -	VI & dimid.	- - - - - -	92:
- - - - - -	VI & dimid.	- - - - - -	75:
- - - - - -	III - -	- - - - - -	50:

Innotescit hinc facile, pretia multum differre, ponderibus licet æqualibus, pro vario coloris gradu, aut ramorum majore minoreve crassitie. D. *Tavenier* in *Itinerario suo per Indias Orientales* testatur, Coralium istud rubrum apud *Japoniæ* incolas tanto in pretio haberi, ut etiam gemmis præferatur, & gleba ejus, quæ ovi magnitudine est, vel viginti mille imperialibus inter ipsos æstimetur. Præter melioris notæ ramos qui maxime ad varia opera, aut a Curiosis ad museorum ornamenta, deliguntur, minores ramuli & fragmenta quoque ad usus medicatos, tanquam remedium absorbens, adhibentur. Præmissa calcinatione ac lævigatione in minutissimum pulverem multæ in eo particulæ ferreæ, ope magnetis, inveniuntur. Mense Aprili ad Julium usque Coralium istud in mari Mediterraneo, ad litora quædam Sardiniæ, Corsicæ, Africæ, Siciliæ, Cataloniæ & Majorcæ, captatur, non sine periculo, subter aquis, ad variam profunditatem, interventu propriorum instrumentorum, de rupibus abruptum protractumque.

Comes *Marsigli* inter præcipuos est, qui de Coralio rubro egerunt: uti ex ejusdem *Historia Physica Maris* patet. De iis, quæ circa florem Coralii hujus a se animadversa memorat, variæ sunt variorum opiniones. Doctissimi tum Parisiensis, tum aliarum Academiarum Socii magna cum probabilitate asserunt, quos Ille flores esse existimavit non esse, nisi *Polypos*, quorum ante mentionem fecimus. Ceterum quicunque fere Historiæ naturalis Scriptores, Plinius, Theophrastus, Cæsalpinus, Boccone, Tournefort, Boerhaave, Tavenier, &c. de hoc Coralio agunt.

Num. 1. Ramum exhibet, quo vix elegantior unquam visus est. Is saturo sanguinis rubore tinctus, passim nonnullos monstrat poros ex gryseo albicantes. A latere sinistro monstrosa quædam excrescentia datur.

Num. 2. Priore vix inferior est. Caudices etiam longe crassiores sunt, sed color paulo pallidior.

Num. 3. Ne minimum quidem vitium habet. Ramis modo gracilioribus est.

Num. 4. 5. 6. Adjecimus, ut de magnitudinis diversitate constaret.

Num. 7. Fruticulus est nodosissimus, poris quidem magnis, at superficiariis modo, distinctus, more priorum, fragmento rupis spongiosæ, gryseæ, unde progerminavit, etiamnum insidens.

TABULA CENTESIMA ET SEXTA DECIMA.

Num. 1 & 2. *Coralium lapidosum, album; ramis nullo ordine inter sese implicatis, porosis; poris amplis, intus stellatis; Coralium album vulgo dictum.*

Medicis, pro suo loquendi more, tres usitatæ sunt Coraliorum species; rubrum puta, quod modo sub nomine Coralii sanguinei descripsimus; album deinde, quod hoc loco exhibetur; nigrum denique Tab. CIV. Num. 2. descriptum. Postremum tamen veri Coralii nomen haud meretur; quum potius frutex modo sit marinus, durus, corneus, qui plerumque nomine *Ceratophyti* venit, raroque in usu est.

Coralium nostrum ramis gaudet teretibus, lævibus, sinuose ac confuse inter se mutuo contortis, qui un-

- - - - -	IV & demie - - - -	35:
- - - - -	VI & demie - - - -	80:
- - - - -	V - - - - - - - -	65:
- - - - -	VI & demie - - - -	92:
- - - - -	VI & demie - - - -	75:
- - - - -	III - - - - - - - -	50:

On voit par cette liste, que les prix diffèrent beaucoup, quoique les poids soient égaux; ce qui vient ou de la variété de la couleur, qui est plus ou moins belle, ou de la différence des branches, suivant qu'elles sont plus ou moins grosses. *Tavernier* assure, dans son *Voyage des Indes Orientales*, que ce Corail rouge est si estimé des Japonois, qu'ils le préférent aux pierres précieuses; de-sorte qu'un morceau de cet arbuste, de la grosseur d'un œuf, vaut chez eux jusqu'à vingt-mille écus. Outre que l'on recherche les plus belles branches pour divers ouvrages, ou pour orner les cabinets des Curieux, on se sert aussi, dans la Médecine, des moindres rameaux & des fragmens, comme d'un absorbant. Lorsqu'on l'a calciné & bien nétoyé, on le réduit en une poudre très-fine, de laquelle on tire, à l'aide de l'aiman, plusieurs particules de fer. C'est au mois d'Avril jusqu'en Juillet qu'on pêche ce Corail dans la Méditerranée, sur certaines côtes de Sardaigne, de Corse, d'Afrique, de Sicile, de Catalogne & de Majorque. Cette pêche du Corail ne se fait pas sans danger: à l'aide de certains instrumens, destinés à cet usage, on l'arrache & on l'enlève des rochers qui sont sous l'eau à diverses profondeurs.

Le Comte *de Marsilli* est un des principaux qui ont traité du Corail rouge, comme cela paroît par son *Histoire physique de la Mer.* Les sentimens sont fort partagés sur les observations qu'il dit avoir faites touchant les fleurs de ce Corail. De très-habiles Membres de l'Académie Royale des Sciences de Paris, & d'autres Académies, prétendent avec beaucoup de vraisemblance, que ce qu'il a pris pour des fleurs, n'est autre chose que des *Polypes*, espèce de petits animaux dont nous avons déjà fait mention ci-dessus. Du reste, tous ceux qui ont écrit sur l'Histoire naturelle, comme PLINE, *Théophraste*, *Cæsalpin*, *Boccone*, *Tournefort*, *Boerhaave*, *Tavernier*, &c. n'ont pas oublié de traiter de ce Corail.

N°. 1. représente une des plus belles branches que l'on puisse jamais voir. Elle est d'un rouge de sang foncé, & parsémé çà & là de quelques pores d'un gris blanchâtre. On voit au côté gauche une excroissance monstrueuse.

N°. 2. Ce Corail ne le cède guère au précédent. Ses tiges sont beaucoup plus grosses, mais sa couleur est plus pâle.

N°. 3. Celui-ci n'a pas le moindre défaut. Ses branches sont seulement un peu trop déliées.

N°. 4. 5. 6. Nous ne joignons ceux-ci aux autres que pour faire voir la diversité de leur grandeur.

N°. 7. est un arbrisseau fort noueux, à grands pores, mais peu profonds. Il repose, de même que les autres, sur un fragment de roche spongieuse, grise, où il a végété.

PLANCHE CENT-SEIXIÈME.

N°. 1 & 2. *Corail pierreux, blanc; à rameaux entrelacés sans nulle symmétrie; criblé de grands pores, étoilés en-dedans; connu communément sous le nom de Corail blanc.*

Suivant la manière de parler des Médecins, il y a trois espèces de Coraux qui sont en usage; savoir, le rouge, dont nous avons donné ci-dessus la description sous le nom de Corail sanguin; ensuite le blanc, que nous représentons ici; enfin le noir, qui a été décrit à la Planche CIV. N°. 2. Ce dernier ne mérite cependant pas le nom de vrai Corail, puisque ce n'est plutôt qu'un arbrisseau marin dur, de la nature de la corne, que l'on appelle ordinairement *Ceratophyte*, & qui est rarement en usage.

Le Corail, dont il est ici question, a les rameaux arondis, lis-

 ses,

undiquaque poris pertusi sunt amplis, multum inter se dissitis, ultra superficiem ramorum utcunque prominulis, intus stellatis & in caveam dilatatis. Rami maximi & crassissimi, raro exemplo, intus passim excavati sunt, nec stellati, sed interna superficie læves, ad similitudinem tubulorum. Color est albus nitidus. In sinubus variorum marium, ut Mediterranei aliorumque, invenitur. *Gualtierio* audit *Acropora alba foraminulis stellatis amplioribus: Coralium album, oculatum, officinarum.* Dubito, num, quod *Labat* in *Itinerario suo per insulas Gallicas Americæ*, tom. 2. pag. 88. memorat, id ipsum, de quo hic agimus, Coralium sit. Notatu certe dignissimum est, quod Autor iste de modo crescendi hujus corporis ibidem narrat.

Num. 3. *Coralium album, lapidosum; ramis nullo ordine inter sese implicatis, ad extremitates stellatis.*

Hæc ejusdem generis altera species est, quæ haud raro, & vel frequentius etiam, quam prior, in officinis pharmacopoeorum pro Coralio albo venalis prostat. Eo tantum differt, quod superficie non sit foraminulenta, extremisque ramis velut in stellas efflorescat.

Num. 4. Fungus modo est marinus, formæ ordinatioris, lamellis tenuibus, erectis, non dentatis, qualem Tab. CIX. Num. 1. descriptum dedimus.

Num. 5. *Coralium tenerum, ramosum, plumatile; poris intus stellatis.*

Mira venustate frutex iste corallinus præcellit. Tenelli ejus rami innumeris constant tubulis aut caliculis, exiguis, calicis in modum ex ora repanda in angustum fundum coëuntibus, intus stellatis; ut ideo quivis ramulus veluti plumosus appareat. Materies fragilis est; color gryseus.

Num. 6. Eadem est Coralii species, quam cochleæ marinæ adnatam Tab. CVIII. Num. 8. exhibuimus.

Num. 7. *Gleba Corallina, alba, calcaria, utplurimum irregulariter globosa, aut ovata.*

Vix aliud nomen, quam pisorum Corallinorum, his glebis commode dederis; nisi singulare pro ipsis genus velis constituere. Topho haud absimiles sunt, nec nisi ad classem Tophorum pertinere mihi videntur. Materies earum calcaria est, alias rudior, alias subtilior; externa facies tuberosa, ramosa; interior compages solida, coacta, nec tamen lapideæ duritiei. Vidi minores, quæ tragematibus plane similes erant. Saepe etiam nautæ hujusmodi glebulas ex creta conficiunt, imperitisque fraudulente pro plantis marinis divendunt. Locus natalis in mari mediterraneo.

Num. 8. *Alcyonium ramosum, ungulæ forma; ramis obtusis, nodosis.*

Quum aptius aliud nomen huic corpori marino imponendum haud succurreret, visum est id ad Alcyonia referre: quo quidem titulo Veteres id genus rerum donasse videntur. Extrinsecus compactum est & satis læve, si exceperis minores quasdam protuberantias. Tenuis cuticula textum molle, spongiosum, irregulare, contegit. Substantia mollis est ac minime ponderosa. Ceterum, quod *Mercati* in *Metallotheca Vaticana* p. 106. depictum descriptumque exhibet, huic nostro prorsus simile dixero, nisi quod porosum sit, minusque addensatum. Color est flavescens. Locus natalis ignotus.

FINIS TOMI TERTII.

ses, tortueux, entrelacés confusément les uns dans les autres. Ces rameaux sont par-tout criblés de grands trous ou pores, fort distans les uns des autres, débordans en quelque sorte la superficie, étoilés & canelés en-dedans. Les branches les plus grosses & les plus épaisses sont çà & là percées & creuses en-dedans, non radiées, mais leur surface interne est lisse comme celle des tubules. La couleur est d'un blanc bien net. On le trouve dans les golfes de diverses mers, comme de la Méditerranée & d'autres encore. Gualtiéri l'appelle *Acropora alba, foraminulis stellatis amplioribus: Corallium album, oculatum, officinarum.* Je ne sai si ce que *Labat* raporte dans son *Voyage aux Iles Françoises de l'Amérique*, tom. 2. pag. 88. n'est pas ce même Corail dont il s'agit ici. Rien ne mérite plus d'être remarqué, que ce que dit cet Auteur, au même endroit, touchant la manière de végéter de cette production.

N°. 3. *Corail blanc, pierreux; à rameaux entortillés pêle-mêle les uns dans les autres, étoilés aux extrémités.*

Cette seconde espèce du même genre, se vend souvent, & même plus fréquemment que la précédente, dans les boutiques, sous le nom de Corail blanc. Elle n'en diffère qu'en ce que sa surface n'est pas criblée de trous, & que ses branches se terminent par des fleurs radiées.

N°. 4. Ce n'est qu'un Champignon marin, de la forme la plus régulière, à lames minces, droites, non dentelées, & tel que nous l'avons décrit au N°. 1. de la Planche CIX.

N°. 5. *Corail tendre, branchu, plumeté; à pores étoilés en-dedans.*

Ce Corail est d'une beauté tout-à-fait rare & merveilleuse. Ses tendres rameaux sont formés d'un nombre prodigieux de tubules, étoilés en-dedans éfilés en-bas, dont le bord recourbé est évasé en manière de calice; de sorte que chaque petit rameau paroît comme plumeté. Il est fort cassant, & de couleur grise.

N°. 6. C'est la même espèce de Corail, qui est représentée adhérente à une Coquille de mer au N°. 8. de la Planche CVIII.

N°. 7. *Concrétion coralline, blanche, de la nature de la chaux, d'ordinaire irrégulièrement ronde ou ovale.*

Il n'y a guère de nom qui convienne mieux à ces concrétions, que celui de balles ou de boules corallines; à moins qu'on ne veuille établir en leur faveur quelque nouveau genre particulier. Elles ressemblent beaucoup à certaines espèces de Tuf, & il me semble qu'on pourroit les ranger dans la même classe. La matière dont elles sont composées est tantôt fort fine, tantôt fort rude & grossière. La surface est tuberculeuse, rameuse; mais le dedans est d'un tissu ferme, serré, sans avoir cependant la dureté de la pierre. J'en ai vu de petites, qui ressembloient parfaitement à ces compositions de sucre que les Hollandois appellent *bruidsuikers*. Les Matelots en font aussi souvent avec de la craie, & les vendent frauduleusement pour des plantes marines à ceux qui ne les connoissent pas.


N°. 8. *Alcyonium rameux, fait en manière de grife; à branches émoussées, noueuses.*

Comme on ne pouvoit guère trouver de nom qui convînt mieux à ce corps marin, nous avons cru devoir le raporter aux Alcyonium; dénomination dont les Anciens semblent s'être servi pour désigner ces sortes de productions. Il est extérieurement compacte & assez lisse, on lui remarque seulement quelques petits tubercules. Une pellicule mince couvre & envelope un tissu mou, spongieux, irrégulier. Sa substance est molasse & légère. Celui dont *Mercati* a donné la figure & la description dans sa *Metallotheca Vaticana*, pag. 106. ressemble parfaitement au nôtre; à cela près néanmoins, qu'il n'a point de pores, & qu'il est ferme & compacte. Sa couleur tire sur le jaune. On ne sait où il croît.

FIN du TOME TROISIÈME.

Leaves supported with lens tissue where weak. Old end papers re-used. New linen hinges under endpapers. Original headbands retained. Rebacked with leather dyed to match old sides. Original spine replaced over new one. New vellum corners under old paper sides. Leather treated with potassium lactate & neat's foot oil & lanolin. July 1978

Carolyn Horton & Associates
430 West 22 Street
New York, N.Y. 10011


39088008313173